2 *de motibus sim. rerum naturalium i. q. placide*: PROP. 2, 33, 40 spumet *Falernum* ... -ius in calice. 3, 10, 6 ponat ... in sicco -r unda minas. GRATT. 458 *flamma* -r aram lambit. VITR. 10, 3, 4 imbecillior aequipondii brevitas maiorem vim ponderis ... deducens sine vehementia -r ... egredi cogit. SEN. nat. 6, 31, 3 materias -ius ... tremere quam natura duri sinit. epist. 23, 8 alia lenior unda ... -ius vexit, alia vehementior rapuit. COLVM. 3, 13, 7 humus ... -r cedat. MELA 1, 20 *Africa* fastigat ... se -r (*cf.* CLAVD. carm. min. 26, 12 clivus ... -r tumet). PLIN. nat. 37, 84 *gemma* -ius nitet (*cf.* 37, 130 radiat). FIRM. err. 7, 2 hederae per terram -r serpunt. *al.*

II *cum* ***adi.*** *vel* ***partic.***: **A** *i. q. leniter*: **1** *pertinet ad corporea*: CIC. de orat. 3, 63 recubans -r et delicate (STAT. silv. 3, 4, 2. *cf.* MANIL. 5, 555 *Andromeda* nivea cervice reclinis -r. CLAVD. 9, 6 Chiron -r obliqua parte refusus equi). VITR. 10, 11, 4 curvaturam -r circumactam (*cf.* MELA 1, 91 sinus ... longe ac -r flexus [PLIN. nat. 16, 46 FIRM. math. 4, 19, 17]. MIN. FEL. 3, 4 oram curvi -r litoris. AVIEN. orb. terr. 238 bracchia pontus ... -r inclinans). PAVL. FEST. p. 121, 6 promonturii ... -r in planum devexi (COLVM. 1, 2, 3. 4. QVINT. decl. 388 p. 436, 16 litus ... -r d. aequali planitie). COLVM. 2, 2, 1 collem clementer et -r assurgentem (*cf.* AMM. 16, 12, 19 editum [21, 10, 4]. RVFIN. hist. 2, 17, 8 regio ... sita colliculis ... -r et clementer erecta [*gr. ἐπὶ γεωλόφου χθαμαλωτέρου*]). LVCAN. 1, 421 litore curvo -r admissum ... aequor. PLIN. nat. 2, 152 umore -ius coacto (*ibid.* conglaciato imbre). APVL. met. 4, 35, 4 mitis aura -r spirantis zephyri. 10, 16, 2 -ius mihi renidentis Fortunae ... faciem (*cf.* DON. Ter. Eun. 90 a meretrice ridente -r). TERT. pall. 4, 6 -ius ventilante serico. FIRM. math. 6, 31, 35 serpens -r impetigo (CLAVD. DON. Aen. 4, 65 p. 364, 29). *al.*

2 *pertinet ad animum*: TAC. ann. 1, 54, 2 populum ... -r habitum nondum audebat ad duriora vertere (*cf. p. 1381, 72*). PHYSIOGN. 104 p. 128, 2 alter *homo* -ius et affabilius, alter atrocius ... iniustus existit. POMER. 3, 6, 4 persentit *homo* nescio quid -r blandum.

B *i. q. mediocriter, paulum* (*per oxymoron*): COMM. apol. 1019 pars incredulorum servatur -r usta.

C *i. q. subtiliter*: PLAC. med. 1, 4 rec. β cornu cervinum conbustum, -issime detritum (*cf.* Ps. APVL. herb. 59 l. 3 herbae ... pulverem). Ps. APVL. herb. 25 l. 10 *herbae* tunsae et -issime cribratae.

litotes: non (haud, nec) -is *p. 1375, 35. 69. 1376, 70 sq. 84. 1378, 75. 1380, 19. 44.* non (nec) -ior *p. 1373, 14. 17. 1377, 68. 73.* nec molliter *supra l. 7. p. 1381, 15. 79.* non (nec) -ius *supra l. 15. p. 1381, 76.*

homoeoprophora: LVCR. 4, 790 -ia mobiliter ... bracchia mittunt. 5, 817 multus (TAC. hist. 3, 40, 1). MANIL. 5, 323 mobilis. CELS. 6, 9, 1 modicus. FLOR. epit. 2, 30, 29 mitis.

deriv.: mollicellus, molliculus, molluscus; mollitia (-es), mollitas, mollitudo, mollugo (-igo), mollimen, mollimentum; mollio (mollo), *cf.* mollesco. *?* mulier.

compos.: mollifico, mollificus, mollifio; mollicomus, mollifluus, mollipes, mollitestia.

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mollitās, -ātis *f.* *a* mollis *sec.* lenitas *sim.*

i. q. inertia: VITA Mar. meretr. 16 (RevBén. 50, 1938, p. 239, 27) somno adgravesco propter meam -em (*seq.* propter ... pigritiam).

mollitestia, -ium *n.* *a* mollis *et* testa, *sec. gr., quod v. l. 6.*

i. q. animalia molli testa instructa: EVSTATH. Bas. hex. 7, 2, 2 quae -ia (*Migne gr. 29, 149C μαλακόστρακα*) nominantur, id est astaci, cercini *eqs.* (*opp.* testicutes).

***mollitia,** -ae *et* **mollitiēs,** -ēī *f.* *a* mollis.

interdum scrib. -lic- *e. g.* COLVM. 7, 2, 5 (*in parte codd.*). *v. et l. 39.*

de schemate declinationis: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 151, 19 B. (*e Romano*) ut planities ... luxuries -es et similia, veteri dignitate. *de usu formarum* (*cf. Neue-Wagener I³ 561sqq.*): -a *praevalet apud scriptores vetustiores,* -s (-em, -e *passim, gen. sg.* -ei *l. 83*) *apud poetas* (-s *metri causa e. gr. p. 1384, 16. 21. 47*) *et scriptores posteriores sine ulla sensus differentia. plur.* -ae *v. p. 1384, 24. 42. 72.* -es *? l. 51. formae 1ae et 5ae decl. in codd. saepe inter se confunduntur, e. gr.* CIC. fin. 5, 58 SALL. Iug. 70, 5. 85, 35 HOR. epod. 11, 25. *al.* NOT. Tir. 73, 23 *post* molles. *de notione* (*v. etiam l. 33. p. 1384, 47*): GLOSS.L III Abol. MO 47 -ae ignaviae. GLOSS. II 364, 28 -a *μαλακία. gr. respondent μαλακία* (*l. 36*), *μαλακότης* (*l. 37. 39*), *μάλαγμα* (*l. 47*), *ἁπαλότης* (*p. 1384, 64. 1385, 42*). *cf. l. 80. p. 1384, 10. legitur inde a* PLAVTO (*p. 1384, 23. 41*), TER. (*p. 1384, 47*), STILONE (*p. 1384, 13*), CIC. (*e poetis posterioribus soli habent* HOR., OV., MART., CLAVD.). [*e coni. probab.: p. 1384, 72*]. [*descendunt a* -a *francog.* mollesse, *prov.* moleza, *it.* mollezza, *port.* molleza; *a* -s *hisp. vet.* mollez. *Rohlfs.*]

I *proprie et metonymice*: **A** *proprie i. q. teneritas, natura non dura nec rigida* (*fere i. q. flexibilitas l. 41. 56*): **1** *in universum*: CIC. fin. 5, 58 in primo ... ortu *rerum* inest teneritas ac -a quaedam.

2 *corporum animantium eorumque partium*: **a** *de ipsis animantibus eorumque natura*: VARRO frg. Lact. opif. dei 12, 17 mulier ... a -e *vocata est* ... velut mollier (CAES. AREL. serm. 43, 1, *ubi add.* id est a fragilitate). HOR. epod. 11, 24 quamlibet mulierculam vincere -a (*cf.* MART. 8, 64, 8 vincas -a tremente plumas). APVL. met. 1, 4, 4 puer in -em decorus. TERT. pall. 3, 5 arietis. HIPPOCR. aer. 20 p. 39, 20 humiditatem naturae et -em (molitie *P, gr. μαλαχίην*). ORIBAS. syn. 5, 43 Ab p. 77med. in -[a]e et duritia ... mediocris *homo* (*gr. μαλακότητος, La* molestia). 5, 44, 10 Ab p. 78ex. ei ... inseparabile corporis molliciis (*sic*) est quemadmodum et pinguidum (*La* mollitudo, *gr. μαλακότης*).

b *de partibus corporis*: CIC. orat. 59 cervicum. SEN. contr. 1 praef. 8 -a corporis certare cum feminis (*aliter p. 1384, 61. 66*). CELS. 1 pr. 24 *viscerum* duritiem, -em (*cf. ibid.* 41 [*bis*]). COLVM. 7, 2, 5 maternam -em *velleris* (PLIN. nat. 8, 135. *cf.* PS. AMBR. serm. 5, 6 = MAX. TAVR. serm. 5 p. 542C solida -e). PLIN. nat. 9, 61 carnis. 11, 216 auriculae ac nares ... flexili -a *sunt* ..., ne frangerentur. APVL. Plat. 1, 15 vertex cordis ... pulmonum excipitur -a (*cf. Plat. Tim. 70d μάλαγμα*). PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 -s ungularum *equorum*. CLAVD. DON. Aen. 3, 45 p. 269, 17 ut ... comarum -s obdurata constiterit (4, 280 p. 391, 4. 12, 685 p. 632, 10). HIER. epist. 38, 4, 2 plumarum quoque dura -s videbatur (79, 7, 7 pl. -es iuvenalia membra non foveant [foveat *pars codd.*]). CAEL. AVR. gyn. 1, 14 linguae. *de tumore, pustulis*: CELS. 7, 14, 3 inter utrumque (*sc. durissimum et mollissimum*) -s *tumoris* (7, 18, 4 *t.* est ... cum molliti⟨e⟩. *cf.* GREG. TVR. Mart. 3, 34 visicae ... cum duritia nullam habentes -em). *de motu* (*sc. flexibilitate*): GREG. M. moral. 4, 15 in serpentis tortitudine fluxa -s, in vecte autem est duritia rigiditatis. *de alvi fluxu*: DIOSC. 2, 47 p. 195, 22 *lac* facit -em (*antea*: solutorium ventris).

3 *rerum naturalium: plantarum, herbarum sim.*: VARRO rust. 1, 41, 4 vitis propter femin⟨e⟩am -am ad crescendum prona. PLIN. nat. 13, 60 prunum differens brevitate et -a. 13, 118 *arbor* figura ... et -a Punicae. 19, 18 medullae *lini* numerosior distinctio candore, -a. 25, 167 herba ... trixaginis specie et -a. TERT. coron. 5 l. 27 in lectulum sparge *flores,* si tanta -a est. CLAVD. DON. Aen. 1, 690 p. 136, 16. 12, 615 p. 624, 17 graminis. *rerum liquidarum vel madidarum*: PLIN. nat. 2, 163 propter subtilitatem umoris -amque in se residentem. TAC. hist. 1, 79, 3 altitudine et -a nivis hauriebantur. APVL. mund. 9 si -a roris matutinis frigoribus incanuit. SOL. 1, 56 bitumen ... lentum -e glutinosa (AMM. 16, 12, 59 *paludis.* 20, 11, 25 luti. *cf. l. 84*). *aliarum rerum*: PLIN. nat. 19, 5 in -em lanae coactum (19, 48 candori -aeque. 35, 175. FRONTO p. 18, 5 v.d.H. [= p. 22, 4 N.] vestem ... l. -a delicatam. TERT. anim. 32, 9 -a l., -a plumae. *al.*). 35, 192 Eretria *terra* ... probatur -a (PS. RVFIN. in Am. 9, 6 p. 1101A). 36, 159 -ae *lapidis Siphnii* (36, 162. *cf.* 36, 166 tofus aedificiis inutilis est mortalitate, -a. 36, 167). APVL. met. 1, 4, 1 -e cibi glutinosi faucibus inhaerentis. 6, 13, 1 flaventis auri (*sc. in fila deducti*) -e. 9, 3, 1 -e cubiculi refota lassitudine (*cf.* ARNOB. nat. 6, 16 p. 228, 26 nidulorum. CHIRON 136 sustinentes aliquid ex his, quae -a praestant [*i. facilitate cedendi. sim.* CAEL. AVR. gyn. 1, 120 fetus locandus est ... in tenero mediocriter stramine, ne ... plurimum cedens -s (*gr. Soran. 2, 16 διὰ τὴν πολλὴν σύννευσιν*) spinas faciat depravari]. SVLP. SEV. epist. 1, 10 insuetam -em strati. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 75 straminum. *nota gen. qual.*: LEO M. serm. app. 7, 3 p. 494B in -ei strato iacebas). AMM. 22, 16, 9 *naves* harenarum inlisae glutinosae -ae (*cf. l. 69*). CHIRON 409 ceroti. HIER. epist. 23, 2, 2 post -em vestium sacco membra trivisse (SVLP. SEV. Mart. 23, 8). AVG. ord. 1, 4, 11 p. 129, 7 aëris (*coniung.* mobilitatem). CONSVLT. Zacch. 1, 10 p. 14, 24 crystalla flatibus duret *deus* naturae suae non receptura -em.

B *metonymice: i. q. materia mollis* (*cf. l. 1. p. 1383, 67. 75. al.*): APVL. met. 4, 15, 1 habili corio (*sc. ursae*) et -e tractabili ... sese recondit. RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 99, 14 in terrae -e ... demergere *puteum.* CONSVLT. Zacch. 1, 23 p. 29, 20 ex viridibus herbis alba -s mutatur in farra. PS. DIOSC. herb. fem. 47 (46) l. 5 *cucurbitae* intestina -s ... ventrem deducit. *i. q. locus mollis*: PELAGON. 241 -em ad colla mularum sapone lavabis (*cf. Hippiatr. gr. I p. 135, 6 ἐκβολῆς*).

II *translate*: **A** *de hominum animis, indole, actionibus*: **1** *in meliorem partem i. q. lenitas, ratio mitis*: **a** *ipsorum hominum*: STILO Paul. Fest. p. 122, 15 militem ... a -a *κατὰ ἀντίφρασιν* dictum ..., quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. CIC. Sull. 19 qua -a sum animi ac lenitate (*aliter l. 46 sqq. cf.* OV. am. 3, 8, 18 -s pectoris). EPIST. pontif. 111 (Cypr. epist. 49, 1 p. 609, 7) fratres ... tumorem illorum, horum -am nuntiabant. **b** *rerum humanarum*: SALL. or. Phil. 3 -a decretorum. PHYSIOGN. 104 p. 127, 13 vitia ... signorum duritia vel -a (*i. qualitate minus dura*) ... discernuntur. *de lenitate sonorum*: CLAVD. 18, 341 vocis acutae (*sc. femineae*) -s.

2 *in deteriorem partem i. q. infirmitas, effeminatio* (*de nimio obsequio l. 56*): **a** *nude*: PLAVT. Vid. 35 -a urbana atque umbra corpus candidumst. CIC. leg. 2, 38 mores lapsi ad molliti⟨a⟩s (ad ⟨-am⟩ mollitis *Vahlen.* AMM. 15, 11, 5). Tusc. 2, 52 qua *voluptate* cum liquescimus fluimusque -a (*cf. l. 58*). 5, 4 quod ... ex nostra ... -a, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existumo. SALL. Iug. 85, 35 cum tute per -em agas. HOR. sat. 2, 2, 87 tibi quidnam accedet ad istam quam puer et validus praesumis -em? LIV. 5, 6, 5 patrocinium -ae inertiaeque. 7, 32, 7 Campanos ... magis -a ... sua quam vi hostium victos esse. 25, 18, 8 *coniung.* ignaviam. SEN. dial. 2, 18, 3 exprobrans armato -am. epist. 33, 2 ab homine (*sc. Epicuro*) -am professo. 114, 3 si ille (*sc. animus*) effeminatus est, in ipso incessu adparere -am (*cf. l. 58*). PLIN. nat. 28, 106 viris, qui sint probrosae -ae. TAC. ann. 6, 43, 3 externa -a. APVL. apol. 74 saltandis fabulis ... indocta et rudi -a. TERT. mart. 3, 5 virtus duritia exstruitur, -a vero destruitur. IVST. 1, 7, 13 gens ... effeminata -e luxuriave. VVLG. deut. 28, 56 *coniung.* teneritudinem (*cf. etiam p. 1383, 28*). AVG. epist. 27, 2 *opp.* fortitudinem. MART. CAP. 7, 727 deliciosa -e. *al. nota*: CHAR. gramm. p. 71, 10 B. '*canities*' poetico decore in levitatem soni corrupta est; porro prosae orationi ... cum poetica -e (*i. incuria?*) parum convenit. *plur. i. q. deliciae* (*cf. l. 47*): PLAVT. Pseud. 173 vos quae in munditiis, -is deliciisque aetatulam agitis. VELL. 1, 6, 2 Sardanapalum ... -is fluentem (2, 88, 2 otio ac -is). ANON. in Matth. 18 p. 43, 9 nec se impedimentis et -is saecularibus obligent.

b *cum gen.* (*adi. pro gen. l. 58*): **α** *ipsorum hominum eorumque animorum* (*corporum l. 61. 66*): animi (*aliter l. 15*) *sim.*: TER. Eun. 222 eicienda ... haec est -s a. (GLOSS. V 537, 22 deliciae). CIC. part. 81 imitatur ... lenitatem -a a. fin. 1, 33. Att. 2, 21, 3 vide -em a.: non tenui lacrimas. CAES. Gall. 7, 20, 5. 7, 77, 5 *opp.* virtus. SALL. Catil. 52, 28 *syn.* inertia. LIV. 28, 22, 11. *al. cf.* CIC. Att. 1, 17, 4 naturae. PLIN. epist. 6, 29, 6 -a (*i. inclinatione ad erubescendum, cf. p. 1376, 26*) frontis, ne in publico diceret, impediebatur *Isocrates.* AMM. 27, 7, 4 nasci ex mentis -a *irae ulcus. alia*: CIC. Att. 12, 26, 2 nosti Niciae ... imbecillitatem, -am. SALL. Iug. 70, 5 -am socordiamque viri. RVT. LVP. 1, 21 quod petisset a patris (LAMPR. Comm. 2, 7) -e (*i. obsequio*) impetraturum. LIV. 39, 1, 3 Asia et amoenitate ... et -a hostium ... ditiores quam fortiores exercitus faciebat. SEN. dial. 9, 17, 4 etiam incessu (*cf. l. 33*) ... ultra muliebrem -am fluentibus (*cf.* CASSIOD. in psalm. 30, 32 feminea -e *et l. 36*). FLOR. epit. 4, 2, 24 Graecula civitas non pro -a nominis ... vallum rumpere ... ausa. GELL. 3, 5tit. deliciarum vitium et -s oculorum et corporis (FIRM. math. 6, 31, 9 IVST. 1, 3, 2). TERT. spect. 10, 8 Veneris et Liberi. CLAVD. 20, 112 -ae ... mederi ... Eoae. PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328D -em ipsius deliciasque reprehendens (*gr. p. 149, 3 B. τῇ ἁπαλότητι*). *strictius i. q. lascivia, prostitutio*: TAC. ann. 11, 2, 1 Suillio ... adulterium Poppaeae, postremum -am corporis ... obiectante (15, 49, 4 Quintianus -a c. infamis. *aliter l. 61. p. 1383, 42*). **β** *morum, actionum humanarum* (*compositionis oratoriae l. 70*): TAC. ann. 6, 14, 1 vitae (15, 70, 2. AMM. 31, 5, 14 solutioris v.). FRONTO p. 18, 3 v.d.H. (= p. 22, 3 N.) potius ut in compositionis structuraeque -a sit delictum quam in sententia impudenti. GELL. 19, 9, 8 ut ... in cantilenarum quoque -is (*Hertz, trad.* multis) anteiretis (*cf.* MART. CAP. 9, 920 dulcem eblanditamque -em *cantūs*). TERT. cult. fem. 2, 13, 3 deliciae, quarum -a et fluxu fidei virtus effeminari potest. CYPR. mortal. 1 p. 297, 8 sexus -e. LACT. inst. 6, 22, 5 suavitudinum -e capti. MACR. somn. 2, 3, 7 cantus, quibus ... ad -em voluptatis resolvantur *barbari. al.*

B *de musica chromatica*: MACR. somn. 2, 4, 13 *genus musicae chr.* est infame -e. BOETH. mus. 5, 16 p. 365, 19 incitatione -eque participans.

C *rerum naturalium: i. q. temperies*: TAC. ann. 12, 66, 1 refovendis viribus -a caeli et salubritate aquarum. *i. q. lenitas*: PS. AMBR. serm. 2, 2 (= MAX. TAVR. serm. 1 p. 531B) addunt -em olei, saponis etiam acrimoniam. *i. q. μαλακία*: SVLP. SEV. dial. 1, 4, 2 ne statim repetere cursum possimus, maris -e detineri.

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

homoeoprophora: p. 1383, 33. 74. 1384, 58.

mollītōrius, -a, -um. *a* mollire.

i. q. molliendi facultatem habens: CASS. FEL. 78 p. 189, 19 pessus malacticus id est -us ad resolvendas duritias.

mollitūdo, -inis *f.* *a* mollis. *de notione*: NON. p. 135, 19 -em pro mollitiem (*inde* GLOSS. V 643, 69). *plur: l. 44. gr. respondent ἁπαλότης (l. 24. 42), μαλακότης (p. 1383, 39); cf. etiam l. 19. 47. 50. legitur inde a* PACVVIO (*l. 15*), RHET. Her. (*l. 33*), VARRONE (*l. 38*), CIC. [*falso trad.*: ITIN. Alex. 45 -is divitem (multitudinis *coni. Klugius coll. 21* copiis dives). *e coni. probab.: l. 41.*]

i. q. mollitia: **I** *proprie*: **A** *generatim*: CIC. de orat. 3, 99 in ipso tactu esse modum et -is et levitatis. AVG. gen. ad litt. 12, 3 p. 382, 14 *opp.* duritia.

B *speciatim*: **1** *corporum animantium eorumque partium*: PACVV. trag. 246 lassitudinem . . . minuam manuum -e. 247 lenitudo orationis, -o corporis. CIC. nat. deor. 2, 136 in pulmonibus . . . inest raritas quaedam et adsimilis spongiis -o ad hauriendum spiritum aptissima. LACT. opif. 10, 23 carnis (EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 [*Migne gr. 29, 153A τὸ ἁπαλὸν τῆς σαρκός*]). AVG. soliloq. 2, 6, 12 plumarum cygni. CAEL. AVR. diaet. pass. 15 ex . . . quadam tactus -e *cognosces statum febricantis.* ORIBAS. syn. 5, 44, 10 La p. 78[ex.] *v. p. 1383, 39.* **2** *rerum naturalium*: VITR. 10, 2, 11 propter . . . viarum campestrem -em. EVSTATH. Bas. hex. 4, 1, 5 aerem . . . leniter . . . cedentem -is intercessu (*Migne gr. 29, 80B δι' ἁπαλότητα*). *metonymice i. q. materia mollis*: LACT. inst. 5, 4, 6 liquore lactis ac -e alitur *infans*, donec . . . vesci fortioribus possit. AMM. 23, 4, 6 *stilus catapultae* -e offensus cilicii saxum contorquet.

II *translate*: **A** *animorum, morum, actionum hominum (vocis humanae l. 32)*: **1** *in meliorem partem i. q. lenitas*: CIC. de orat. 3, 161 et 'odor' urbanitatis et '-o' humanitatis . . . sunt ducta a ceteris sensibus. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 54, 22C ad p. 359, 10—12 -e sermonum (*antea*: dulcibus verbis). *speciatim vocis humanae i. q. flexibilitas*: RHET. Her. 3, 11, 20 *figura vocis* dividitur in tres partes: magnitudinem, firmitudinem, -em. *ibid.* -em v., hoc est, ut eam torquere in dicendo . . . possimus, maxime faciet exercitatio declamationis. 3, 12, 20 de -e v., quae maxime necessaria est oratori. 3, 12, 23. 24. **2** *in deteriorem partem i. q. infirmitas, effeminatio*: VARRO Men. 371 luculla in mento impressa Amoris digitulo . . . demonstrat -em. CIC. Tusc. 3, 13 videamus, ne haec oratio sit hominum adsentantium nostrae imbecillitati et indulgentium -i. ITALA deut. 28, 56 (Lugd.) propter -em (multit- *cod.*) et teneritudinem (*διὰ τὴν τρυφερότητα καὶ . . . ἁπαλότητα, Vulg.* mollitiem). ARNOB. nat. 2, 30 p. 73, 11 ne deliciis marceat et corrumpatur -e vitiorum. 7, 33 p. 267, 13 in femineas -es enervantes se viros. PAVL. NOL. epist. 16, 7[med.] *coniung.* ignaviam. MART. CAP. 9, 892 quibus . . . deliciis ac . . . enervi -e sideralis curiae transeantur *puellae*. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 2 l. 5 nihil -i aut delicatudini penitus indulgentes (*gr. 18, 12 οὐδὲν ἐς τὸ μαλακώτερον ἐνδιδόντες*). ANIAN. Chrysost. hom. 7, 5 cum plurimae feminarum tanta . . . animi -e resolvantur, ut *eqs.* (*Migne gr. 57, 79[med.] οὕτως . . . μαλακίζονται*).

B *de lenitate medicamentorum*: HIER. in Is. 1, 6 p. 30B post austeritatem vini infusam vulneribus . . . olei -em. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 114 *milium* solvit . . . naturali quadam -e . . . dolores.

homoeoprophora v. l. 15.

mollītus, -a, -um *v. p. 1369, 40.*

mollo, -āre *v. p. 1366, 5 sqq.*

Ps. DIOSC. Vind. 3, 128 p. 138, 16 (*adn. crit.*) *σατύριον τὸ ξυνθρόνιον' . . . 'Ρωμαῖοι* μολλορτίκουλουμ *βένερις* (*CN, i. mollorticulum Veneris, τεστίκουλουμ λέπορις Wellmann secutus Knaackium, retrograde fictum ab acc.* moll(em)orticulum, *sc.* mollis *et* *horticulus [*pro* horticellus, *cf. vol. VI 3, 3006, 48*] *coni. Svennung per litteras, qui ad notionem cft. Ps. Diosc. Vind. 4, 91 p. 250, 16 κῆπος Ἀφροδίτης*).

mollūgo, -inis *f.* [*a* mollis, *cf.* lanugo; *v. Stolz-Leumann[5] 241. J.B.H.*] *herba medicinalis* (*cf. p. 1365, 71 et Ernout, RevPhil. 67, 1941, 103*): PLIN. nat. 1, 26, 65 lappago sive -o. 26, 102 *describitur.*

molluscus, -a, -um. [*a* mollis. *J.B.H.*]

1 *i. q. mollem materiam intus habens: de genere quodam nucum* (*cf. Hehn, Kulturpflanzen[8] 397; Blümner, Privataltertümer 172*): PLAVT. Calc. 1, 1 -am nucem (SVEIVS carm. frg. 1, 8. MACR. Sat. 3, 18, 9 sq. est . . . Persicum quod vulgo vocatur et -a n. dicitur, quod ceteris mollior sit). *f. pl. pro subst*: PLIN. nat. 15, 90 -ae, putamen rumpentes. **2** *n. pro subst.* **molluscum,** -ī *i. q. tuber aceris arboris* (*cf. Blümner, Technologie II 247*): PLIN. nat. 1, 16, 27 quarum arborum materiae in pretio: . . . aceris genera x, bruscum, -um. 16, 68 *bis.*

Buchwald.

1. *molo, -uī, -itum, -ere. [*cf. c. umbr.* maletu '*molito*', kumaltu '*commolito*', *hibern.* melim, *cambr.* malu, *slavon.* meljǫ, *lituan.* malù '*molo*', *got.* malan '*molere*', *hethit.* mallanzi '*molunt*', *arm.* malem '*contero*' *et c. got.* gamalwjan '*conterere*', *theod. vet.* melo '*farina*', *al. J.B.H.*] *de formis: praes.* -ent (*dub. p. 1386, 15*): DIOSC. 1, 34 p. 23, 7 M. (-ant *B, gr. ἀλήθουσιν*). VEREC. in cant. 3, 13 (*bis*) *v. p. 1386, 69 sq.* GLOSS. III 123, 41. *abiit in primam coniug.* (*cf. l. 80 et* molatio, molator): ITALA Matth. 24, 41 (cod. n 29) d⟨ua⟩e -antes. *perf.* (*inter verba III[i] ord.* [*cf. p. 1386, 7 et* EVTYCH. gramm. V 477, 18/19]): CHAR. gramm. p. 318, 10/11 B. -o, -is, -ui (MART. CAP. 3, 319 -ueram. PRISC. gramm. II 526, 8). *p. p. p.* -lutus: MARCELL. med. 33, 36. 36, 40. 44. ISID. orig. 20, 16, 1 *K* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. FA 4). GLOSS.[L] I Ansil. FR 136 (mod- *L[1]*). *cf. infra l. 59.* -ltus: DIOSC. 2, 74 p. 210, 18. 2, 90 p. 214, 28. 29. *cf. Junel, In Cass. Fel. stud. 60 sq. 95 sq. ad* CASS. FEL. 16 p. 23, 14 *et* 44 p. 111, 1 (*v. p. 207, 3*). *de notione*: CLAVD. DON. Aen. 1, 175 p. 41, 10 frangere saxo hoc est -ere. EVGRAPH. Ter. Andr. 707 p. 64, 24 -o . . . tertiae coniugationis est molam verto. GLOSS. -o: *ἀλήθω.* -itur: *ἀλεῖται. legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE, LVCIL. [*sard.* mólere, *prov.* molre, *francog.* moudre, *hisp.* moler, *port.* moér. *Rohlfs.*] [*variat in codd. c.* emolere PLIN. nat. 16, 15 *v. vol. V 2, 519, 82; confunditur* -itur *c.* mollitur *l. 77,* -untur *c.* mol(l)iuntur *l. 42, 75,* -tus *c.* mollitus *passim. dubia*: PLIN. nat. 18, 97. VESPA 40 (*de pistore*) tono, cum -o (*T,* ulo *S,* illo *Salmasius, alii alia*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 burdones, qui in montibus -ent et insimul pascuntur ('*alii* manent' *R in marg., deest in rec. B*).]

I *usu sollemni i. q. conterere, confringere, in farinam redigere* (minute -ere *l. 49*): **A** *instrumento ad hoc facto sc. mola* (*describitur actus -endi* MAX. TAVR. hom. 3 p. 228C. -ere molā [-is] *infra l. 30. 69 sq. et* CASS. FEL. 40 p. 91, 18. 76 p. 185, 1, in mola *l. 37. 71.* ITALA num. 11, 8 [Aug. loc. hept. 4, 28 p. 586, 4]. *de bestia -ente cf. supra l. 15*): **1** *frumenta, fructus (olivam infra l. 58) sim., maxime in re pistoria, coquinaria, medica* (*nota* in farinam -ere *l. 43, cf. etiam l. 78*): **a** *proprie*: *α absolute*: PLAVT. Merc. 396 nihil opus⟨t⟩ nobis ancilla, nisi quae texat, quae -at (416. *cf.* TER. Ad. 847 coquendo sit *psaltria* faxo et -endo). TER. Andr. 200 verberibus caesum te in pistrinum . . . dedam usque ad necem, ea lege . . ., ut, si te inde exemerim, ego pro te -am (*de poena -endi ut* Phorm. 249 -endum [mihi] est [usque] in pistrino . . ., habendae compedes. ITALA thren. 5, 13 [Verec. in cant. 3, 13] potentes molis -bant [*LXX et Vulg. aliter*]. VVLG. iud. 16, 21 clausum in carcere -ere fecerunt. AVG. spir. et litt. 33, 58 semper. *cf. etiam l. 71*). FEST. p. 141a, 30. p. 210b, 27 pistum ⟨a⟩ pinsendo pro -tum (perpolitum *W,* propol- *X, corr. Scaliger*). PLIN. nat. 7, 191 -ere et conficere *invenit Ceres.* PAVL. dig. 33, 7, 18, 5. VVLG. eccles. 12, 3 otiosae erunt -entes in minuto numero (*per metaphoram de dentibus senum dictum intellegit* HIER. ad l. p. 1108C. 1109B epist. 140, 13, 2). 12, 4 *vox* -entis. Matth. 24, 41 duae -entes in mola (Luc. 17, 35). SORAN. p. 34, 1 -ere (*v. app. crit.*) et farinam facere *sunt exercitia nutricis.*

β c. acc. rei: Ⓘ *affectae*: CATO agr. 23, 1 far (VARRO ling. 5, 104. *al.*). LVCIL. 813 ex -to hordeo uti cataplasma (PLIN. nat. 18, 61 triticum et siligo et h. [moliuntur *DE*]. 18, 73 *bis.* 18, 74 tostum *h.* in subtilem farinam -it. 18, 78. CHIRON 319 [*Veg. mulom. 2, 88, 7* emolitum]. *cf. l. 50*). POMPON. Atell. 122 decipit vicinos: quod -endum conduxit, comest. VARRO rust. 2, 2, 16 viciam. CAES. Gall. 1, 5, 3 -ta cibaria. FEST. p. 348 a, 19 ⟨. . . ex faba milio⟩que -to (SCRIB. LARG. 158. CHIRON 526 f. -tam minutam [*Hippiatr. gr. II p. 81, 10 ἠλεσμένον*]. *al.*). COLVM. 6, 5, 2 -ti tritici farina (SERV. auct. georg. 1, 267. *al. cf. l. 42*). 6, 10, 1 (*bis*) lentis . . . minute -tae (6, 31, 1 *var. l.* -oll-). 6, 10, 2 pari mensura ervum . . . cum . . . hordeo -tum ('e. -tum' *t. t. esse vid.* [*cf. Diosc. 2, 108, 1 τὸ καλούμενον ὀρόβινον ἄλευρον. Hippiatr. gr. I p. 230, 9*]: 11, 3, 5 e. -ti farinae. SCRIB. LARG. 126 [*inde* MARCELL. med. 22, 17]. CHIRON 379 [-oll- *falso cod. et Oder sec.* VEG. mulom. 2, 112, 4 *L corr. ex* -ol-]. 611. 615. 764 [-oll- *cod.*]. *liberius* SCRIB. LARG. 165 e. albi seminis -ti. MARCELL. med. 33, 36. *ad comparandi modum v.* CHIRON 548 *coll. Diosc. l. c.*). 6, 24, 5 -to (-oll- *var. l.*) . . . milio (*al. cf. l. 46*). 12, 21, 3 *foenum Graecum* (CASS. FEL. 42 p. 105, 3 [-oll- *c*]. *al.*). 12, 52, 19 *olivam.* SCRIB. LARG. 159 (-oll- *P,* -oluta *Heraeus*). 160 piperis. PLIN. nat. 15, 92 *castaneae* (*v. app. crit.*). 18, 87. 22, 160 *lolium.* CLAVD. DON. Aen. 1, 175 p. 41, 17 frumentum. *al.* Ⓘ *effectae*: VARRO rust. 2, 7, 11 obiciendum *est pullis* farinam hordeaciam -tam (VVLG. Is. 47, 2 [*gr. ἄλεσον ἄλευρον*]).

b *in imagine*: AMBR. Abr. 2, 5, 20 quae *mens* -it spiritale frumentum. PAVL. NOL. epist. 11, 6 p. 65, 21 -amus in huius mundi pistrino triticum bonum, quod est oboedientiae fidelis operatio. 11, 7 p. 65, 25 bonam deo frugem -is. AVG. serm. 227[in.] vos . . . ieiunii humiliatione et exorcismi sacramento quasi -bamini (229 ieiuniis et exorcismis. *cf.* 272[med.] quando exorcizabamini, quasi -bamini). VEREC. in cant. 3, 13 p. 46a, 21 qui . . . spiritales sunt, legis mola -ent. p. 46a, 24 spiritalis mola, qua -ent, ut *eqs.* ORIG. in Matth. ser. 57 p. 132, 5 de animabus -entibus in gravi mola mundi vel corporis (*ad Matth. 24, 41*).

2 *salem, lapides, metalla sim.*: CATO agr. 162, 1 salis romaniensis -ti (COLVM. 12, 50, 4). VITR. 7, 6 quae *glebae marmoris* contusae et -tae (-oll- *SE*) praestant operibus utilitatem (*cf. ibid.* caementa marmorea . . . contunduntur et -untur [-olli- *GH*]. *ibid.* foditur ⟨farina *marmorea*⟩ parata, quam nec -ere nec cernere opus est). PLIN. nat. 33, 69 *terra aurosa* tunditur . . ., uritur, -itur (*var. l.* -oll-); farinam *eqs.* (-itur in f. *pars codd.*). 33, 87 *chrysocolla* tunditur in pila . . ., postea -itur (*ibid. iterum*). 34, 175 arefactum -itur *plumbum.*

B *dentibus* (*cf. supra l. 36*): POMPON. Atell. 187/8 *v. p. 159, 66.* IREN. 5, 28, 4 (*verba Ignatii martyris, cf.* HIER. vir. ill. 16 RVFIN. hist. 3, 36, 12 IGNAT. Rom. 4, 1) frumentum sum Christi et per dentes bestiarum -or, ut mundus panis dei inveniar (*gr. ἀλήθομαι.* SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 228 *v. p. 269, 27*).

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *usu obsceno i. q. futuere* (*cf. Goldberger, Glotta 20, 1932, 106. Hopfner, WSt. 44, 1924/5, 118*): LVCIL. 278 hunc -ere, illam autem ut frumentum vannere lumbis (*v. Marx ad l.*). POMPON. Atell. 100 *v. p. 273, 19.* VARRO Men. 331 tibi . . . alius -it et depsit *uxorem.* PETRON. 23, 4 super inguina mea diu multumque frustra -uit. AVSON. 71, 7 p. 341 P. cunctas *Veneres* exercet *Crispa* corpore in uno: deglubit, fellat, -itur per utramque cavernam. 123, 2 p. 343 diceris hanc *Phyllida* mediam lambere non -ere (*v. app. crit.*).

part. praes. pro subst. **molēns,** -entis *p. 1386, 35. 37 (bis).*

neutr. part. p. p. pro subst. **molitum,** -ī: PLAVT. Men. 979 nimio . . . edo lubentius -um, quam -um praehibeo.

deriv.: 1. mola, molendarius, molendinum, moletrina, molile, 1. molio, 2. molitio, 2. molitor. *comp.*: com-, e-, permolo.

2. molo, -āre *v. p. 1385, 82.* *deriv.*: molatio, molator.

Szantyr.

molochās *m.*, **μολοχᾶς.* *lapis pretiosus, fort. i. q. molochites*: EPIPHAN. Avell. p. 746, 5 *est* et alius sardonyx, qui vocatur -s, sciens attenuare pinguedines; ipsius (*sc. eiusdem atque sardium*) autem formae est, subviridis aliquantulum *eqs.*

moloc(h)ē (-ī), *acc.* -ēn (-īn) *f.*, *μολόχη.* *cf.* malache *et* malva. *scripturas depravatas v. l. 25. 36. cf. etiam p. 627, 12.* [*lectio det.*: PLIN. nat. 26, 154.]

i. q. malva (*cf. Steier, RE XIV 922, 10 sqq. et J. André, Notes de Lexicogr. Botan. Grecque p. 43*): COLVM. 10, 247 -e (*codd. dett.*, molo hec *A*, *sim. S*) prono sequitur quae vertice solem (*cf. Theophr. caus. plant. 2, 19, 5*). PLIN. nat. 20, 29 (*cf.* 1, 20, 14) hibiscum, quod -en agrian vocant (Ps. APVL. herb. 40 l. 19 alii eleomolochin. ORIBAS. eup. 2, 1 E 1 La [*Aa* malva silbatica]. *cf. l. 35 sqq*). Ps. APVL. herb. 40 l. 20 *malva erratica*, alii -in iption (*i. ὑπτίαν*). *confunditur c. herba q. e. viscum* (*cf. s.* hibiscum): Ps. APVL. herb. 38 l. 16 *ibiscum* alii -en Creticen, alii anadendromolocin (*cf.* GLOSS. III 568, 63 molacerratica i. eviscus. *seq.* molacim i. mascauisco). ORIBAS. eup. 2, 1 M 1 Aa anadendron . . . -i (La -cia), id est quae in arboribus crescunt, quam et ibiscum (eviscum *var. l.*) appellant (*ἀναδενδρομαλάχη*). *de aliis herbis*: Ps. APVL. herb. 52 l. 8 ⟨*h*⟩*astula regia* -in agrian (GLOSS. III 540, 59 mocinagio). GLOSS. III 568, 41 mocenagria i. aristoloreia (*cf. Theophr. hist. plant. 9, 15, 5*). 569, 38 -en agrian: pastenaca.

moloc(h)inārius, -ī *m.* [*a* molochinus. *J.B.H.*] *qui telas molochinas vendit* (*cf. Blümner, Privataltert. 595, 19*): PLAVT. Aul. 514 (*inter venditores vestimentorum muliebrium*) solearii astant, astant -cinarii (*ad l. vix recte* NON. p. 548, 19 *Plautus* institores molochini coloris -os [-ci- *var. l.*] appellavit. *cf. l. 49*).

moloc(h)inia *v. l. 53 sq.*

moloc(h)inus, -a, -um, *μολόχινος.* *de script.*: -oli-: *l. 48.* -olli- (*cf. Keller, Lat. Volksetym. 97*): *l. 50. 52.* -ci-: *l. 52. 54.*

1 *fere i. q.* '*e malva factus*', *de telis e malvarum fibris textis (cf. Blümner, Privataltert. 247. Technologie I² 200. Steier, RE XIV 926, 29); nonnisi subst.: neutr.*: CAECIL. com. 138 carbasina, -a (-oli- *var. l.*), ampelina (*ad l. vix recte* NON. p. 548, 16 -um a graeco, color flori similis malvae. *cf. l. 41*). *fem.*: NOVIVS Atell. 71 -am (-olli- *trad.*), crocotam, ceridotam, ricam, ricinium (*ad l. ex etymol. q. d. populari ut vid.* NON. p. 540, 23 mollicina vestis a mollitie dicta). ISID. orig. 19, 22, 12 molochinia (ma-, molocinia, -na *var. ll.*) *vestis est*, quae malvarum stamine conficitur; quam alii -am (-ci- *trad.*; -niam *var. l.*), alii malvellam vocant.

2 *i. q. malvae similis v. l. 41. cf. l. 49. 60.*

deriv.: molochinarius.

molochītēs, *acc.* -ēn *m. (?) et* **molochītis** *f.*, **μολοχίτης, -ῖτις.* *lapis pretiosus* (*cf. Blümner, Technologie III 277*): PLIN. nat. 37, 114 non tralucet -is (-es *var. l.*); spissius viret, ab colore malvae nomine accepto, reddendis laudata signis et infantum custodia *eqs.* (1, 37, 36 [-chites, -cinthes *al. varr. ll.*]). SOL. 33, 20 -en (-em *var. l.*) Arabs invenit virentem *eqs.* PRISC. periheg. 882 *Arabicis* -es splendet harenis. ISID. orig. 14, 3, 15 -es. 16, 7, 11 -es spissius virens et crassior, quam smaragdus *eqs.* *syn.*: chrysocolla, molochas (*?*), molotius (*?*). *Brandt †.*

molocrum *v. s.* molucrum (*p. 1389, 4*).

molon *n.* *orig. inc. nisi idem* (*sc.* mōl-) *est quod gr. μῶλυ* (*sc.* '*alium nigrum L.*'*? cf. Weise, Griech. Wörter im Latein 461*). PLIN. nat. 26, 33 -on scapo est striato, foliis mollibus, parvis, radice IV digitorum, in qua extrema alii caput est. vocatur a quibusdam syron (1, 26, 19 -on sive syron).

molossiambus (-os) *sc. pes,* **μολοσσίαμβος.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 145, 10 ex molosso et iambo, qui -us dicitur ut 'marcenti gradu'. DIOM. gramm. I 481, 21 -os ex tribus longis et brevi et longa temporum novem.

molossicus (Molossicus), -a, -um, *μολοσσικός.*

1 *de cane* (*cf. 1388, 18*): PLAVT. Capt. 86 prolatis rebus parasiti venatici sumus, quando res redierunt, -i (*cf. Stolz-Leumann⁵ 229*).

2 *de pede (p. 1388, 1) vel metro* (*cf. p. 1388, 45*): SACERD. gramm. VI 540, 7 *Ionicum metrum* interdum et molossos omnes habet: unde et -um metrum (*i. versus*) hoc dicitur (*seq. exemplum. cf.* DIOM. gramm. I 495, 21 *versus* spondiacus . . ., quem quidam -um dixerunt [*cf. p. 1388, 59*]. 513, 15 mihi durissimum videtur. *aliter*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 98, 19 nec -um . . . videri metrum potuit). SIDON. epist. 4, 3, 8 minutis trochaeis . . . -as (moll- *et* -losic- *pars codd.*) anapaesticasque ternarias . . . supervenire iuncturas.

molossopyrrichos *sc. pes,* **μολοσσοπύρριχος.* DIOM. gramm. I 481, 26 -os (-ius *edd. vett.*) hoc est ex tribus longis et duabus brevibus temporum octo.

molossos, *acc.* -on *v. l. 9.*

molossospondīos *sc. pes,* **μολοσσοσπόνδειος.* DIOM. gramm. I 482, 9 -os (-loso- *codd.*) ex longis quinque temporum decem.

***molossus** (Molossus), -a, -um, *μολοσσός.* *scrib. saepe* -losus (*cf. l. 1. 8*), *raro* (*e. g. l. 41*) moll- (*cf. l. 1*). *m. acc. sing. in* -on: QVINT. inst. 9, 4, 82. 100. 102 Ps. CENS. frg. 13, 5 p. 67, 21 DIOM. gramm. I 465, 21. *gen. plur.* -um: LVCR. 5, 1063 (*l. 24*). NOT. Tir. 114, 60 (*post* dactylus, anapaestus). *legitur notione s. 1 allata inde a* LVCR., VERG., HOR. (*in prosa oratione non nisi l. 16. 35. 43 sq.*), *not. s. 2 allata inde a* QVINT., TER. MAVR., *passim apud* GRAMM. [*e coni.* (*cf. l. 42*): ROMVL. fab. 57, 4 rec. gall. cervus . . . dicitur ⟨evasisse⟩ -os (*L. Müller, Thiele*; molos *BS*, malos *F et rec. W*).]

1 *de cane* (*cf. Orth, RE VIII 2548 sqq. primitus est species quaedam canum a gente Molossorum educata imprimis ad pecora custodienda et venationem apta, inde nomen transfertur ad omnes canes venaticos vel feroces, postremo de quolibet cane usurpatur, cf. l. 35. 42 et* GLOSS.ᴸ I Ansil. MO 223 -os canes: Dracontius [*v. l. 33*]. III Abstr. MO 12 -us canis. Abol. MO 8 canis rusticus [*v. etiam Lindsay, ALMA 1, 1924, 16 sqq.*]): LVCR. 5, 1063 canum . . . -um . . . ricta (CVLEX 331 HOR. sat. 2, 6, 114). GRATT. 197 Calydonia *canis* . . . patre emendata -o. SIL. 2, 689 custos. NEMES. cyn. 224 catulos (*coniung.* Spartanos). *de part. corp.* (*per enallagen*): PROP. 4, 8, 24 armillatos colla -a canes. *m. pro subst.*: VERG. georg. 3, 405 veloces Spartae catulos acremque -um (SEN. Phaedr. 32). HOR. epod. 6, 5 -us aut . . . Lacon, amica vis pastoribus. GRATT. 181 egregios. LVCAN. 4, 440 venator tenet ora levis clamosa -i. STAT. Theb. 3, 203 *Actaeonis* (CLAVD. 5, 420). Ach. 1, 747 muto legit arva -o. MART. epigr. 30, 1 veloces fugeret cum damma -os (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 279). 12, 1, 1 latratores (CLAVD. 24, 293 latrantes). CLAVD. 22, 215 ducunt . . . tenera venantem nare -i. rapt. Pros. 2 praef. 25. GILD. Brit. 34 chron. III p. 46, 7 tua . . . ad horribilem more -i aegri vomitum . . . reversio (*cf. Vulg. prov. 26, 11* canis). SIDON. carm. 7, 188 catenati . . . colla (*cf. l. 27*) -i. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 498 sensere -i imperium (*de eadem re* VEN. FORT. Mart. 3, 331 [*Sulp. Sev. dial. 2, 9, 6* canes]). 4, 510 certabant alacres ventos aequare -i. 5, 241 diri violentia saeva -i (*cf.* VEN. FORT. Mart. 4, 94 [*4, 88* canis horrificus. *Sulp. Sev. dial. 3, 3, 7* canis . . . importunior]). 5, 324 (moll- *P*). DRAC. laud. dei 2, 285 (*ex emend. M³*). satisf. 43 vulnera vexati curat sua lingua -i (*antea*: cane). GREG. TVR. glor. conf. 86 *cornus* voce . . . -os collegere. vit. patr. 12, 2 -orum turba.

2 *de pede (versu l. 59) metrico* (*semper pro subst.; cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. MO 225 pes in grammatica): *de orig.*: SACERD. gramm. VI 498, 25 -us dictus, quod a Molosso, Cretensi viro, repertus est (AVDAX gramm. VII 335, 1 a Molosso Pyrrhi filio). DIOM. gramm. I 479, 6 -us dictus, quia Molossi . . . ad bellum procedentes huius modulata compositione utebantur (*cf.* ISID. orig. 1, 17, 6 -us dictus a saltatione Molossorum, quam exercuerunt armati). *definitiones*: QVINT. inst. 9, 4, 82 *tres* longae -on efficient (DIOM. gramm. I 465, 21. *cf.* FORTVN. gramm. VI 280, 18 AVG. mus. 2, 8, 15. *al. sim.* AVDAX gramm. VII 334, 23 -us, qui ⟨et⟩ trimacrus). TER. MAVR. 1397 -um . . . et *ἵππειον* vocant (DIOM. gramm. I 479, 4 -us, vortumnius, extensipes, quem alii hippium vel Chaonium dicunt. *al. v. vol. VI 3, 2814, 46 sqq.*). Ps. CENS. frg. 13, 5 p. 67, 15 *brachysyllabo* contrarius -us, cuius exemplum 'Maecenas' (p. 67, 21. *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 45, 11 DON. gramm. IV 369, 25. *al.*). 15 p. 72, 16 -us idem est qui spondiazon (*cf. p. 1387, 82*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 41, 9 -i ratio . . . duplex. DIOM. gramm. I 432, 25. 35 *de accentu* (CLEDON. gramm. V 32, 30). *al.* *in usu*: SACERD. gramm. VI 540, 7 *ionicum metrum* interdum et -os omnis habet *eqs.* (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 94, 29. 95, 18 DIOM. gramm. I 506, 4). DIOM. gramm. I 504, 36 metrum *anapaesticum* catalexin facit . . . in -o (*cf.* 512, 37). *in formandis clausulis*: QVINT. inst. 9, 4, 100 -on quoque clausulae convenire. 9, 4, 102. SACERD. gramm. VI 494, 20 sqq. *inter* 'structuras nobis delectabiles' (*sim.* PROB. cath. gramm. IV 42, 3 sqq. DIOM. gramm. I 469, 34. 470, 15. MART. CAP. 5, 522 trisyllabis clausulam terminantibus lex est . . ., ut trochaeo praecedente paenultimo -us subsequatur *eqs.* FRG. Bob. gramm. VI 627 sqq. *al.*). CONSENT. gramm. p. 13, 23 N. vult struere aliquis ex trochaeo et -o. *al.*

cf. Onom.

? **molōsus,** (-a, -um). *si vera vox est, conferenda est c.* 1. mola, molaris. GLOSS.ᴸ I Ansil. MO 222 -i dentes molares.

molotius (-oct- *C*, morochtius *coni. Arev.*) veluti viridis et grandis invenitur in Aegypto ISID. orig. 16, 4, 32 (*in cap.* '*de lapidibus insignioribus*'). *orig. inc.; vix idem est ac* molochites (*p. 1387, 58*).

molta, moltāticus *v. s.* mult-.

1. moltus, -a, -um *v. s.* molo (*p. 1386, 4*).

2. moltus, -a, -um *v. s.* multus.

mōlu *v. s.* moly.

molucrum, -ī *n.* [*a* mola, *ad significationem p. 1389, 3 cf. gr. μύλη* '*embryo*'; *v. Specht, KZ 59, 1932, 231. J.B.H.*]

adhibetur variis notionibus (*ad* 1. mola *pertinent p. 1389, 1. 12. 13. ad*

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. mola *l. 3*): Fest. p. 141a, 20 -um non solum quo molae verruntur (*Paul.*, teruntur *Fest.*) dicitur, id quod Graeci *μυλήκορον* (*Salm.*, *μύλικρον Ald.*) appellant, sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus incidere solet (*cf.* Gloss.^{L} IV Ps. Plac. M 23 -um [molo- *trad.*] morbum quem Graeci *μύλον* dicunt [*v. etiam p. 1336, 43*]): cuius meminit Afranius in Virgine (com. 336): 'ferme virgini ⌊tam crescit uterus⌋ (⌊ ⌋ *Paul., ordinem verborum Fest. invertit*) tamquam gravidae mulieri. -um vocatur, transit sine doloribus'. Cloatius etiam in libris sacrorum (frg. gramm. Rom. 11 F.): '-um esse aiunt lignum quoddam quadratum, ubi immolatur'. idem Aelius (frg. gramm. Rom. 2 F.) in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius (frg. gramm. Rom. 7 F.) appellat, ubi molatur (*cf. Hörle, Catos Hausbücher 212*).

molumentum *v. s.* monumentum.

mōly *indecl. n.*, *μῶλυ*. *pro abl. l. 37, pro dat. (an gen. ?) l. 36; alias non leg. nisi nom. et acc.* *passim scribitur* -i (*cf. etiam l. 24. 28. 35 sqq.*), -u *l. 32. 34. 38.* *gr. ubique repondet μῶλυ.* *de re v. Steier, RE XVI 29 sqq.*

1 *i. q. herba magica contra fascinationes efficax* (*de herbis quibuscum comparabatur v. l. 27. 30*): Ov. met. 14, 292 *Vlixi* dederat florem Cyllenius album, -y vocant superi: nigra radice tenetur (*cf. Hom. Od. 10, 302 sqq.*). *ioco lascivo interpretatur de mentula* Priap. 68, 22 hic (*sc. in Odyssea; cf. l. 21*) legitur radix, de qua flos aureus exit, quam cum -y vocat, mentula *Vlixis* -y (thimoli *V*, tmoli *L*, ≡ moli *H utrobique*) fuit (*sc. qua mens Circae victa est*).

2 *de herbis variis* (*cf. etiam p. 1387, 67*): Plin. nat. 21, 180 alterum genus *strychni*, quod halicacabon vocant, soporiferum est atque etiam opio velocius ad mortem, ab aliis morion, ab aliis -y (moti *codd.*) appellatum ([1, 21, 52 -ym, -im, -in *codd.*]. Ps. Apvl. herb. 75 l. 17 *addit. interpol.*). 25, 26 clarissima herbarum est Homero teste (*cf. l. 21*) quam vocari a dis putat -y (*seq. descriptio sec. Theophr. hist. plant. 9, 15, 7. cf.* Ps. Apvl. herb. 48 tit. herba -u [etmolum, imolum *sim. codd.*]). 25, 127 contra haec omnia *venena* magicasque artes erit primum illud Homericum -y (*inde* Ps. Apvl. herb. 66 l. 12 -u). Diosc. 3, 48 p. 399, 10 alterum genus rutae . . . -i appellant (*seq. descriptio.* p. 399, 17 Cappadoci -i dicunt, quia et similis -i est. Ps. Apvl. herb. 90 l. 46 *de herba ruta hortensi*). 3, 49 p. 399, 19 de -i. -i folia habet similia agrostis *eqs.* pessario additus matrici supponitur (*cf.* Ps. Apvl. herb. 48 l. 6 herba -u contusa et imposita dolorem matricis sedat [Ps. Theod. Prisc. add. p. 353, 15]).

***molybdaena,** -ae *f.*, *μολύβδαινα*. *passim scrib.* -lib- *et* -den-, *rarius* molli-, muli-, -lip-, -din- (*cf. etiam l. 53. 57. 60*). *gen.* -is (*i.* -ης): *l. 53. 56. al.* *gr. semper respondet μολύβδαινα.*

1 *de substantia plumbosa* (*cf. Blümner, Technologie IV 156 sqq.*): **a** *i. q. vena plumbosa*: Plin. nat. 34, 173 est et -a, quam alio loco (*33, 95*) galenam appellavimus, vena argenti plumbique communis (*quae seq. pertinent ad b*). **b** *i. q. recrementum metallorum sc. spuma vel scoria plumbi sim.*: Plin. nat. 33, 108 *genus* spumae . . . tertium -am. Diosc. 1, 26 p. 68 a, 16 *crocus* adulteratur . . . spuma argenti aut -a. 5, 106 p. 209, 13 *in lotura plumbi.* *in arte medica*: Scrib. Larg. 220 -ae lotae p. *tot.* Plin. nat. 33, 105 *helcysma* addita emplastris ut -a . . . cicatricibus maxime glutinandis *eqs.* (1, 34, 53). Veg. mulom. 3, 28, 28 malagma ad nervos: . . . -ae (molipidinis *A*) selib. (Chiron 870. *al. v. ind.* Marcell. med. 35, 10). Diosc. 5, 110 p. 211, 15. 5, 111 p. 212, 5. Theod. Prisc. eup. faen. 82 -a . . . teritur (Cass. Fel. 7 p. 14, 14. Oribas. syn. 8, 35 Aa -is et papaveris folia aequalia pondera). Oribas. syn. 2, 7 Aa p. 97, 11 Mø. (La p. 97, 19 molymnina). 2, 46 Aa p. 114, 14. 2, 56, 80 p. 129, 16 -a bona est, qui est lithargiroides *eqs.* 3, 39. *al.*

2 *de herba*: Plin. nat. 25, 155 nascitur vulgo -a (-bena *codd.*) id est plumbago etiam in arvo, folio lapathi, crassa, hispida *eqs.* (1, 25, 97).

molybdītis, *acc.* -im *et* -em (-ēn) *f.*, *μολυβδῖτις*.

i. q. λιθάργυρος, spuma argenti (*cf. Blümner, Technologie IV 154*): Plin. nat. 33, 106 spuma argenti . . . optima, quam chrysitim vocant, sequens quam argyritim, tertia quam -im. 33, 107 -is e plumbi ipsius fusura – quae fit Puteolis – et inde habet nomen. *pro adi.*: Diosc. 5, 108 p. 210, 22 de lapide -liptidem (-lepd- *P*). lapis -libditen (mollipedes *e; gr. 5, 83 ὁ μολυβδοειδὴς . . . λίθος*) simile virtute habet scori plumbi. 5, 112 p. 212, 7 lithargiu nascitur ex arena -libditen (-lopdinis, molid- *b*), que combusta liquescit (*gr. 5, 87 ἐκ τῆς μολυβδίτιδος καλουμένης ἄμμου. cf.* Gloss. III 584, 59 moleptidus [*i. μολυβδίδος ?*] i. pulveres plumbi).

molybdoc(h)rōs, *acc. plur.* -ōtas *m.*, *μολυβδόχρως*. *i. qui lividae cutis est*: Oribas. syn. 5, 44, 4 Ab p. 78$^{med.}$ *vocare* tale (*i. livido*) colore hominis -lybdochrotas (La -libdocrudo), id est plumbo similis.

molybdus (-is *l. 80*) *m.*, *μόλυβδος*. *gen. gr.* -u *l. 79.* *praeter l. 79 semper scrib.* -libd-. [*e coni. falsa*: Stat. silv. 3, 2, 30.]

i. q. plumbum (Gloss. III 584, 49 melepdus. 626, 39 molibduus): Soran. p. 97, 16 medicaminibus . . . dia -lybdu (*h*, diamoybdine *l*). Oribas. syn. 2, 46 La p. 114, 14 Mø. lythargyrus, -is id est plumbus hustus (*gr. μόλυβδος κεκαυμένος*). eup. 2, 1 M 12 Aa *et* La p. 489 -us (*Aa* -pdus) id est plumbus (*gr. 22 μόλυβδος*). *cf.* molibus.

mōmar, (-aris) *n.*, *μῶμαρ*. Pavl. Fest. p. 140, 1 -r Siculi stultum appellant (Gloss.; *notio fluxit ex significatione primaria vocis gr. q. e. probrum*). [*inc., hucne pertineat* Gloss. V 524, 2 molar amentia. *suspecta est* Gloss. V 604, 9 (*quam Scal. hausit ex Osbernio*) -r Siculus (605, 4 marsiculus) stultus, qui cito movetur ad iram. Plautus (*frg. confictum; cf. Leo ed. II p. 553*): quid tu, o momarsicule homo, praesumis?] *R.*

mōmen, -inis *n.* [*ex* *movimen, *a* movere. *J.B.H.*] Pavl. Fest. p. 140, 2 -n momentum (*cf.* Gloss.^{L} III Abol. MO 21 monin [-n *?*]: momentum). *legitur certe trad. apud* Lvcr., Arnob. nat., *e coni. l. 15. 19. 20.* [*e falsa lectione Osberni*: Enn. ann. 595 vestro sine -e, venti (*cf. Goetz, Gloss. I p. 210*). *e coni. dub. vel falsa e. g.* Lvcr. 4, 179 Aetna 306 Stat. Theb. 3, 658 Paneg. 3, 23, 6 Arnob. nat. 6, 20 Avien. Arat. 447.]

1 *fere i. q. motus*: Lvcr. 2, 220 corpora . . . spatio depellere paulum, tantum quod -n mutatum dicere possis. 2, 1169 temporis incusat -n (nomen *trad.*) saeclumque fatigat. 6, 474 salso . . . -e ponti.

2 *fere i. q. causa movens, impulsus, vis, pondus* (*transl. l. 19 sqq.*): Lvcr. 3, 144 cetera pars animae . . . ad numen mentis -nque movetur. 3, 188 -e uti parvo possint impulsa moveri. 3, 189 movetur aqua et tantillo -e flutat. Ter. Mavr. 662 -n (nomen *trad.*) i quod consonantis, u vicem solam gerat. Arnob. nat. 2, 29 res parvas atque exigui -is (nominis *trad.*). 2, 35 rationes . . . nostras . . . nullius apud principem -is. 2, 49 ⟨non⟩ modo [non] parvi, sed esse nullius . . . -is.

cf. momentum.

mōmentāliter *adv.* *a* momentum, *cf.* momentaneus *et* temporaliter. *fere i. q. momento, cito*: Fvlg. myth. 2, 1 p. 39, 1 divitiarum . . . appetitus -r ornat, postrema (-o *var. l.*) . . . nudat. p. 39, 6 -r refugit. p. 39, 16 quod sicut spuma libido -r surgat. p. 40, 12 libido libet -r, fugit perenniter.

mōmentāna, -ae *f.* *a* momentum. *scrib.* -anea Gloss. V 542, 43. 614, 43. *cf. l. 33 et Schol. Pers. 4, 10* (*bis*) momentariae (*plerique, v. et p. 1391, 74*; -aneae *b 3*). Isid. orig. 16, 25, 4 trutina est gemina ponderum lances aequali examine pendens facta propter talenta et centenaria adpendenda; sicut -a (-nea *var. l.*) pro parva modicaque pecunia (*inde* Gloss. V 614, 43 -a [-nea *trad.*] duabus lancibus et uno in medio stilo aequaliter constat; est trutina modica pecuniae). *v. et p. 1391, 73.* *i. q. species trutinae*: Greg. Tvr. glor. mart. 27 palliolum . . . -a pensatum. Mart. 1, 11 ut tam diu elevarent aeream libram, quantum habere poterat quo ascenderet -a.

***mōmentāneus,** -a, -um. [*ab abl. adv.* momento, *cf.* temporaneus; *v. Leumann, IF 40, 1922, 118. J.B.H.*] *scrib.* -nus: Fvlg. myth. 2, 14 p. 56, 4 aet. mund. p. 149, 8. 163, 21. *cf. supra l. 29.* *legitur inde ab* Itala, Tert., *fere apud ecclesiasticos.* [*e coni. dub.*: Flor. epit. 4, 2, 63 *Heraeus apud Rossbach p. LXV.* *contextu corrupto*: CIL VIII 12 433.]

i. quod momento (per momenta) temporis fit (*de rebus praeter l. 61. 84. p. 1391, 1, n. pro subst. l. 53. 59*): **1** *respicitur brevitas, fere i. q. brevis, fugax, temporalis sim.* (*opp.* aeternus *passim*, perpetuus *l. 63. 67*, annosus *l. 76; syn.* brevis *l. 71*, exiguus *l. 71*, transitorius *l. 75*): Itala I Cor. 15, 52 (Tert. resurr. 42, 1. 51, 8 adv. Marc. 5, 10, 14) in atomo, in -o motu oculi (*gr. ἐν ῥιπῇ* [*ῥοπῇ var. l.*] *ὀφθαλμοῦ. Vulg.* in momento, in ictu oculi. Fvlg. Rvsp. ad Tras. 2, 13 p. 260^{A} -is . . . sententias motibus variatas). II Cor. 4, 17 (Hier. in Zach. 2, 9, 11—12. *al. cf.* Vvlg.) in praesenti -um et leve tribulationis nostrae . . . operatur (*gr. τὸ . . . παραυτίκα ἐλαφρόν*, Vvlg. *et al. verss.* quod i. p. est -um, *Tert. scorp. 13, 8* temporale, *Rufin. Orig. in num. 14, 2 p. 123, 9* momentarium. *cf. in explic. Rufin. Orig. in cant. prol. p. 73, 28* momentaria . . . tribulatio). Tert. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 11 linum ardens, id est -um ardorem gentium. scorp. 5 p. 155, 11 deo de -is aeterna medicante. Hil. in psalm. 52, 14 p. 128, 14 aeternis . . . poenis -a atque abolenda supplicia praeferentes (*cf.* Cassian. conl. 6, 11, 10 poena. *aliter infra l. 83*). 123, 9 p. 595, 20 *avis* incola non -a, non temporaria, sed . . . consistens. Gavdent. serm. 13, 12 G. lucra (*opp.* perpetua). Fvlg. myth. 2, 14 p. 56, 4 felicitatis (*cf.* Primas. in apoc. p. 896^{A} prosperitatis). Ambr. act. Seb. 1, 3 fugitiva saeculi blandimenta . . . et -a tormentorum genera (Pass. Secund. Theb. [BHL 7568] 3. *cf.* Pass. Vrban. [BHL 8372] 9 tormenta). 6, 21 tribulationem (*opp.* perpetuam, sempiternam. Pass. Secund. Theb. [BHL 7568] 8. *v. et l. 53. cf.* Arnob. ad Greg. 6 doloribus. Fvlg. Rvsp. epist. 2, 1, 1 tristitiam. Greg. M. in euang. 25, 10 fletus). Hier. epist. 64, 2, 1 -a blandimenta gulae (*cf.* Caes. Arel. serm. 189, 4 libidinem). Ps. Avg. serm. 56, 3 exiguum, -um et breve est quidquid . . . in saeculo est. Cassiod. in psalm. 43, 23 non -am mortem, sed per universum vitae tempus protractum . . . exitium (Primas. in apoc. p. 808^{C} m. non -am corporis, sed animae . . . aeternam. *al. aliter p. 1391, 14*). Favst. Rei. spir. 2, 4 p. 141, 11 transitoria et -a . . . habitacula (*cf.* Cassiod. var. 8, 33, 3 domos). Op. imperf. in Matth. 32 p. 801^{C} annosa passio medicamento -o non curatur (*aliter l. 82*). Cassiod. in psalm. 128, 3 subreptiones (*opp.* prolongatas). *al.*

2 *respicitur celeritas, fere i. q. subitus, repentinus sim.*: Tert. anim. 44, 3 fulgure rapido, -ae mortis ictu (Iord. Get. 258. *cf.* Fvlg. aet. mund. p. 149, 8 interitu. *aliter l. 72*). Cypr. epist. 30, 6 p. 554, 8 non -am neque praeproperam desiderare medicinam (*aliter l. 76*). Avell. p. 16, 28 praesentem et -am . . . ultionem. Heges. 4, 25, 2 subito -i bellatores (*Ios. bell. Iud. 4, 563 ἐξαπίνης ἐγίγνοντο πολεμι-*

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *in imag.*: Fronto p. 154, 13 v.d.H. (= p. 161, 14 N.) -am illam veterem sectator; plumbei nummei et cuiusce modi adulterini *eqs.* (Sol. praef. 5 vestigia -ae v. persecuti opiniones universas eligere maluimus potius quam innovare. Symm. epist. 3, 11, 2 spectator [*i. probator*] tibi v. -ae solus supersum). Avg. serm. dub. 365, 3$^{extr.}$ accepta -a (*cf. N. T. Luc. 10, 35*). Vita Hil. Arel. 24 l. 7 ut supernae -ae verum obryzum . . . reconderetur.

b *de singulis nummis*: ***α*** *proprie*: Tert. idol. 15 p. 47, 25 -am ostendi sibi dominus postulavit (*cf. Vulg. Matth. 22, 19* obtulerunt ei denarium). ***β*** *in imag.* (*de homine c. moneta comparato cf. Ignat. Antioch. epist. ad Magnes. 5 Migne gr. 5, 761^{B} ὁ θεοσεβὴς ἄνθρωπος νόμισμά ἐστι ὑπὸ θεοῦ χαραχθέν, ὁ ἀσεβὴς . . . παραχάραγμα*): Tert. fug. 12, 10 quomodo reddam quae sunt dei deo? utique proinde imaginem et -am ipsius inscriptam nomine eius, id est hominem Christianum (adv. Marc. 4, 38 p. 549, 25 Avg. in euang. Ioh. 40, 9. serm. 90, 10$^{extr.}$ -a Christi homo est).

2 *magis respicitur forma nummis impressa* (*cf. l. 9. 14*): **a** *proprie*: Fortvn. rhet. 3, 3 p. 122, 10 utendum est verbis (*cf. l. 45*) ut nummis publica -a signatis ([*cf. Quint. inst. 1, 1, 18* ut nummo, cui p. forma est]. 3, 8 p. 125, 16 v. propriis, usitatis, sicut n., ut dixi, p. -a s. Hier. epist. 119, 11, 2. *cf. l. 58*). Ps. Avr. Vict. orig. 3, 4 *Saturnus* usum signandi aeris ac -ae in formam incutiendae ostendisse traditur, in quam ab una parte caput eius imprimeretur, altera navis. Epiphan. in euang. 49 p. 122, 26 omnis . . . denarius sui regis exprimit -am (unitatem *S*, *antea*: figuram). Cassiod. var. 7, 32, 1 -ae debet integritas quaeri, ubi . . . vultus noster imprimitur.

b *translate*: ***α*** *speciatim pertinet ad genus scribendi* (*cf. l. 36 et A. Fr. Juret, miscell. ad Symm. 84. 315. Bentley ad Hor. art. 59. Birt, Jugendverse u. Heimatpoesie Vergils 7*): Ivv. 7, 55 qui communi feriat carmen triviale -a. Apvl. apol. 38 ea . . . nomina . . . ita de Graecis provenire, ut tamen Latina -a percussa sint. Symm. epist. 1, 3, 2 unus aetate nostra -am Latiaris (*cf. l. 54*) eloquii Tulliana incude fixisti. Ennod. epist. 4, 23, 2 p. 115, 11 in spem altioris meriti trahitur, etiamsi veniat a -a (meta *suspicatur Arnaldi, ALMA 20, 1950, 119*) triviali (*cf. l. 48*), qui tibi impositum oris mancipavit obsequium. 7, 16, 2 p. 185, 13 quamvis -am (-it- *Bb*) Latiaris (*cf. l. 50*) eloquentiae teneas, non potes tamen *eqs.* ***β*** *generatim*: Zeno 1, 10, 3 p. 334^{A} illic (*in penetralibus tuis*) aureis argenteisque innumerabilibus veluti templis tereti -a percussis inesse similiter regum vultus signaque (*cf. l. 49*). 2, 13, 5 p. 433^{A} *duo testamenta* denarii . . . duo, sed una -a signati (*cf. l. 37*). Hier. adv. Rufin. 1, 16 p. 410^{A} adulterinae -ae pecuniam reprobet. Pavl. Nol. epist. 20, 6 p. 148, 4 -am et anuli tui symbolum. 23, 26 p. 183, 22 imaginis suae (32, 24 p. 298, 18).

B *plur.*: Ps. Hier. indic. de haer. 1 ne . . . eius (*Caesaris*) -is (*Oehler*, -it- *Migne e Menardo*) uterentur. Lex Burg. extr. 21, 7 de -is solidorum ⟨iubemus⟩ custudire, ut omne aurum . . . accipiatur praeter quattuor tantum -as (-it- *A 3*) hoc est *eqs.* (*postea*: praeter istas quattuor -as [-it- *A 3*]). Inscr. Dessau 8979, 12 trium⟨viro m⟩onetarum ⟨a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando)⟩ f(eriundo) (*cf. l. 78. p. 1414, 40*).

III *i. q. momentana, statera* (*v. Sofer, Etym. d. Isid. 43*): Isid. orig. 16, 25, 4 momentana pro parva modicaque pecunia *adpendenda facta est*; haec et -a vocata.

deriv.: monetalis, monetarius, monetula.

Pfligersdorffer-R.

monētālis, -e. *a* moneta. Not. Tir. 53, 65 monitale. *de script. per* -nit- *cf. p. 1413, 61. compendia*: m *p. 1416, 3.* monet *p. 1416, 1.*

i. q. ad monetam pertinens:

I *adi.*: **A** *de hominibus* (*gr. litt. p. 1416, 5 et* Inscr. Wiener Denkschr. 57, 1 [1914] p. 93 n. 129 *οὐιόχουρον, μονητᾶ⟨λιν . . .⟩ [in Lydia, saec. III]*): **1** triumvir -is (*v. Mommsen, Münzwesen 366². Lécrivain apud Daremb.-S. V 414. Hirschfeld, Kaiserl. Verwaltungsbeamte² 183. Strasburger, RE VII A 515 sqq. cf. l. 66. p. 1414, 40*): Cic. Att. 10, 11, 5 '-i' autem adscripsi, quod ille *Vettienus* ad me 'procos'. Pompon. dig. 1, 2, 2, 30 triumviri -es aeris argenti auri flatores. *in titulis*: CIL II 4509, 12 IIIvir -is a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo) ([*fuit praetorius a. 129, ad quem pertin. etiam* 4510, 17. 4511, 16 XIV 3599, 16]. III 289, 6. V 1812, 10 monet(ali) [VI 1365, 5]. 4347, 8 VI 1339, 9. 1422, 8. 1540, 13. 31740, 5. 32412, 13. X 3724, 7 [*de eodem hom. atque l. 7*]. 3850, 4. XIV 2501, 6 m(onetali). 3600, 5). VI 1368, 9 (*a. 225* = XIV 3993) triumviro -i (*dat. finali non addito ut* VI 31717, 9 X 1259, 2 XIV 3593, 8. *cf.* IG VII 89, 4 *τρία⟨νδρον μονητᾶλι⟩ν [Megaris, pert. ad eund. hominem atque p. 1415, 83]*). **2** vigintivir -is (*v. Strasburger l. c. 517, 60*): CIL XIV 3609, 16 xxviro -i (*de Q. Pompeio Senecione consule a. 169 v. Wolf, RE XXI 2288, 57 sqq.*). **3** familia -is (*cf. l. 28 et Hirschfeld l. c. 187¹*): CIL VI 239, 2 Genio familiae monetal(is) Demetrius . . . disp(ensator).

B *de rebus*: **1** *ad metiendum aptis* (*cf. Rudorff, Grom. Institut. 281. Hultsch, Metrologie² 88*): Hyg. grom. p. 86, 2 pes *Ptolomeicus* . . . habet -em pedem et semunciam (p. 86, 5. 11). p. 86, 9 eorum mensura . . . -i autem mensura. **2** *aliis*: Apvl. met. 7, 6, 4 pretiosissimis monilium et auro -i zonis refertis incincta (Ambr. parad. 3, 15 hoc . . . bonum aurum dicere ⟨licet⟩, non -e, quod corruptibile ac terrenum est). Cod. Theod. 11, 16, 18 nisi vel -is cusio vel antiquo more necessaria fabricatio poscit armorum (*cf. p. 1414, 5*).

II *pro subst. i. q. homo negotiis gerendis intentus*: Cic. Att. 15, 13, 5 Vettienum accusat; tricatur scilicet, ut -is (*Schütz*, homo talis *M*).

monētārius, -a, -um. *a* moneta. *scrib.* -nit- *l. 36 et* Pap. Marini 115 II 2 (*a. 540*). 120, 91 *bis (a. 572); cf. etiam p. 1413, 61. 1415, 73 et Schuchardt, Vokalismus I 294 sq. III 122. Zilliacus, Kampf d. Weltspr. 194.*

i. q. ad monetam (v. p. 1413, 71) pertinens (*v. Lenormant-Babelon apud Daremb.-S. III 1984*):

I *adi.*: **A** *de animantibus*: **1** *de dea*: Comment. Lucan. 1, 380 Iunonem -am dicit (*cf. p. 1413, 73*). **2** *de hominibus*: CIL VI 298, 8 officinatores et nummulari officinarum argentariarum familiae -(ae) (*cf. l. 9*). **B** *de rebus* (*in imag.*): Vict. Vit. prol. 4 speciem . . . adhuc sordentem atque confusam non cunctabor artifici iudicio ignis examinandam contradere, qui -os possit solidos picturare (*i. ad praecepta artis perfectos*).

II *subst. fere i. q. opifex monetae* (*cf.* Gloss. paracharaximus est falsus -us. trapezita. *abiit in serm. gr. e. g. apud* Constant. Porph. caer. aul. Byz. 1, 92 p. 422, 9 *οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ μονητάριοι.* Svid. *μονιτάριοι· οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται. pendet gen.*: Pap. Marini 120, 91 [*a. 572*] -us auri. *de re cf. Waltzing, Ét. hist. sur les corpor. professionnelles II 228 sqq. 282. 298. al.*): Vopisc. Aurelian. 38, 2 fuit sub Aureliano . . . -orum bellum Felicissimo rationali auctore (*cf.* 38, 3 -i . . . rebelles spiritus extulerunt. Ps. Avr. Vict. epit. 35, 4 in urbe Roma -i rebellarunt. Evtr. 9, 14. *v. etiam Suid. s. v. μονιτάριοι. Groag, RE V 1372 sqq.*). Firm. math. 8, 17, 8 erunt etiam -i. Avg. serm. 90, 10$^{extr.}$ Caesar . . . non fecit nummum, -i faciunt. Cod. Theod. 1, 32, 3, 2 procuratores textrinorum et -orum et vectigalium praepositos (11, 28, 3. *cf.* CIL VI 8460, 3 [*christ., a. 452*] filia Porfori primiceri -orum). 9, 21, 2 pr. (= Iust. 9, 24, 1 pr.) nonnulli -i adulterinam monetam . . . exercent (*cf.* Iust. 7, 13, 2). 10, 20 tit. (= Iust. 11, 8 tit.) de murilegulis . . . et -is *eqs.* 10, 20, 1 (= Iust. 11, 8, 1) -os in sua semper durare condicione oportet nec dignitates eis . . . tribui (Iust. 12, 1, 6 ne quis ex . . . -is abiectisque officiis . . . aliqua frui dignitate pertemptet. *cf.* Theod. 10, 20, 16 [= Iust. 11, 8, 13] ex corpore . . . -orum . . . vel . . . similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium. Cassiod. var. 5, 39, 8. *v. et Hirschfeld, Kaiserl. Verwaltungsbeamte ²187³*). 10, 20, 10 pr. (= Iust. 11, 8, 7 pr.) mulier splendidioris gradus -i adhaerens consortio (*ibid.* conplexui -i . . . inhaerendum *et* ante legem . . . -is . . . coniunctae). 10, 20, 10, 1 (= Iust. 11, 8, 7, 1) si qua . . . -o adsociabitur. 10, 20, 10, 2 (= Iust. 11, 8, 7, 2) ut -o nullam necti volumus ita et -o patre susceptas *eqs.* (*cf.* CIL VI 8457, 3 lib(erto) -o). Interpr. cod. Theod. 9, 21, 5 adulterum -um. Greg. Tvr. glor. conf. 103 -us urbis. *in titulis* (*v. et l. 45. 58*): CIL VI 8458, 1 Santias mone⟨tarius⟩ (*christ. ut* 8459, 2 -us qui vixit *eqs.* [*a. 546*]). 31893 b 8 -is. h 5 Iulius -us. *in comparatione*: Cassian. conl. 1, 20, 6 imitantur . . . nomismata veri regis . . . sed non sunt a legitimis -is id est probatis et catholicis patribus figurata (Greg. M. moral. 33, 60 si a probatis -is id est antiquis p. ducitur).

monetrīx *v. p. 1421, 22.*

monētula, (-ae) *f. vox demin. a* moneta *ficta.* Isid. orig. 12, 7, 35 monedula avis, quasi -a (-nit- *K*), quae dum aurum invenit, aufert et occultat (*cf. p. 1405, 59*).

Pfligersdorffer.

moniālis *v. s.* sanctimonialis.

monichālis *sim. v. p. 1396, 23.* **monicus** *v. s.* monachus (*p. 1397, 10*).

***monīle,** -is *n.* [*derivatum a* *monī '*collum, cervix*', *cf. sanscr.* mányā '*cervix*', *avest.* manaoθrī-, *hibern.* muinēl, *cambr.* mwnwgl '*collum*' *et gr.* (*gall.*) *μανιάκης, μάννος* '*monile*', *hibern.* muin-torc '*torques*', *cambr.* minci '*collare*', *slavon.* monisto '*monile*', *anglosax.* manu '*iuba*' (*theod.* Mähne). *J.B.H.*] *de orig.*: Isid. diff. 1, 382 -e dicitur harpago a monendo, eo quod moneat mulierem esse sub potestate viri; munile vero dicitur vestimentum a muniendo, vel munile dicitur ornamentum ex gemmis, quod solet ex feminarum pendere collo: dictum a munere (*cf. p. 1417, 20. 23*). Gramm. suppl. 239, 30 -e ornamentum muliebre est a collo usque ad pectus dependens et dicitur a monendo, eo quod moneat mentem mulieris subditam esse debere viro suo. *de prosodia*: Ps. Prisc. gramm. III 522, 28 paenultimam syllabam . . . productam *habet.* *scrib.* mon- *in inscr., e. g.* CE 403, 5; mun-

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*v. p. 1416, 78*): Ambr. in Luc. 4, 63 p. 170, 21 (*P* [o *supra* u] *AL*, monrell.). Ps. Ambr. pudic. 19 (Mercati, Studi e testi 12 [1904] p. 45). Lib. iubil. 41, 11. 41, 17 (18) Gramm. suppl. 109, 14 (*v. app. crit.*) *et saepius in codd.* monilae: Itala gen. 38, 18 (Lugd.). *de formis: inter substantiva neutri generis enumeratur* Mart. Cap. 3, 235 *et* 3, 291 (*ubi tritissima de decl. proferuntur; item* 3, 234). Prisc. gramm. II 121, 7 Gramm. suppl. 109, 14. *sing. acc.*: -em: Lib. iubil. 41, 17 (18). *in var. l.*: Amm. 24, 4, 5 (*V*). *abl.*: -i *testimonio confirmatur* Char. gramm. p. 58, 4 B. Avg. gramm. V 500, 12 Mart. Cap. 3, 291; *in usu e. g. l. 47. 48. 49*; -e *testimonio confirmatur* Char. gramm. p. 73, 23 B. Prob. nom. gramm. IV 207, 10; *in usu non inveni.* Not. Tir. 53, 63 (*post* monumentum). *de notione*: Fest. p. 138, 31 -e dictum est ornatus mulieris; qualem habuisse Eriphylam fabulae ferunt. ex eo etiam equis praependens a collo ornamentum -e appellant. Exc. Bob. gramm. I 554, 1 -e ὅρμος. Serv. Aen. 1, 654 -e ornamentum gutturis, quod et segmentum dicunt (*cf. l. 21*). Avg. gramm. V 500, 10 -e, quod est ornamentum ex gemmis. Isid. orig. 19, 31, 11 torques ... et bullae a viris geruntur; a feminis vero -ia (mun- *KT fort. recte*) et catella. 19, 31, 12 -e (mun- *BK fort. recte*) ornamentum ex gemmis est, quod solet ex feminarum pendere collo, dictum a munere. hoc etiam et serpentum dicitur ...; nonnulli hoc et ⟨segmentum dicunt⟩ (*cf. l. 16*). 19, 31, 13 plerumque ... et per 'munile' omnia ornamenta matronarum significantur, quidquid illis munere datur (*cf. l. 20. p. 1416, 80*). Gloss. ὅρμος, γυναικεῖος κόσμος, ὅρμος γυναικεῖος, περιδέραιον, δράκων (*cf.* Gloss. II 280, 56 δρανκιον [*fort.* δρακίον]), περιτραχήλιον. ornamentum. Gloss.^{L} I Ansil. mo 285 -e: ornamentum muliebre. 286 torquem. 289 -e: ornamentum ex auro et gemmis (*seq.* Verg. Aen. 1, 654, *v. infra l. 44*). mv 250 -ia: pectoralia equorum vel ornamenta in cervice mulierum. III Abol. ma 43 -e: ornamentum mulieris. *respondet gr. κόσμος p. 1418, 44 et 49* (*cf. p. 1418, 38*). *δρμίσκος infra l. 65. ψέλιον p. 1418, 45. legitur inde ab* Afranio, Cic., Verg. [*it. dial.* manil. *Rohlfs.*] [*confund. c.* mobilis *infra l. 62. p. 1418, 41. 43. cf. infra l. 50. in var. l.*: Comm. instr. 2, 19, 14 obruitis collum margaritis (*Dombart*, naturalis *C*, naturale *Durel*, *Martin fort. recte*, -bus *codd. rell.*) gemmis et auro.]

i. q. ornamentum primitus colli: 1 *proprie*: **a** *sensu strictiore i. q. ornamentum colli ex auro vel margaritis vel gemmis sim. confectum* (*ad rem cf. Marquardt-Mau 703. 706*): **α** *i. q. torques hominum* (*plerumque feminarum; puerorum l. 47. 49, virorum mollium [infra l. 46. 58] vel exterarum gentium [l. 65. 66. 78]; militum infra l. 47. 55. 67. 71*): Afran. com. 204 eius -is possestricem. Cic. Verr. II 4, 39 *Eriphyla* cum vidisset -e ... ex auro et gemmis (*cf.* Ov. am. 1, 10, 52. Stat. Theb. 2, 266 geris dirum ... -e Harmoniae. Min. Fel. 26, 5). Verg. Aen. 1, 654 collo ... -e bacatum (Ciris 170 Sil. 8, 134 Lampr. Alex. 41, 1). Ov. epist. 9, 57 vidit in Herculeo suspensa -ia collo. met. 5, 52 ornabant aurata -ia collum *Athidis pueri* (Sil. 7, 638 cui *Cleadae militi* plurima ... a. fulgebat gemma -i). 10, 264 dat longa -ia collo. Sen. Herc. O. 659 disposito ... -i. Med. 573 auro textili -e fulgens. Phaedr. 391 cervix -i vacua. epist. 115, 8 *pueri* parentibus ... praeferunt parvo aere empta -ia (*Erasm.*, mobilia [*et sim.*] *codd.*). Lvcan. 2, 363 -e decens. Plin. nat. 9, 117 smaragdis margaritisque ... fulgentibus ... auribus, collo ⌊-bus⌋ (⌊ ⌋ *del. Friedlaender*). 12, 88 cum armillis ac -bus (*a, edd. vett.*, mun- *FE*). 13, 142. 37, 44 -ium vice sucina gestantibus. Val. Fl. 6, 668 *de cingulo Veneris*. 8, 18. Sil. 7, 657 qua laxa -ia crebro nudabant versu *pectus Cleadae*. 8, 467 ut fulvo micat ignea gemma -i. 12, 309. Stat. Ach. 1, 329. Qvint. inst. 11, 1, 3 ut -bus et margaritis ..., quae sunt ornamenta feminarum, deformentur viri (Rvfin. Greg. Naz. orat. 9, 4, 3 *incongruum est* si aptetur viro -e [mun- *OC*] muliebre). Ivv. 2, 85 *molles* toto posuere -ia collo. Tac. ann. 16, 31, 1. Svet. Galba 18, 2 -e margaritis gemmisque consertum ad ornandam Fortunam ... secreverat. Pavl. dig. 34, 2, 32, 7 legata (sent. 3, 6, 60 -bus [*codd. recc.*, mobilibus *L*] l.). Tert. cult. fem. 1, 2, 1 lumina lapillorum quibus -ia variantur. adv. Iud. 1 l. 40 feminarum. pall. 4, 10. uxor. 1, 4 l. 41 -ium pondera. Itala gen. 38, 18 (Lugd.) anulum tuum (*i. Iudae*) et -ae (*gr.* δρμίσκον, *Vulg.* armillam). Porph. Hor. carm. 3, 16, 11 sq. -i aureo (Amm. 23, 6, 84 *Persas* armillis uti -busque [mun- *V*] a. 24, 4, 5 sustulit in hoste prostrato a. colli -e Torquatus. Hyg. fab. 73, 2. Vvlg. Ier. 4, 30 cum ornata fueris -i [*hebr.* עֲדִי] a.). Cypr. hab. virg. 14 p. 197, 20. 21 p. 202, 3 nec brachia includat aut colla de armillis et -bus catena pretiosa. Anth. 835, 4 *Torquatus* abstulit aurati pretiosa -ia torquis (Amm. 14, 1, 3. Ambr. virg. 1, 6, 29 p. collo dependent -ia. *al.*). Ps. Ambr. pudic. 19 (Mercati, Studi e testi 12 [1904] p. 45) distinctorum -ium census (Pavl. Nol. carm. 25, 45 variis d. -ia [mun- *var. l.*] gemmis). Hier. in Ezech. 16, 11 p. 134^{B} ex variis gemmis in pectus mulierum -e descendens. *al.* Vvlg. Is. 3, 19 torques et -ia et armillas. Os. 2, 13 *Israel* ornabatur inaure sua et -i suo (*hebr. v. 15* חֲלָיְתָהּ). Clavd. 26, 627 gemmata -ia. *al.* Avg. in psalm. 61, 11. Epiphan. Avell. p. 750, 25 in ... -bus reges utuntur eo *sapphiro* ...; unde nonnulli vocaverunt eum -is ornatum. Salon. in prov. p. 976^{A} ornamenta inaurium, -ium. CIL II 3387 gemmeum. *al.*

β de ornatu bestiarum in collo praependente: equorum: Verg. Aen. 7, 278 aurea pectoribus demissa -ia pendent (*cf.* Serv. pro phaleris posuit. Clavd. Don. Aen. 7, 275 p. 45, 21 sqq.). Stat. Theb. 9, 689 sub pectore primo *equi* iactantur niveo lunata -ia dente (*sec. Amar-*

Lemaire de -i confecto ex dentibus aprorum formatis in modum lunae curvatae in cornua). Svet. Cal. 55, 3 *Incitato equo* -ia e gemmis *dedit*. Gell. 5, 5, 3 equitatum ... frenis, ephippiis, -bus, phaleris praefulgentem. Apvl. Socr. 23 p. 173 si ex auro et argento et gemmis -ia variegata dependent. Clavd. carm. min. 47, 9 gemmata -ia. *cervorum*: Ov. met. 10, 113 demissa ... in armos pendebant tereti gemmata -ia collo. Calp. ecl. 6, 43 rutilo ... -ia torque extrema cervice natant. *canum*: Gratt. 403 (*agitur de rabiei remediis magicis*) sacris conserta -ia conchis. *singulariter de ornamento collari ex pane parato*: Ov. fast. 6, 347 quem *asinum* tu, diva, memor de pane -bus ornas.

b *sensu latiore de quibuslibet ornamentis pretiosis, margaritis, gemmis sim.* (*plur. tantum*): Stat. silv. 1, 2, 128 huic *Violentillae* Inda (uda *var. l.*) -ia Glaucum Proteaque ... quaerere iussi (*de margaritis*). Apvl. met. 5, 1, 5 beatos illos, qui super gemmas et -ia calcant! (*antea*: pavimenta ipsa lapide pretioso caesim deminuto in varia picturae genera discriminantur). 5, 6, 5 quibuscumque vellet eas *sorores* auri vel -ium donare. 5, 8, 5 auro facto gemmosisque -bus onustas. 5, 9, 5. 7, 6, 4 pretiosissimis -ium et auro monetali zonis refertis incincta. Cypr. hab. virg. 13 p. 197, 7 auro et margaritis et -bus adornatae. 22 p. 203, 17 nec -ium ... quaerat ornamenta sed morum (*in lusu verborum ut* Ps. Ambr. pudic. 32 [Mercati, Studi e testi 12 (1904) p. 45]. Rvfin. hist. 8, 12, 5. *cf.* Priscill. can. 59 p. 134, 15 ornatas ... non -bus sed conversatione). laps. 30 p. 259, 14 pretiosa ornamenta et -ia laborata (elaborata *var. l.*). Sol. 52, 64 Indici reges ... gemmas ... -ia (mun- *G*) habent. Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 30, 2 gemmarum ... -ia (mun- *var. l.*) coruscantia. Tob. 6, 23 p. 529, 23 -ia nobilia. Hier. epist. 38, 4, 1 vidua ... -bus (mun- *L*, morosius *N*) ornabatur (Vvlg. Is. 61, 10 quasi sponsam ornatam -bus [*hebr.* כֵּלֶיהָ] suis [*cf.* Ps. Leo M. humil. 17 p. 176^{A} si ... ullis aliis -bus acquiescit ornari, nisi illis quae de thesauris sponsi per sancti spiritus pignus accepit]. *v. etiam l. 19 et 35*). 54, 11, 2 amorem -ium atque gemmarum. Vvlg. iud. 8, 26 absque ornamentis et -bus (mun- *var. l.*, *hebr.* הַנְּטִיפוֹת). Ezech. 7, 20 ornamentum -ium suorum (*hebr.* עֶדְיוֹ). Rvfin. Adamant. 1, 10 p. 23, 4 aurum vel argentum atque omnia Aegyptiorum auferte -ia. apol. adv. Hier. 2, 34 p. 613^{A} sponsam ... -bus exornatam (Greg. Tvr. glor. mart. 91). Greg. Naz. orat. 6, 3, 1 -ium (mun- *R*) munera. hist. 5, 18, 11 prophetissa ornamentis utitur et -bus (*O*, ornatibus *PF*) delectatur (*gr.* φιλοκοσμεῖ)? Prvd. perist. 3, 22 fulva -ia (mun- *var. l.*) respuere. *al.* Consvlt. Zacch. 1, 19 p. 24, 33 mulierum (*ad exod. 32, 2*). Mart. Cap. 1, 7 p. 8, 10 auro ac -bus (mun- *βAγ*) inhiare. Cod. Theod. 9, 42, 7 (= Iust. 9, 49, 7, 1) quantum auri et argenti, vestium ac -ium (mobilium *Iust. in LCQ*). 10, 18, 2 pr. quisquis thesauros et condita ... -ia (mun- *S*, mobilia *HGE*) ... reppererit. *al.* Pallad. hist. mon. I 2 p. 256^{C} reliquos *lapides* neptis tuae -bus (*gr. p. 23, 17 B.* εἰς κόσμον) deputare. Pass. Theclae Bb 18 p. 44, 14 dedit -ia sua ostiario (*gr.* τὰ ψέλια, *Ca* virias, *Cd* armillas). *al.*

2 *in comparatione et translate* (*cf. l. 29; sing. l. 49. 60. 62. 64. 75. 76. 77. 78. 79. 81. p. 1419, 2*): Apvl. mund. 29 hoc ornamentum ⌊et ut⌋ (⌊ ⌋ *codd. plerique*, et *F*, et velut *Thomas*, velut *Hildebrand*) -e κόσμος rectissime Graeca lingua significat. Tert. nat. 1, 12, 15 (*de religione Romanorum*) ille imaginum suggestus (*sc. in signis*) et totius auri cultus -ia crucum sunt (*sim.* apol. 16, 8). Cypr. hab. virg. 6 p. 192, 11 illa (*sc. ignes, cruces sim.*) sunt carnis pretiosa -ia, illa corporis ornamenta meliora. Ivveno. 1, 665 iactare -ia porcis (*e Matth. 7, 6* margaritas). Avson. Mos. 72 sub undis adsimulant nostros imitata -ia cultus. Ambr. hex. 3, 5, 23 p. 74, 15 quid enumerem insulas, quas velut -ia plerumque praetexit? 3, 12, 52 p. 94, 22 serta pendentia velut quaedam speciosi ruris -ia. 3, 12, 52 p. 95, 11 spectent singuli fidelium pulchra animarum -ia. patr. 10, 41 p. 148, 13 *sarmentum* ad verticem ascendens iugi quaedam colla vitium pretiosi palmitis vestit -i. in psalm. 118 serm. 4, 5, 2 si habeat in se verbi dogmata velut quaedam falerum -ia. 5, 29, 2 stellarum -ia (mun- *C*) Hier. epist. 52, 13, 3 (*de virtutibus*) nihil hoc -i (mun- *N*, munere *K*) pretiosius, nihil hac gemmarum varietate distinctius. 77, 9, 1 (*de morte Fabiolae*) pretiosissimum ... -e perdidimus. in Ier. 1, 14, 2 (*loq. deus*) legis tibi ornamenta et verborum distribui -ia (mun- *var. l.*). *al.* Vvlg. cant. 1, 9 collum tuum sicut -ia (mun- *var. l.*, *hebr. v. 10* חֲרוּזִים, *cf.* Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 154, 2 *ad loc.*: cervix eius tam decora sit reddita quasi -ium redimiculis adornata). 7, 1 iunctura feminum tuorum sicut -ia (mun- *var. l.*, *hebr. v. 2* חֲלָאִים). Rvfin. Basil. hom. 2, 3 exornes eam *animam* et excolas omnibus virtutis pietatisque -bus (Petr. Chrys. serm. 115 p. 516^{A} non compta moribus, non -bus ornata virtutum). hist. 5, 1, 35 vincula sua -ia (*gr.* κόσμον) pretiosa ducebant. Orig. in gen. 8, 1 p. 77, 17 mysteriorum pretiosa -ia. Orig. in exod. 9, 4 p. 242, 27 ista ... pars *intellectualis* in nobis velut quidam pontifex exornetur ... -bus pretiosis. Orig. in cant. 2 p. 156, 17 -e cervicis ecclesiae oboedientia Christi est (*cf.* 2 p. 156, 26 istud oboedientiae -e). *al.* Prvd. perist. 2, 305 hoc est -e (mun- *var. l.*) ecclesiae. Pavl. Nol. carm. 19, 489 virga crucis ... spoliata -i. 21, 75 virtutum varias ut viva -ia gemmas. 24, 813 sapientiae -e. Avg. discipl. 2, 2 praecepta multa tanquam multas gemmas et pretiosa -ia. Victric. 29 aeternitatis. Vita Hil. Arel. 2 l. 12 vitae illius pretiosissimum -e. Compvt. Carth. 1, 9 p. 285, 15 ut horum circulorum veritas in omnibus suis ornata -bus ostendatur (*cf. inscriptionem libri secundi*: omnia ornamenta ... circulorum). Greg. Tvr. Thom. p. 101, 1 cuius *regis caelorum* thalamum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

immensis -bus (mun- *P*) splendet. CE 1560 B (= INSCR. christ. Diehl 98 c), 4 -e pium. *al.*

parecheses c. mores: *p. 1418, 20 et 71, c.* munera: *p. 1418, 36. cf. Onom.*

monima. *fortasse vocabulum Ibericum pateram sacram significans esse conicit Huebner, Ephem. epigr. VIII p. 418*: INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 417 n. 147 (*in manubrio paterae, Tarracon. saec. I*) Stenionte deo Docilico [An] Annidio gente -am (*sc. dedit*). n. 148 Congio Viscico -am. *cf. Onom.* *Lumpe.*

monimen, -inis *n. a* monere.

i. q. monitio: PRISC. gramm. II 126, 4 i habent correptam, ut moneo mones -n, . . . regimen, . . . tegimen, . . . specimen.

moniment- *v. s.* monument-.

monīmerium, -ī *n., μονημέριον. cf.* monemerum *p. 1405, 82. i. q. sollemne per unum diem agendum*: IVLIAN. epit. novell. 98 quarta *die* . . . ea *processio,* quae -um dicitur . . . celebrandum est *a consulibus* (*Novell. Iust. 105, 1 τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίον, vers. authent.* quod dicitur totius diei).

monīmeron *v. s.* monemeron (*p. 1406, 3*).

[**monit** *v. s.* morimal.]

monita, -ōrum *n. v. p. 1412, 62.*

***monitio,** -ōnis *f. a* monere. *de notione*: PAVL. FEST. p. 196, 7 obiurgatio post turpe factum castigatio, -o vero est ante commissum. GLOSS.^{L} V Aa M 475 eruditio seu decantatio. GLOSS. *παραίνεσις, ὑπόμνησις. quae graece respondent v. l. 34. 54. 56. 63. 66. 67. 76. adde* CASSIOD. hist. 5, 43, 10 (*Theodoret. 2, 29, 10 ὑποθήκαις*). *leg. inde a* CIC. (*l. 34*), LIV., SEN. (*cui soli vox familiarior est semper plurali numero, qui alias rarius usurpatur*); *poetis deest (ut dactylico metro non conveniens).*

i. q. actus monendi, admonitio, praeceptum, saepe i. q. reprehensio vel praemonitio (sc. ne iniqua fiant, ut l. 34. 36. 38. 47. 60. al.), interdum i. q. institutio (l. 46. 53. 59. 68. 70) sim. (*monentur homines*):

A *generatim* (*de parte quadam philosophiae moralis l. 39 sqq.*): **1** *nude positum*: CIC. Lael. 89 ut -o acerbitate, . . . ut obiurgatio contumelia careat (*cf.* AMBR. off. 1, 22, 99 -o sine asperitate, hortatio sine offensione). LIV. 45, 19, 7 ni . . . amici prudens -o velut frenos animo eius . . . imposuisset (*cf.* APVL. met. 5, 6, 3 seriae. 8, 16, 1 salubri. *v. et l. 62*). SEN. clem. 1, 16, 3 -bus et verecundia emendare ac docere *discipulos.* benef. 1, 15, 2 nostras. epist. 89, 13 locum, qui -es continet, sustulit *Ariston.* 94, 12 contraria -bus tuis fama. 94, 21 consolationes dicas supervacuas et exhortationes; atqui non sunt supervacuae, ergo ne -es quidem (*antea*: praecepta). 94, 24 -es admotae gravibus vitiis. 94, 39 putemus non proficere leges: non ideo sequitur, ut ne -es quidem proficiant. *ibid.*: consolationes . . . dissuasionesque et adhortationes et obiurgationes et laudationes: omnia ista -um genera sunt. 94, 55 crebris. COLVM. 11, 1, 6 *agricolarum peritissimorum* -bus . . . rusticationis . . . consequatur scientiam. FRONTIN. strat. 4, 7, 38 -e (mun- *H*) consecutus est *eqs.* SVET. Aug. 89, 2 prout quique -e indigerent. AVR. Fronto p. 27, 6 v.d.H. (= p. 28, 23 N.) mihi . . . nullus metus huius -is erat. APVL. met. 5, 18, 4 omnium mariti -um . . . memoriam effudit. 11, 7, 1 -is ordinem *ab Iside imperatum.* TERT. Scap. 3, 5 (*ubi* admon- *falso edd., cf. Löfstedt, Krit. Bem. zu Tert. Apol. 1918 p. 47*). uxor. 2, 2, 2 hanc -em (motionem *NFR*^{1}, mentionem *A*). ITALA deut. 11, 2 (Lugd.) -em domini (*gr. παιδείαν, Vulg.* disciplinam; *antea*: praecepta, mandata). IREN. 4, 14, 3 sacrificia . . . et oblationes ⌊et -es⌋ (⌊ ⌋ *om. cod. Clerm., gr. νουθεσίας*). MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 4 p. 1240^{A} *coniung.* lex. in Phil. 2, 16 p. 1213^{C} *opp.* instantia. 2, 24 p. 1215^{A} magno affectu et magna -e hoc adiunxit. FILASTR. 135, 2 ita docebat, ut . . . -e mulceret. SERV. Aen. 12, 611 in georgicis -bus. COD. Theod. 12, 1, 39 *syn.* hortatu. 13, 5, 16 pr. apparitione . . ., cuius -o hanc debet sollicitudinem sustinere, ut iudices . . . ab inlicitis tempestiva suggestione deducat. 16, 5, 7, 1 refrenari divina . . . -e. *al.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 36, 1 consiliis et -bus (ammon- *Rustic., gr. I 1, 1 p. 113, 13 παραινέσεσιν*) ecclesiasticis. EVSTATH. Basil. hex. 5, 5, 5 verbum -is (*gr. aliter*). SEDVL. op. pasch. 4, 19 *v. p. 1413, 10.* CASSIOD. hist. 6, 29, 2 paganorum dogmatibus atque -bus (*Sozom. 5, 16, 2 παραινέσεσιν*). PALLAD. hist. mon. I 9 p. 282^{A} eius -bus acquiesces (*gr. p. 66, 2 B. τῇ ἐπικρίσει*). LEX Visig. 8, 4, 23 post -em (admon- *V*^{2}. *postea*: commonitione). *al.*

2 *acced. structurae*: *gen. obi.*: COLVM. 11, 1, 30 menstrui cuiusque officii -o (*i. institutio*) ea, quae pendet ex ratione siderum. TERT. apol. 33, 4 ut illi -o (*F*, admon- *P*) condicionis suae sit necessaria (*antea*: hominem se esse . . . admonetur). ut: SVET. Tib. 18, 2 addita -e, ut . . . se . . . interprete . . . uteretur.

B *speciatim i. q. vaticinatio*: SVET. Nero 56 volebat . . . credi -e eius *imagunculae* futura praenoscere. CLEM. ad Cor. 55, 1 -i⟨bu⟩s acceptis tradiderunt se in morte (*gr. χρησμοδοτηθέντες*). FIRM. math. 5, 4, 3 deorum adsidua -e formati.

monito, -āre. *a* monere. [*sicil.* amunitari. *Rohlfs.*]

i. q. acriter monere (*v. Blomgren, Stud. Fortunatiana I 151*): VEN. FORT. carm. 5, 5, 23 quos *Iudaeos* . . . -bat saepe sacerdos, ut *eqs.* Mart. 2, 387 -at cunctis talem esse sequendum (*cf. Sulp. Sev. Mart. 25, 4* clamabat).

***monitor,** -ōris *m. a* monere. *scrib. compendio p. 1421, 9. v. et p. 1421, 21.* *de notione*: VARRO ling. 5, 94 quae ab scientia voca⟨n⟩tur aliqua ut praestigiator, -r, nomenclator. SCHOL. Ter. p. 115, 20 '-e' invitatore. SCHOL. Cic. Gron. p. 327, 3 (= GLOSS. V 659, 22) -r dicitur qui vel propria dicenti suggerit vel aliena. GLOSS. II 587, 44 qui alii memoranti dicit oblita. GLOSS. *σημαντήρ, ὑποβολεύς. quae graece respondent v. l. 34. 38. 55. 64. p. 1421, 18.* *discernitur* -r *et* minator *p. 995, 56. legitur inde a* TER., CIC., SALL., HOR. [*falso trad. pro* minoribus: GREG. TVR. Franc. 3, 13 (*cf. Bonnet, Lat. de Grég. 245, 7*). *dub.*: PS. CIC. in Sall. 4, 12 (memores *V*).]

is qui monet, suadet, docet (e. g. l. 17. 28. 29. 34), impellit, saepe is qui praemonet, ne iniqua fiant (*e. g. l. 18. 21. 25*): **I** *generatim*: **A** *monent animantes*: **1** *nude positum*: **a** *de hominibus*: TER. Haut. 171 ⟨tempust⟩ monere me . . . Phaniam, ad cenam ut veniat; . . . nihil opus fuit -e (SCHOL. *v. l. 1*). 875 hic adiutor meus et -r et praemonstrator Chremes. Phorm. 234 o Geta -r! CIC. Verr. II 3, 155 te -e an sua sponte venerat (*abl. absol. ut*: STAT. silv. 4, 7, 25 fido. VEN. FORT. carm. 3, 15, 16 ARATOR act. 2, 161. *cf. l. 79*). de orat. 2, 99 est . . . magis . . . -is non fatui quam eruditi magistri (*cf.* SEN. dial. 6, 9, 4 intempestivi [*praeced.*: si admoneatur]. ANTH. 198, 59 iners. HEGES. 1, 39 l. 29 improbis. ENNOD. opusc. 2, 72 p. 310, 2 sinistri). HOR. epist. 1, 18, 67 *v. p. 1411, 23.* 1, 20, 14 ridebit -r non exauditus. 2, 2, 154 tamen uteris -bus isdem? (Ps. AVR. VICT. epit. 45, 6 probatis eruditisque). ars 163 iuvenis . . . custode remoto gaudet equis . . ., -bus asper. OV. trist. 3, 4, 13 *v. p. 1408, 28.* LIV. 24, 35, 5 ipse haud vanus praesens -r facile perpulerat, ut *eqs.* 45, 19, 8 -r . . . fidus (*cf. l. 16*), si decedi fide vidisset (*quae praecedunt v. p. 1419, 36*). SEN. epist. 94, 10 non desiderant manifesta -em, praecipienti dubia non creditur. 94, 72 stet ad latus -r (*alluditur ad usum l. 74 descriptum*). IVVENC. 3, 424 alius . . . -r pia iussa frequentet (*seq.* doctorum). MAR. VICTORIN. in Phil. 4, 8 p. 1231^{A} ut non -r solum Paulus sit, sed etiam praebeat exemplum. AVR. VICT. Caes. 4, 1 *syn.* auctoribus. SCHOL. Cic. Gron. p. 320, 20 Lucullus secum habebat -es. HIER. Orsies. doctr. 25 *coniung.* doctorem (*item* RVFIN. Orig. in cant. p. 91, 12 B.). RVFIN. Orig. in cant. p. 92, 7 quotiens . . . aliquid . . . absque -bus invenimus. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 17, 33 -es (*Migne gr. 78, 1041^{A} παραινέτας*). ARATOR ad Vigil. 30 *syn.* magistro. *al.* *in re militari fere i. q. imperator* (*cf. p. 1410, 33*): SIL. 8, 370 his *copiis* Scaurus -r *erat.* *in arte medica de adiutore medici*: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 167 vocis exercitium musico -e (*qui gr. appellatur φωνασκός*) compositum (*cf.* 4, 7, 101 v. e. et perunctio adhibito -e).

b *de numinibus aut ventura praedicentibus (ut l. 41) aut hortantibus*: PLIN. nat. 3, 55 vates intellegitur potius ac -r *Tiberis fl.* (PANEG. 12, 18, 1 hospitis -r Aeneae. CLAVD. DON. Aen. 8, 45 p. 120, 2 benignus. 8, 60 p. 122, 28). SIL. 3, 219 -r Cyllenius. 4, 723 -r deus (IVL. VAL. 2, 26 p. 92, 3 accepto habitu, quem deus -r praemonstraverat [*cf. 2, 25 p. 91, 23* moneo in somnio]). CIL III 1032 (= INSCR. Dessau 3019) Iovi -i conservatorique . . . somno monitus (3228 [= INSCR. Dessau 546]). *de deo Christiano*: CASSIOD. in psalm. 150 p. 1056^{A}. *de spiritu sancto*: CASSIOD. in psalm. 33, 5 -r spiritualis.

2 *c. structuris*: **a** *quid moneatur, indicatur gen.*: SALL. Iug. 85, 10 sumat aliquem ex populo -em officii sui. AMM. 14, 10, 14 utilium. HIER. epist. 39, 2, 8 humanae imbecillitatis. DRAC. laud. dei 3, 20 iustitiae -r, sed plus pietatis amator. **b** *qui moneatur, indicatur gen.* (*cf. l. 42*): AMBR. Abr. 2, 4, 18 conversus . . . ad aliquem -em sui. RVFIN. hist. 1, 2, 7 ⌊praeceptor . . . et -r⌋ illius . . . prosapiae (⌊ ⌋ *gr. διδάσκαλος*). *dat.* (*cf. etiam l. 36*): CLAVD. 26, 307 nec vobis fortis -r, mihi cautior.

B *monent res* (*cf. l. 65*): AVIEN. Arat. 1495 *colorem lunae* perpende oculis, ipso -e dierum signa tene! EPIST. pontif. 286, 1 Migne 20, 470^{A} regularum hunc librum quasi didascalicum atque -em . . . insinuare.

II *speciatim*: **A** *is qui alicui dicenda aut agenda subicit*: CIC. div. in Caec. 52 hunc librum . . ., quem -r tuus hic tenet; qui si te recte monere volet *eqs.* QVINT. inst. 6, 4, 9. *in re scaenica i. q. ὑποβολεύς* (*cf. l. 3*): FEST. p. 138, 29 -es . . . qui monent histriones in scaena sed etiam ubi adiciuntur ⟨libri dicuntur⟩ (*add. dubitanter Lindsay, Gloss.*^{L} *IV 200 coll. Paulo*) commentarii (*ad l. 59 ?*). CIL III 3423 genio collegio (*sic*) scaenicorum . . . Secundus -r d(onum) d(edit). *fortasse huc pertinet*: CIL IV 3905 Conopi manuductori (*cf. p. 337, 75*) et Clementi -i fratri. *i. q. nomenclator* (*cf. l. 1*): CIC. Mur. 77 quid quod habes nomenclatorem? . . . per -em appellandi sunt *cives.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 16 ut sine -e exercitum salutaret *Cyrus* (PLIN. paneg. 23, 1 quod equestris ordinis decora honore nominum s. -e signares).

B *i. q. paedagogus, custos, comes, rector* (*quid moneatur, indicatur genetivo l. 77. 79; ad rem cf. Blümner, Privataltertümer 310*): SEN. epist. 94, 8 -em non desiderabit ad singula (*eqs.*), . . . haec paedagogus puero . . . praecipit. STAT. Theb. 12, 205 virginei custos -rque pudoris. silv. 5, 2, 51 disce puer, nec enim externo -e petendus virtutis tibi . . . amor. 5, 3, 147 pubes te -e regi. AMBR. Abr. 2, 6, 27 -es alicuius sermonis ([*ibid.*: praeceptores]. Cain et Ab. 1, 5, 14 *voluptas* pollicetur sine paedagogo disciplinas, sine -e sermones). Iob 1, 7, 21 adulescentia . . . fastidiosa -bus. EVGRAPH. Ter. Andr. 192 'magistrum' dicit -em (*cf.* Phorm. 72, *ubi add.* custodem). ENNOD. opusc. 6, 4 p. 402, 25 -is officium. 6, 13 p. 406, 14 sollicitudo -is. *de angelis tutoribus*:

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Rvfin. Orig. in num. 24, 3 p. 231, 25 utrum ... peccaverint homines ... -um custodumque negligentia.

C *in re agraria i. q. praefectus operariorum* (*cf. Marquardt-Mau 154*): Colvm. 1, 9, 4 et in turba et sub -e vinitor opus facere debet. 1, 9, 7 praeeuntis -is diligentiam. Vlp. dig. 33, 7, 8 pr. praepositi operariis ... villici et -es (*cf.* Pavl. sent. 3, 6, 35).

D *in re sacra i. q. praecentor, qui praeit verbis* (*cf. Marquardt, Staatsverw. III 178*): CIL I² 782 (= Inscr. Dessau 902. *Tusculi*) aed(ilis) lustr(alis) mon(itoris) sacr(orum). XIV 2580 (= Inscr. Dessau 3152. *in agro Tusculano*) aedilis, -r, augur, praef(ectus) sacror(um). *sim. in cultu christiano* (*cf. F. J. Dölger, Antike u. Christentum II 241 sqq.*): Tert. apol. 30, 4 Christiani ... sine -e, quia de pectore oramus, precantes sumus.

E *in negotiis publicis: i. q. exsecutor pecuniarum*: Cod. Theod. 1, 10, 2 palatini -es frequentissimi ad profligandos largitionales titulos iudicibus ... adsistant. *i. q. iudex*: Pallad. hist. mon. I 1 p. 254A numquam sit alter -r talis, qui addici iubeat libidini castitatem (*gr. p. 19, 8 B. δικαστής*).

v. Onom.

f. **monitrix,** -īcis. *de scriptura*: Prob. inst. gramm. IV 128, 12 quaeritur, ... qua de causa monitor et -x per i litteram scribuntur (*cf. K. Meister, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 45, 1913, 183 sqq.*). [-etrix *loco dub.* Plavt. Truc. 501 *Buechelerum secuti legunt Leo, Lindsay, Enk, ubi* emonet ruria *trad.; cf. quae disseruerunt de hoc l. C. F. W. Mueller, RhM. 55, 1900, 312 sq., Ernout et Enk ad l.*]

de bestia praemonente: Nepotian. 1, 3, 5 Sertorius ... albam cervam habuit, quam persuasit barbaris -em sibi esse (*cf. Paris 1, 2, 4* ab ea se quaenam aut agenda aut vitanda essent ... admoneri).

deriv.: monitorius.

monitōrius, -a, -um. *a* monitor. [*falso trad.*: Pass. Theclae Λ 33 p. 88, 4 accepto -o (aecepta munitura *coni. v. Gebhardt*).]

i. q. ad monendum aptus: de fulminum genere: Sen. nat. 2, 39, 2. 4 (*v. vol. IV 438, 41 sqq.*). 2, 49, 1 -a *f.*, quibus docetur, quid cavendum sit.

n. sing. ✕**monitōrium,** -ī *pro subst. i. q. ὑπόμνημα, commentarius*: Dig. tit. libr. 27, 2 Callistrati edictōn -on *βιβλία ἕξ* (*cf.* Call. dig. 2, 6, 2 ad e. -um. 3, 5,28 edicti -i. *al.*). *titulus postea a librariis falso intellectus esse videtur* (*cf. vol. V 2, 70, 24 sqq. et v. Kotz-Dobrž, RE suppl. III 226 sq.*).

monitum, -ī *n. v. p. 1412, 62. cf. et s.* monumentum.

✕**monitus,** -ūs *m. à* monere. *scrib.*: monɪtv: CIL XIII 11817. *compendio* m(onitu): CIL X 205. *de usu formarum*: Serv. Verg. Aen. 10, 689 et 'hos -us' dicimus ... sed a quarta declinatione nec singulari dativo utimur nec plurali. *legitur saepissime abl. sing.* -u *inde a* Cic.; -o: Greg. M. epist. 11, 10 p. 272, 4 (*cf. Norberg, In reg. Greg. M. stud. crit. II 130*). *v. et p. 1422, 36. in lapide*: CIL VI 2232 (*litt. bonis*) Bellonae ..., cuius -o hasta ... dicata est. *inde a* Verg. Aen. 7, 102 *et* Ov. *nom. et acc. plur.* -us (*metro dactylicorum saepe commodiores quam* monita). *ad locos apud Neue-Wagener I³ 646 citatos adde: nom. plur.*: Val. Max. 1, 6, 11 Val. Fl. 4, 187 Sil. 5, 75.8, 112 Stat. Theb. 5, 645. 10, 593. 723 Paneg. 8, 15, 2 Clavd. 17, 157. 26, 229. *acc. plur.*: Ov. fast. 1, 227 (*?*). Phaedr. app. 6, 7 Sil. 5, 186. 9, 133 Stat. Theb. 1, 492. *al.* Apvl. met. 5, 3, 1 Socr. 19, 163. *al.* *formae rariores: acc. sing.* -um (*possit ad p. p. p.* monitum *referri*): Ivl. Val. 1, 4 p. 6, 3 Maximin. c. Ambr. 115 Evgraph. Ter. Andr. 293 p. 29, 6 Carm. de resurr. 61. *nom. sing.* -us: Theod. Mops. epit. in psalm. 49, 21a ad p. 332, l. 3 (*gr. παραίνεσις, cf. p. 1422, 28*). *gen. sing.* -us: Cod. Iust. 1, 12, 6, 2 (*a. 451*). *graece respondet παραίνεσις* (*l. 57. p. 1422, 28*).

I *i. q. actio monendi, admonitio, praemonitio* (*sc. ne iniqua fiant, p. 1422, 14. 21. al. et* Sil. 8, 112 Svet. Aug. 94, 8), *fere i. q. institutio* (*p. 1422, 17, cf. p. 1422, 29*), *commemoratio* (*p. 1422, 38*): **A** *abl. alicuius -u i. q. aliquo auctore* (*sc. moveri ad aliquid agendum; acced. pron. pers. l. 72. 80; nude ponitur l. 76 sqq., c. praepos.* ex *l. 77. p. 1422, 4*): **1** *deorum* (*fatorum l. 73*): Cic. div. 2, 86 Fortunae (*bis*). Verg. Aen. 6, 533 -u divom (Ov. Pont. 3, 4, 113 di, quorum -u sumus eventura locuti [Liv. 5, 51, 6. 7, 6, 2. 39, 13, 9 Val. Max. 1, 7, 3. *al.* CIL XIII 7360 *s. II ex.*]. *cf.* Ov. epist. 15, 17 divino [Apvl. met. 11, 14, 3 CIL IX 949]). Ov. met. 3, 127 Tritonidis. 13, 216 Iovis (Lvcan. 9, 545. Avien. Arat. 3 *coniung.* imperio, *antea*: auspice ... Iove). fast. 1, 499 Carmentis. 3, 313 (*Faunus:*) magna petis nec quae -u tibi discere nostro fas erit (*cf.* Liv. 1, 19, 5 eius *Egeriae*. Apvl. met. 11, 6, 1 [*regina caeli:*] meo). 3, 802 Parcarum. Val. Max. 8, 15, 3 Apollinis (*cf.* Sen. Oed. 719 Phoebi). Val. Fl. 4, 27 Iunonis. Tac. hist. 1, 22, 3 fatorum. 4, 81, 1 Sarapidis dei (*postea*: eodem deo auctore). *al. dei christiani*: Ivvenc. 1, 160 Avg. civ. 1, 10 p. 19, 11 D. *al.* *nude ponitur*: CIL VII 98 Iovi ... Calpurnius ... -u. XII 659 sive voto sive visu sive -u posuit. ex -u: Arnob. nat. 2, 68 p. 103, 11 Apollinis. CIL XIII 7356 ⟨ex⟩ moni⟨tu⟩ dei. XIV 38 (= Inscr. Dessau 4115) deae.

2 *hominum: generatim*: Verg. Aen. 9, 499 Ilionei. Ov. ars 2, 427 nostro (*cf.* 2, 428 meo. Sidon. epist. 3, 2, 2 tuo). epist. 17, 115 -u nutricis amaro. Liv. 22, 1, 17 decemvirorum. Val. Fl. 1, 184 ducis imperiis ... -uque (Stat. Theb. 5, 555. 10, 387). Tac. ann. 4, 22, 2 principis. Apvl. met. 2, 31, 4 -u famuli mei, qui noctis admonebat. *al.* *haruspicum, vatum*: Liv. 1, 31, 4 seu voce caelesti ... seu haruspicum -u (25, 16, 3. 25, 17, 3 Tac. ann. 11, 15, 1 Plin. epist. 9, 39, 1). 7, 27, 1 *librorum Sibyllinorum*. Act. lud. saec. Sept. Sev. 1, 8 vetustissimae v⟨ati⟩s. *al.* *sanctorum*: Inscr. christ. Diehl 3487 A, 8. ex -u: Hyg. fab. 20 Phinei.

3 *prodigiorum*: Val. Max. 1, 7 ext. 1 cuius (*sc. iuvenis in somniis visi*) -u (*cf.* Amm. 25, 10, 16 -u cuiusdam somnii ... praescisse).

B *usu generali*: **1** *de admonitionibus divinis homini datis:* Verg. Aen. 4, 282 attonitus tanto -u imperioque deorum (Ov. met. 7, 600. fast. 3, 167 occultos -us. Val. Max. 1, 6, 11. Stat. Theb. 10, 188 magna d. mandata ... -usque verendos. Coll. Mos. 15, 2, 6 qui sub obtentu et [ex *Krüger*] -u d. quaedam enuntiant. Carm. de resurr. 61 ultra -um *dei* [*cf. 66* mandata]. *cf.* Sen. Oed. 239 -u caelitum iussus. Plin. paneg. 76, 7 revereri ... numinum -us). 7, 102 responsa ... Fauni -usque silenti nocte datos (Stat. Theb. 5, 645). Ov. met. 2, 103 finierat -us *Phoebus* (fast. 1, 227). Val. Fl. 4, 523 *Iovis* (Stat. Theb. 7, 13. Clavd. 15, 217 I. arcanos -us mandataque). Phaedr. app. 5, 7 *Phoebi* (*cf. p. 1421, 73*). Val. Fl. 1, 231 cui genitor tribuit -u (*i. institutione*) praenoscere divom omina. Stat. Theb. 1, 492 *syn.* oracula Phoebi. 3, 304 fatorum (11, 149 fati). Apvl. met. 5, 3, 1 -us ..., voces informes, audiens. 11, 19, 2 visu deae -uque (*postea*: imperiis). Clavd. 26, 229 monstra deum -usque sinistri. Avg. civ. 15, 7 p. 67, 22 D. *syn.* admonitione. *al.*

2 *hominum* (*dei monentis deam l. 32*): **a** *vatum*: Verg. Aen. 4, 465 vatum praedicta ... terribili -u horrificant. Ov. epist. 16, 239 *seq.* praemonuisse. met. 13, 723 futurorum ... quae ... fideli ... Helenus -u praedixerat. Val. Fl. 5, 127 Phinei. Stat. Theb. 10, 593 *coniung.* consilia. 10, 723 Ach. 1, 32. *al.* Theod. Mops. epit. in psalm. 49, 21c ad p. 332, 1—3 hinc iam inchoatur -us profetae (*l. 1 παραινέσεως*). **b** *aliorum* (*magistrorum sim. l. 31. 33. 35. 37. cf. l. 51*): Verg. Aen. 10, 396 Arcadas accensos -u. Ov. ars 3, 750 meos. met. 8, 210 *Daedali*. Pers. 1, 79 hos pueris -us patres infundere ... cum videas. Val. Fl. 1, 475 acres. *al.* Stat. Theb. 3, 703 *coniung.* iussa verenda. 9, 834 maestam -u Latoida duro increpat *Mars*. silv. 2, 2, 113 volvit -us, quos dat Gargettius auctor (*i. Epicuri χυρίας δόξας. cf.* Clavd. 17, 157 Pythagorae). Ivv. 14, 228 laevo -u pueros producit avaros. Paneg. 4, 29, 3 exercitus ... -u (-o *M*) regis, opere iuvas *eqs.* Ivl. Val. 1, 4 p. 6, 3 secundum -um *Nectanebi*. Avson. 322, 70 p. 264 P. pueros molli -u et formidine leni pellexi. Amm. 16, 7, 9 *lector* hoc -u recordetur *eqs.* Maximin. c. Ambr. 115 per adsiduum -um interveniente correctione. Heges. 2, 9, 1 post sobrios -us (*antea*: post consultationem). Mart. Cap. 5, 436 *syn.* praecepta. Evgraph. Ter. Andr. 293 p. 29, 6 conclusit per mandatum et -um. Ven. Fort. carm. 3, 7, 6 doctior hic *Paulus* -u (*i. in docendo, cf. ibid. 8* quos docet iste stilo).

3 *rerum, animalium* (*l. 45. 46. 49. 50*): **a** *prodigiorum*: Lvcan. 1, 588 -us errantis in aere pinnae (*i. avis. cf.* Stat. Theb. 7, 404 ferunt diros -us volucresque feraeque *eqs.*). Plin. nat. 2, 24 fulgurum -ūs (*cf.* Sil. 5, 75 heu vani -us frustraque morantia Parcas prodigia [*antea*: tonitru, fulmina]. Tac. hist. 1, 3, 2 fulminum [*coniung.* prodigia, praesagia]). Val. Fl. 1, 29 pecudum ... terrifici -us. Tac. Germ. 10, 2 equorum ... praesagia ac -us experiri. **b** *aliarum rerum*: Stat. Ach. 2, 163 *Chiron* -us ... sacrae sub pectore *Achillis* fixit iustitiae. Avson. 317, 12 p. 18 P. tu *deus* mites legum -us ... impertis. Heges. 4, 4, 2 qui ... non sedulo verborum -u flectuntur. Ps. Ven. Fort. Med. 3, 8 cum crebrius ad templorum oracula fidei -u promulgante discurreret.

II *i. q. actio, petitio* (*cf. p. 1412, 55*): Cod. Iust. 1, 12, 6, 2 defensor ecclesiae ... personam decenter sine ullo incommodo -ūs ... praesentet; cum autem monitus fuerit *eqs.*

homoeoprophora: *l. 10. 16. 21. 37. 41. p. 1421, 72.*

Buchwald.

monna, -ae *f.* [*ex* nonna *dissimilatione ortum, v. Niedermann ap. Schopf, Die konson. Fernwirkungen 1919, 115 sq.*]

vox blandientis: CIL IX 3215 (= Inscr. Dessau 8443) Caeciliae Festivae coniugi carissimae -ae.

deriv.: monnula.

monnula, -ae *f.* *a* monna *deminutive.*

vox blandientis (*cf. Niedermann l. l. 60 c. p. 116*): CIL VI 27009 (= Inscr. Dessau 8543) Sulpicia Parthenopae Fructuosae alumn(a)e suae b. m., qu(a)e vixit annos viiii m. ii d. xv, quae supra -am suam supravixit dies xxii.

mono *cf. gr. μονο- in compositis.* Gloss. V 415, 10 -o ... apud Graecos solum est.

monobelis *v. s.* monobilis (*p. 1423, 17*). *R.*

monobibl(i)on, (-ī) *n.*, *μονόβιβλον, μονοβίβλιον.* Not. Tir. 114, 43 -ia (*Schmitz,* -a *Kopp,* -bilia *trad., cf. infra l. 78*). *i. q. liber singularis* (*cf.* monobiblos *l. 79*): Hier. epist. 33, 4, 4 *Origenes scripsit* in Lamentationes Hieremiae tomos v, item -a, Periarchon libros iv *eqs.* (*affert hunc locum* Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 20 p. 599c item, inquit *Hieronymus*, -a [-bilia *cod. Vat. lat. 343*, -ia *edd. vett.*]).

monobiblos, (-ī) *m.*, *μονόβιβλος.* -bybl- *l. 83. i. q. liber singularis* (*cf. e. g. Birt, Kritik u. Hermeneutik 294. Henriksson, Griech. Büchertitel in d. röm. Lit. 50 sqq.*): Prop. 1 tit. incipit -s Propertii *eqs.* (*AF, sim. al., decst in N; testatur* Mart. 14, 189 tit. -os [-byb- *TX*] Properti). 4 subscr. (*cod. D*) Propertii ... -s liber feliciter explicit.

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

monobilis, (-e). *ortum esse vid. ex gr. μονόβολος, v. Piechotta, ALL 1, 1884, 585; aliter Rönsch, ZöG. 32, 1881, 735 sqq.* (*μονώβελος*) *et Leumann, Adj. auf -lis 113* (*'monubilis' a* moneo *derivatum, ad l. 10*). *scribitur* monub- *l. 6. 10.* munibul- *l. 6. 8. v. et l. 10.*

1 *i. q. monolithus*: Itin. Burdig. p. 595, 3 sq. inde non longe . . . sunt monumenta duo -es (monov- *V*, monub- *P*, munibulis *S*) mirae pulchritudinis facta: in unum positus est Isaias propheta, qui est vere monolitus (*P V*, munibulis *S*). Sidon. epist. 2, 2, 10 porticus . . . magis rotundatis fulta collyriis (*sc. coluriis. v. vol. III 1743, 7*) quam columnis invidiosa -bus (*LN*, monub- *MV* [*v. l. 3*], munib- C^2, volub- *T*, monolithis *Luetjohann; de notione non satis liquet*). Vita Caes. Arel. 1, 57 -es (*cod. 1c*, -e *H*, mobiles *vel* immobiles *al.*) arcas corporibus humandis aptissimas de saxis ingentibus noviter fecit excidi.

? **2** *transfertur ad viros bene vasatos, qui fortasse cum rebus monolithis comparantur*: Lampr. Heliog. 8, 7 ut ex tota . . . urbe atque ex nauticis -es quaererentur (*P*, -bol- *Σ*; onobelos quaererent *Lipsius, quasi asinino telo insignes, cf. Comm. 10, 9*; monobelis *i. μονοβελεῖς 'qui telum habent' Salmas.*); sic eos appellabant (-bat *Σ*) qui viriliores videbantur (*cf. 8, 6* bene vasatorum hominum).

Cod. Iust. 3, 43, 1, 4 quinque ludos, ton **monobolon,** ton condomonobolon *eqs. i. μονόβολος genus aleae, v. Hartke, RE Suppl. VI 529.*

monocentaurus *v. Onom.*

monocerōs, -ōtis *m.*, *μονόκερως. de script. et formis*: -cher- *saepius. sing. nom.* monucerus: Priscill. tract. 1, 11 p. 11, 17 (*cod. s. V/VI*). *ad* -us *cf. l. 44 et Not. Bern. 58, 11* (*W. Schmitz, Panstenographicon I 1874 ind. p. 62*). -on: Evcher., Isid. orig. 12, 2, 12, Gloss. *cf.* moneocron Pol. Silv. *l. 50. gen.* -otis (*var. l.* -ontis): Hier. psalt. sec. Hebr. 78, 69 (*pars codd. pro plur.* -oton *sive* -onton, -ron). 92, 11. *acc.* -otem: Plin., Greg. M. -on (*cf. nom.*): Isid. orig. 14, 3, 6 -on bestiam. *abl.* -ote: Philipp. in Iob 39, 9 p. 771B. *plur. nom.* -otes: Hier. psalt. sec. Hebr. 37, 20 (-ontes B^2). Cassian. *gen. v. l. 28. litt. graecis*: Avg. in Iob p. 618, 4 *μονόκερως* . . . unicornis est (*sed* -os p. 618, 1. 26). Cassiod. in psalm. 21, 23(22) 'unicornuorum' . . . quae *animalia* Graeci *μονόκερως* appellant. *de notione*: Philipp. in Iob 39,9 p. 770D advertimus, quod ipsum sit rhinoceros quod et -os et Latine intelligatur unicornis *eqs.* (Greg. M. moral. 31, 29 p. 589D rh. iste, qui etiam -os in graecis exemplaribus nominatur. p. 590A rhinocerotem vel certe -em, scilicet unicornem [*affert Iob l. c.*]. Isid. orig. 12, 2, 12 -on id est unicornus eo quod unum cornu in media fronte habeat *eqs.* [*confund.* -os *c. rhinocerote Africano, quem describit Plin. nat. 8, 71*]. *cf. l. 59*). Evcher. form. 4 p. 26, 1 (*ad psalm. 28, 6*) -on hoc est unicornis (*cf.* instr. 2 p. 157, 21 [*opp.* rinoceron . . . gemina . . . gestans cornua]). Gloss.L I Ansil. mo 297/8 -on. II Abav. mo 29 -os (-us *Goetz*): quadrupes unum cornu habens (V Aa m 483 in fronte. *cf.* Abba mo 27 -on: q. unicornis. *pendent ex* Isid. *l. c.*). *legitur inde a* Plin. nat., Itala.

i. q. bestia unicornis (*de definitionibus v. supra l. 35 sqq.; in enumerationibus animalium*: Cassian. conl. 16, 2, 2 p. 440, 6 *bestiae noxiae* ut sunt basilisci vel -es vel grypes. Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 5 moneocron [*postea:* rinoceron]): **1** *de rhinocerote Indico a Ctesia primum descripto* (*v. Steier, RE XVI 1783, 23 sqq.*): Plin. nat. 8, 76 in India . . . asperrimam . . . feram -em, reliquo corpore equo similem, capite cervo *eqs.* (*cf. Megasthenes 715 F 27b Jac. ἵππους . . . μονοκέρωτας. inde* Sol. 52, 39 Isid. orig. 12, 2, 12. 14, 3, 6). **2** *de genere quodam boum ferorum, ut vid.* (*cf. Brandenburg, RAC IV 844 sqq. s. v. Einhorn*): Itala Iob 39,9 (Philipp. in Iob *ad l.* p. 770D, Aug. in Iob p. 618, 1. *al.* = Hier. interpr. Iob; *locum liberius affert* Priscill. tract. 1, 11 p. 11, 17) numquid volet -os servire tibi . . . ? (*gr. μονόκερως, Vulg.* rinoceros). Hier. psalt. sec. Hebr. 37, 20 (*Vulg. 36, 20 aliter. textu hebr. corrupto ut* 78, 69 [*Vulg. 77, 69* unicornium]). 92, 11 exaltabitur quasi -is cornu meum (*Vulg. 91, 11* unicornis). *huc spectant Eccl. l. 32 sqq.*

cf. Onom. *Reichmann.*

monochordos, (-on) *et* **-us,** *μονόχορδος.* Not. Tir. 107, 16 -us (*restituit Schmitz ex* monochorius; *antecedit* symphoniacus).

i. q. una chorda instructus: Schol. Hor. ars 216 cithara -os (-cor- *plurr. codd.*) fuit.

n. pro subst. **monochordum,** -ī. *de instrumento quodam musico*: Avg. trin. 4, 2, 4extr. qui novit in regulari -o (Boeth. mus. 1, 27 de -i r. divisione [*cf.* 3, 16 *et* 4, 5 partitio]). Boeth. mus. 4, 6 tit. -i netarum hyperboleon per tria genera partitio.

? **monochrōmatēa,** (-ōrum) *n. v. l. 77.*

A *active et passive*: **1** *-atur, ubi quis (quid) sit, inveniatur* (*hic illic c. colore destinandi, e. g. p. 1441, 5. 6. 26. 28. 39. 42. 56*): **a** *de -andis viis*: **α** *subi. animantia*: PLAVT. Rud. 212 viam aut semitam (ENN. scaen. 398 erranti. CIC. off. 3, 54 VERG. Aen. 1, 382 HOR. epist. 1, 2, 65. *al.*). HOR. epist. 1, 17, 4 si caecus *[Reichmann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iter -are velit (Ov. trist. 3, 1, 22 Liv. 43, 5, 3. *al.*). Cvrt. 8, 11, 3 aditum. Amm. 30, 1, 15 callem. *al.* *per imag.*: Enn. scaen. 321 (*de vatibus*) qui sibi semitam non sapiunt, alteri -ant viam (Lvcr. 6, 27 *de Epicuro*. Hor. ars 404 vitae. Sen. benef. 2, 1, 1. *al.*). Ov. fast. 2, 702 perdendi Gabios quod sibi -et iter *genitor* (Sen. epist. 8, 3 rectum. Cvrt. 4, 4, 5 iaciendo operi. *al.*). Ivv. 14, 37 *iuvenes* -ta diu veteris trahit orbita culpae. *al.* β *subi. res variae*: Lvcr. 5, 1447 qua ratio vestigia -at. Cic. fin. 1, 46 *sapientia* omnis -at vias, quae *eqs.* (Sil. 14, 523 qua caedes reclusit -vitque viam. Qvint. inst. 2, 13, 16 si . . . rectam viam, non unam orbitam -ent *praecepta rhetorum*). Verg. Aen. 2, 388 qua prima . . . fortuna salutis -at iter (Sil. 15, 514 agger -at iter). Ov. epist. 10, 103 quae reditus -rent, fila. Pers. 3, 57 *Y littera* surgentem dextro -vit limite callem (collem *var. l.*). γ *subi. ipsa via*: Ⓘ *absol.*: Verg. Aen. 1, 418 qua semita -at (Sil. 15, 148 patrio . . . signo). Ⓘⓘ *c. inf. vel acc.*: Manil. 3, 437 haec via -bit stadiorum ponere summas. Prvd. perist. 11, 134 devia quo fractum semita -at iter.

b *-antur alia*: α *res* (*cf. p. 1442, 50*): Plavt. Cist. 736 *cistellam*. Pseud. 951 propera mihi -are, ubi sit os lenonis aedium. :: tertium hoc est (*cf. infra l. 52*). Cic. leg. 1, 2 Deli . . . hodie -ant eandem *palmam*. Verg. Aen. 3, 690 talia -bat relegens errata retrorsus litora Achaemenides *Aeneae naviganti* (Sil. 12, 369 *Aristaeo* Cyrenen -asse ferunt nova litora). 6, 8 inventa . . . flumina (Stat. Theb. 6, 244 *in effigie*). 8, 337sqq. Prop. 3, 3, 25 *Apollo* plectro sedem mihi -at eburno (Cvrt. 3, 4, 10 -bantur urbium sedes . . . specus . . . nemus . . . ceteraque). Ov. epist. 5, 17 quis tibi -bat saltus venatibus aptos . . .? met. 1, 591 nemorum -verat umbras *Iuppiter Ioni*. 14, 115 auro fulgentem ramum -vit *Sibylla*. *al.* Liv. 21, 54, 3 Mago locum -bit, quem insideatis (Stat. Theb. 12, 512. Ivl. Val. 3, 15 p. 124, 17 insulae [*Hist. Alex. M. I p. 106, 19 Kr.* ἐσήμανεν]. *al.*). 22, 23, 4. 44, 11, 5 quaerenti praetori . . . -ti sunt fornices: . . . simplici laterum ordine structos esse. Sen. Tro. 1051 Troia qua iaceat regione -ans dicet et longe digito notabit: 'Ilium est illic *eqs.*' benef. 3, 8, 3 arentibus siti . . . -are fontem (Cvrt. 5, 13, 24). Cvrt. 5, 13, 20 Darei vehiculum. Lvcan. 4, 444 *canis* contentus tremulo -asse cubilia loro (Nemes. cyn. 236). 8, 822 *Pompei nomen*, quod nisi -tum Romanus transeat hospes (*cf.* 8, 870 saxum). Plin. nat. 25, 21 Frisi . . . -vere illam *herbam Romanis* (*al. cf. infra l. 67*). Val. Fl. 5, 407. *al.* Sil. 15, 204 (*ad manes*) -tam *somnio* ducite ad urbem. *al.* Stat. Theb. 7, 664 haec . . . moenia (*sc. aedificanda*) Cirrhaea -vit Apollo iuvenca (*cf.* silv. 3, 5, 80 solum . . . -vit Apollo columba). silv. 4, 3, 115 fine viae . . ., qua -at veteres Apollo Cumas. *al.* Tac. hist. 3, 27, 3 Cremonam (*sc. diripiendam*). 5, 4, 2 quo *asino* -ante errorem sitimque depulerant *Iudaei*. *al.* *subi. res*: Hor. sat. 2, 6, 10 si urnam argenti fors quae mihi -et. Lvcan. 6, 357 veteres ubi fabula Thebas -at Echionias. 7, 393 Gabios . . . vix . . . poterunt -are ruinae. Val. Fl. 1, 276 lumina nondum ullis terras -antia nautis (*cf.* Ivvenc. 1, 245 *stella* pueri lustrata habitacula -at. Amm. 24, 5, 8 cum nox . . . lunari splendore nitens . . . aperte cuncta -ret). Stat. Theb. 12, 409 Ismeni -bant murmura ripas. Prisc. periheg. 614 Asiae fines ambarum *insularum* linea -at. *al.* β *homines* (*cf. p. 1443, 23; subi. res l. 57 sq.*): Plavt. Cist. 584 donec se adiurat anus iam mihi -are *puellam*. Epid. 536 qui -et eum mi hominem aut ubi habitet (Trin. 920. 948). Poen. 1149 quis illas tibi -bit? Ov. met. 13, 417 *de turribus* videre patrem -tum a matre solebat *Astyanax* (Stat. Theb. 7, 242 patres). Sen. Herc. f. 1168 hostis est, quisquis mihi non -at hostem (Stat. Theb. 7, 490). Lvcan. 7, 578 senatum (*sc. occidendum*). Stat. Theb. 3, 127 inventa . . . corpora (10, 284. 11, 599 quaesita diu -vit corpora clamor). 8, 720 nec prodidit ipse . . ., sed gaudia turmae -bant trepidum (Ivvenc. 4, 425 [*Iudas:*] si prodere vobis quaesitumque diu possim -are magistrum). *al.* γ *bestiae*: Cvrt. 4, 15, 27 avem. Romvl. fab. 79, 8 rec. gall. (*de equo*) ego -bo (*rec. vet.* ostendam) capiendum . . . cervum. CE 1967, 6 ⟨cani⟩bus . . . leporem.

2 *vario usu*: **a** *aliquid*: α *denotando, indicando*: Lvcr. 5, 1032 ut digito, quae sint praesentia, -ent *pueri* (Hor. sat. 2, 8, 26 qui . . . indice -ret digito *saporem*. *al. cf. p. 1444, 29 et* Clavd. 28, 574 pollice [*seq.* quod]). Hor. epist. 2, 2, 149 si volnus tibi -ta radice vel herba non fieret levius (*cf. supra l. 37*). Vitr. 2, 11 nutu -antes *ignem* ostendebant, quas haberent ex eo utilitates (*cf.* Apvl. met. 10, 17, 4 ut quod nollem relato, quod vellem deiecto capite -rem). Sen. nat. 5, 14, 2 *in specu* nulla lux discrimen aeris -at (*subi. res ut*: Capitol. Pert. 8, 7 *vehicula* iter metientia horasque -antia. *al.*). *al.* β *ostentando*: Verg. Aen. 6, 446 Eriphylen crudelis nati -antem vulnera. Sen. epist. 94, 69 *vitiorum* -ari et conspici fructus est. *al.* Stat. Theb. 12, 813 *Thebaida* Fama . . . coepit . . . novam -are futuris (*sc. saeculis*). silv. 1, 3, 55 splendor . . . et . . . testae -vere solum (*subi. res ut*: 3, 3, 114 *Etruscae* decus . . . sibimet similis natorum gratia -at. Treb. trig. tyr. 14, 4 *tunicae sim.*, quae Alexandri effigiem . . . -ent [*v. p. 1445, 44*]. Amm. 16, 12, 57 aulaeis miranda -antibus multa. *al.*). Qvint. decl. 282 p. 147, 19 (*de statua ponenda*) tyrannicidium tuum semper -bitur (*cf. p. 1442, 9*). Apvl. met. 2, 16, 4 lacinia remota impatientiam veneris Fotidi meae -ans. 10, 24, 4 qui *anulus* -tus fidem verbis adstipularetur. *al.* *mimice, aliquid formando*: Min. Fel. 37, 12 mimus vel exponit adulteria vel -at. Treb. Gall. 8, 3 ut miranda quaedam et stupenda -re⟨n⟩t *apenarii* (Avg. civ. 10, 16 p. 427, 13 D. *de angelis*). Claud. 13, 6 cum . . . luctamen inter fortissimos quosque -ret *Claudius*. Amm. 26, 8, 9 ut . . . formam aedificii fornicati -rent *milites*. *de revelatione fortuita*: Fvlg. aet. mund. p. 138, 5 *Noe dormiens* -at . . . pudenda.

b *aliquem*: α *usu verbali*: Hor. carm. 4, 3, 22 -or digito praetereuntium (Pers. 1, 28 Mart. 9, 97, 4. *al. cf.* Mart. 5, 41, 6 pumicata pauperes manu -as. Cassian. c. Nest. 3, 16, 8 quasi digito indicante -vit *deus Christum* [*v. Matth. 3, 17*]). Sen. contr. exc. 3, 6, 1 tamquam tyrannicida -aris (*cf. p. 1441, 79*). Sen. epist. 19, 3 ut . . . penitus recondaris, tamen priora -bunt (*subi. res ut*: Stat. Theb. 4, 216 vatem cultu Parnasia -ant vellera. Tac. Agr. 13, 3 -tus fatis [*abl.*] Vespasianus [*cf. p. 1444, 39*]. *al.*). Stat. silv. 5, 3, 137 natis te -vere parentes *ut exemplum* (*sim.* Qvint. decl. 306 p. 205, 17. *cf. p. 1443, 43*). Ach. 1, 766 *Vlixes Achillem* comiti . . . obliquo lumine -at. *al.* *accedente vi spiritali* (*cf. l. 7*): Itala Ioh. 14, 9 (cod. d) patrem ([*gr.* δεῖξον, *Vulg.* ostende]. Prvd. apoth. 836). Hier. hom. Orig. in Luc. 27 p. 168, 13 *Iohannes* -vit *Christum* (Avg. civ. 17, 24 p. 254, 23 D. non quidem futurum praedixit, sed tamen incognitum . . . -vit. *cf.* Sacr. Leon. 238 salvatorem mundi . . . adesse -vit). epist. 29, 5, 2 Danihelo -atur *vir* (*cf. Vulg. Dan. 10, 5*). *al.* β -tus *fere i. q. conspicuus, nobilis*: Tac. Germ. 31, 2 insignes et hostibus simul suisque -ti. hist. 1, 88, 1 nullum ob crimen (*cf. p. 1445, 14*), sed vetusto nomine et propinquitate Galbae -tus *Dolabella*. 3, 73, 2 umbra honoris et suamet vanitate -tum *consulem* (*antea*: insignes).

B *mediopassive* (*huc transit p. 1441, 25*): Verg. Aen. 6, 440 nec procul hinc partem fusi -antur in omnem lugentes campi. 7, 569 saevi spiracula Ditis -antur (*cf.* Plin. nat. 27, 4 ad inferos aditus. Apvl. met. 6, 18, 2 iter invium). Val. Fl. 7, 390 -ta (*i. quae antea conspiciebantur*) . . . condere vultus numina *incantatione coeperant* (*v. app. crit.*). Stat. Theb. 6, 582 quantus . . ., tantus -atur in undis *Hesperus* (*cf.* Clavd. 10, 107 *Venus* similis tecto -atur in omni). 10, 30 -tae . . . ducum septena per agmina cristae. Ach. 1, 110 signa . . . et quem quisque sacravit . . . locum, -antur. Ivv. 6, 60 porticibusne tibi -atur femina voto digna tuo? Itala gen. 1, 9 (Ps. Hil. libell. 5 p. 74, 26) ut arida -retur (*gr.* ὀφθήτω, *Vulg.* appareat). Greg. M. moral. 14, 51 p. 1065^{D} *deus* in carne -tus (*antea*: incarnatus). *transit in notionem q. e. esse* (*cf. p. 1440, 71*): Fav. Evl. 7, 4 W. (= p. 4, 29 H.) tria corporum intervalla -antur, longitudo, latitudo, altitudo.

C *reflexive*: Itala Matth. 8, 4 (Cypr. epist. 3, 2 p. 471, 5) -a te sacerdoti (*gr.* δεῖξον, *Vulg.* ostende, *vers. al.* demonstra). Lact. inst. 4, 15, 1 *Christus* se hominibus in carne -vit. Firm. math. 3, 3, 11 si . . . Mars *Iovi* . . . contrario se cursu -verit. Ennod. epist. 2, 7, 4 p. 46, 23 mei macies longe se -at studii. CE 278, 3 cum et in hoc g⟨e⟩nio (*i. statua Constantini*) sese provincia monst⟨re⟩t. *praedicative*: Theod. Prisc. eup. faen. 13 cum se plenae (plene, plenam *varr. ll.*; *cf. p. 1445, 63*) -verint *papillae*.

II ***incorporaliter*** (invisibiliter Avg. epist. 147, 37 p. 311, 20): **A** *vi plena c. respectu cognoscendi, intelligendi*: **1** *praevalente sensu finali fere i. q. praecipere, monere sim.* (*v. p. 1440, 49. magis proprie* [*v. p. 1441, 18 sqq.*]: Epist. Sapph. 175 -ta . . . saxa petemus. Sen. contr. 10, 4, 7 domos *pueris mendicaturis*. Sen. Med. 454 maria. *al. cf. etiam p. 1444, 57*): **a** *absolute vel c. simplici obi.*: Plavt. Bacch. 133 (*verba paedagogi*) qui tibi . . . -vi bene (Curc. 199. *cf.* Cas. 826 mala malae male -ant. Curc. 299 recte [Pseud. 289 Stich. 146]). Capt. 359 dice, -a (de- *codd.*), praecipe (Mil. 256). Rud. 1251 cum illos sapientis mores -ba⟨n⟩t poplo *comici* (*seq.* iusserant). Cato agr. 152 de scopis virgeis q(uem) a(d) m(odum) Manlii -verunt. *al.* Cic. Balb. 55 quae *sacerdos* Graecum illud sacrum -ret et faceret. Catvll. 78, 6 qui patruus patrui -et adulterium (Sen. rem. fort. 12). Verg. georg. 4, 549 -tas excitat aras *Aristaeus* (*antea*: praecepta). Aen. 4, 636 -ta piacula (Sil. 13, 418 Prvd. c. Symm. 1, 522). Hor. sat. 2, 1, 53 dente lupus, cornu taurus petit: unde nisi intus -tum? (*cf.* Stat. silv. 2, 5, 1 quid tibi *leoni* -ta mansuescere profuit ira?). *al.* Ov. rem. 252 Apollo . . . -at opem (Sen. benef. 4, 28, 4). trist. 3, 11, 53 -tis . . . ignibus (*antea*: repertor. *item inventa*: Lvcan. 1, 426 -ti . . . covinni. Plin. nat. 35, 104 -vit et fortunam [*sc. pingendi modum casu inventum*]. *al.* Sil. 5, 12 tubae . . . murmura. 5, 364 Garamantica . . . -ta. *et saepe. cf. infra l. 78. 83*). Vitr. 2, 8, 20 uti natura rerum -at, explicabo. Sen. benef. 6, 16, 4 remedia -are (*cf.* Plin. nat. 28, 122 *urina lyncum* iugulorum dolori -atur in remedio). Lvcan. 5, 713 varias casu -ante figuras *gruibus*. Petron. 17, 7 -ta subtilitate. CE 937, 1 (*Pompeis*) scribenti mi dictat Amor -atque Cupido. Stat. silv. 1, 4, 108 -antque simul parentque volentes. 2, 4, 31 (*de psittaco*) -ta . . . reddere verba. 4, 4, 95 *Apollo* arma (*i. bella canenda*) . . . -at Ausonii . . . ducis. *al.* *part. praes. pro subst.*: Plin. med. 2, 26 p. 69, 16 -antis auctoritas. **b** *c. structuris q. s.*: *interrog. indir.*: Plavt. Men. 742 -a quod bibam. 787 quotiens -vi tibi, viro ut morem geras (Sen. epist. 94, 6 Frontin. [?] strat. 4, 7, 10). Hor. ars 74 bella quo scribi possent numero -vit Homerus. Ov. ars 3, 669 non avis aucupibus -at, qua parte petatur. *al.* Sen. contr. 10 praef. 8 -bo . . . vobis libellum, quem . . . petatis. Phaedr. 5, 9, 3 *tauro* -bat vitulus, quo se pacto flecteret. *al.* *inf.*: Lvcr. 5, 1106 *sapientes* victum vitamque priorem commutare novis -bant rebus (*item respiciuntur inventa*: Hor. sat. 2, 8, 52 inulas . . . incoquere. Plin. nat. 7, 197 aes conflare et temperare. 17, 139

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ivst. 2, 6, 5). Verg. Aen. 4, 498 abolere ... monumenta iuvat -atque sacerdos (Serv. auct.: praecipit). *al.* Ov. ars 2, 65 *Daedalus* aptat opus puero -atque moveri. *al.* Lvcan. 9, 588 *Cato* -at tolerare labores. Val. Fl. 2, 61 adeo non illa sequi mihi sidera -a[n]t *Minerva*. *et saepius in poesi, in sermone pedestri rarius, e. g.*: Tert. cult. fem. 2, 5 l. 12 quis corpus mutare -ret ...? Itala Matth. 3, 7 (Iren. 3, 9, 1) quis vobis -vit fugere ab ira ventura? (*gr. ὑπέδειξεν, verss. al.* ostendit, demonstravit). *acc. c. inf.*: Plin. nat. 22, 36 urtica naturam fricandam -ant (*gerund. ut* Clavd. Don. Aen. 1, 240 p. 55, 9 *Venus* intellegendum -at *eqs. al. cf.* Prvd. c. Symm. 1, 201 quidquid sibimet venerabile ... -arant atavi). 29, 123 fimum ... inlini. Pallad. ins. 133 fagos ... inficiens -at piceo nigrescere partu *morus*. Prvd. cath. 5, 8 incussu silicis lumina nos ... -as ... quaerere. perist. 11, 36 *Hippolytus plebem* -vit ... sequi, qua via dextra vocat. *? gen. gerundii* (*v. Mus. Helv. 17, 1960, 235 sqq.*): Fronto p. 218, 17 v.d.H. (= p. 230, 7 N.) ut aurigae agitandi -ret *fautor*.

2 *vario usu* (*passim in structuris q. s. nom. c. inf.* [Plavt. *l. 24.* Ov. *l. 34. al.*], *acc. c. inf.* [Ov. *l. 32.* Liv. *p. 1444, 29. al.*], *acc. vel nom. dupl.* [Sen. *l. 42.* Sil. *l. 60. al.*], *interrog. indir.* [Plavt. *l. 57.* Ov. *p. 1444, 16. al.*]; *rarius accedit* de [*l. 39*], quia, quod, quoniam [*l. 78 sqq. p. 1444, 6 sqq. 47*]): **a** *praevalet notio q. e. describere, explicare, narrare sim.* (*aliquem l. 49. 50. 51; magis proprie -atur, ubi quis sit* [*cf. p. 1439, 14. 1441, 52*]: Plavt. Poen. 959 is in hisce habitare -tust regionibus. Ter. Ad. 570 scio, ubi sit, verum hodie numquam -bo. Verg. Aen. 1, 321 Ov. fast. 4, 579. *al.*): *α in universum*: Enn. scaen. 397 si voles advortere animum, comiter -bitur (*cf.* Cic. fam. 16, 22, 1 si quid librarii mea manu non intellegent, -bis). Cic. inv. 1, 55 qui id, quod aliquo in loco viderunt, alio in loco, nisi -tum est, nequeunt cognoscere (*cf.* de orat. 3, 124). Verg. georg. 2, 477 caeli ... vias et sidera -ent *Musae*. Ov. epist. 1, 31 aliquis posita -at ... proelia mensa pingit et ... Pergama ... mero. ars 1, 647 (649) *Thrasius* -at ... piari ... posse Iovem (*item c. acc. c. inf.*: Plin. nat. 22, 88 Erasistratus calculos ... pelli eo *soncho* -at. Sil. 16, 284 *syn.* edocuit. *al.*). fast. 6, 223 mihi post sacras -atur Iunius Idus utilis ... esse. Manil. 2, 223 nullo -ante loquuntur *sidera*. 2, 755 rudibus pueris -atur littera primum per faciem nomenque suum (CIL VI 33 929, 6 studens litteras Graecas non -tas sibi Latinas adripuit). Vitr. 5, 11, 1 palaestrarum aedificationes ... explicare et ... -are. 10, 7, 1 insequitur nunc de Ctesibica machina ... -are (Prisc. gramm. II 117, 13 de quibus *denominativis* ... sufficienter ... -vimus. Boeth. anal. post. 1, 4 p. 717^{C} Cassiod. Didym. in Iudam 9 p. 92, 18 Caes. Arel. brev. p. 193, 16). Sen. benef. 6, 36, 1 quis Siculos iuvenes ut bona liberis exempla -bit ...? (*cf.* Ivv. 7, 56 vatem ..., qualem nequeo -are et sentio tantum [Tac. hist. 2, 50, 1]). epist. 94, 25 quid prodest ... aperta -are? (*sequitur*: non docet admonitio, sed advertit, sed excitat). Mela 2, 58 *etsi non* -ari eget, pauca dicentur *de Italia*. Plin. nat. 22, 78 venena. 24, 150 *dracontion* alii radice longa ... -vere (*antea*: demonstratum). Sil. 11, 458 *Chiron* casta ... Saturni -bat saecula (Stat. Ach. 1, 118 -are lyra veteres heroas alumno). Stat. silv. 3, 3, 39 durabit in annos me -ante dolor. 5, 2, 54 aliis Decii reducesque Camilli -entur. Apvl. met. 9, 13, 4 summae prudentiae virum -are cupiens *Homerus*. Firm. math. 6, 1, 5 sicuti praecedenti explicatione -vimus. *al.* Dares 8 *Priamus* -vit, quas iniurias Graeci Troianis fecissent. Hyg. astr. 1 praef. p. 19, 11 hoc ... scripsi ad te, non ut imperito -ans, sed ut scientissimum commonens. *al.*

β c. colore confirmandi, probandi: Ⓘ *obiecto expresso*: Plavt. Rud. 991 te mihi -are oportet piscis qui sit vidulus (*item c. interrog. indir.*: Sen. epist. 90, 15 qui et aliis et sibi hoc -at *rationibus vitae*, quam nihil nobis natura durum ... imperaverit. Stat. silv. 4, 6, 30. *al.*). Sil. 3, 360 *Concanus* Massageten -ans feritate parentem (*item c. acc. vel nom. praedicativo*: Stat. Theb. 7, 62 *Mars* nondum radiis *Solis* -tus adulter [*cf. p. 1445, 18*]. Apvl. met. 10, 22, 3 Tert. apol. 21, 26. *al.*). Stat. Theb. 4, 593 quantum arma et vulnera -ant, pugnaces animae (*cf.* Inscr. Tun. Merlin 193, 2 ut tempora -ant). Qvint. decl. 289 p. 156, 21 non esse hoc vulgare nomen (*sc. amici*) ipse -vit (*item c. acc. c. inf.*: Ivv. 10, 48 *Democriti* prudentia -at summos posse viros ... vervecum in patria ... nasci. Apvl. met. 3, 6, 5. *al.*). *al.* Vlp. dig. 3, 1, 1, 6 qui adversus ea fecisse -etur (*item nom. c. inf.*: Cypr. epist. 51, 2 p. 615, 25 ecclesia catholica una esse ... -ta est. Arnob. nat. 3, 16 p. 122, 28 inreligiosi esse -amini [*cf.* 3, 37 p. 136, 3 Lvcif. Athan. 1, 25 p. 109, 22. *al.*]. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 17 p. 372^{D} aliud quiddam esse -atur [*gr. ἐστίν, item* 18 p. 376^{B}]. *et saepe*). Consvlt. 1, 9 (*impp. Diocletiano et Maximiano*) si ... id ... evidentibus documentis -ari potest (*cf.* Cod. Iust. 8, 27, 10, 2 [*a. 290*] evidentibus probationibus). Itala Iac. 3, 13 (Ps. Aug. spec. 35 p. 463, 1) *prudens* -et de bona opera conversationem suam (*gr. δειξάτω, cod. ff* demonstrat, *Vulg.* ostendat). Iren. 3, 10, 2 per haec ... -at euangelium, quoniam *eqs.* (*cf.* Amm. 24, 7, 5 cum ... -ret ... perspicua veritas, quod *eqs.* [Conc.^{S} I 5 p. 120, 2; *gr. I 1, 7 p. 37, 19 ἀποφαίνει*. Alc. Avit. epist. 25 p. 56, 25]. Ennod. dict. 1, 5 p. 424, 15 indicio certo -are, quia *eqs.* [Bened. reg. 7 l. 112 Rvstic. c. aceph. p. 1205^{A}]). Ivvenc. 1, 700 (*ad Matth. 7, 20*) dolus illorum fructu -ante patescit. *al.* Ⓘⓘ *pass. impers.*: Frg. Vat. 293, 2 (*a. 293*) si ex donatione te non fuisse dominum -etur ([demonstretur *Cod. Iust. 4, 38, 4*]. *item seq. acc. c. inf.*: Arnob. nat. 2, 31 p. 74, 10 quibus *argumentis* esse divinas immortalesque *animas* -atur. Firm. err. 27, 7 Amm. 24, 6, 14 Avg. anim. 1, 18, 31 p. 332, 12. *al.*). Firm. err. 25, 1 cur deus ... homo passus est fieri, brevi ... ratione -bitur (*item c. interrog. indir.*: math. 4, 22, 11 Clavd. Don. Aen. 1, 50 p. 24, 4 Avg. civ. 1, 36 p. 52, 11 D. *al.*). Rvfin. Adamant. 2, 19 p. 105, 29 quia Paulus creatorem deum praedicat, ... -atur, cum dicit *eqs.* (Cassiod. Didym. in I Ioh. 2, 5 p. 45, 20. *cf.* Avg. pecc. orig. 10, 11 p. 173, 12 quod. Boeth. herm. sec. 4, 10 p. 279, 29 quoniam [trin. 4, 22; demonstratum *var. l.*]).

b *praevalet notio q. e. denotare, designare, nominare sim.* (*augetur vocibus q. s.* fingere, ostendere *infra l. 31 sq.; ceterum vis propria saepe quodammodo servatur, v. e. g. infra l. 29*): *α in universum*: Ⓘ *de rebus*: Cic. progn. frg. 8, 3 (div. 1, 15) lentiscus ... ter fruges fundens tria tempora -at arandi ([*Arat. 1052 φέρει ... σήματα*]. Avien. Arat. 1789 ter -at tempus adesse). Ov. trist. 2, 270 *medicina* quaeque iuvet, -at, quaeque sit herba nocens (*item c. interrog. indir.*: Sen. benef. 3, 7, 6 quid sit ingratus, nulla lex -at). Manil. 1, 190 aeterna cum luce dies, qui tempora -at nunc his nunc illis eadem regionibus orbis. Sol. 19, 15 dentes *cervorum* -ant senectutem ([indicant *SA*; declaratur *Plin. nat. 8, 116*]. *cf.* Physiogn. 16 p. 27, 6 caput malleo simile ... impudentem -at [demonstrat *A*, indicat *x*]). Paneg. 4, 19, 1 ut victoriarum tuarum non summam evolveret, sed ornamenta -ret *oratio*. Firm. math. 6, 32, 3 ipsum tibi signum locum patris -at. *al.* Avien. Arat. 1338 *luna* effluxisse ... medii ... tempora mensis -bit caelo (*gr. 734 διδάσκει*). 1354 postrema crepuscula noctis bis sex signa tibi ... -bunt. *al.* Ⓘⓘ *de hominibus*: Verg. Aen. 4, 483 hinc mihi Massylae gentis -ta sacerdos (Serv.: praedicta. Pap. Corp. 8, 992 *δηλωθισα*). Hor. epod. 12, 17 quae te ... quaerenti taurum -vit inertem. Liv. 8, 39, 6 *Cornelius* quod manu, quod voce poterat -bat vexilla se suorum ... cernere (*item seq. acc. c. inf.*: Sil. 7, 445 *Cupido* -bat gravidam telis se ferre pharetram). Manil. 4, 438 nec fingenda datur, tantum -anda figura; ostendisse deum (*i. mundum*) nimis est (*seq.* tantum ... signare canenda). Sen. contr. 1, 1, 10 quisquis alimenta a mendico rogatus est, nihil amplius quam -at: 'i ad fratrem, i ad filium'. Sen. epist. 90, 5 *sapientes* utilia atque inutilia -bant. *al.* Cvrt. 4, 13, 37 ut regionem -tam *a transfuga* declinent. *al.* Sil. 5, 573 patrio -ante ... armigero *Labicum Hannibali*. Ivv. 8, 45 patriam -are parentis (Min. Fel. 21, 1 *Euhemerus deorum* natales patrias, sepulcra dinumerat et per provincias -at). *al.* Tac. hist. 1, 16, 2 si velis eligere, consensu -atur (*cf. p. 1442, 11*). ann. 12, 63, 2 ea ambage *oraculi* Chalcedonii -bantur. Plin. epist. 6, 6, 3 solebat ... mihi pater eius cum magna laude -ari. paneg. 88, 6 frugalitate Pisones, sapientia Laelii, pietate Metelli -bantur. Vlp. dig. 48, 5, 18, 2 etsi iudicem non -vit. 50, 14, 2 *proxeneta* -at magis nomen quam mandat, tametsi laudet nomen (Herm. Pal. sim. 9, 15, 1; *gr. δήλωσον, vulg.* demonstra). Arnob. nat. 1, 43 p. 28, 27 aliquem nobis designare, -are. Damas. epigr. 49 (47 F.), 2 hunc *tumulum* Damasus -at, servat quod membra piorum (*i. -at quod hic servat*). *al.*

β c. coloribus certis: Ⓘ *praedicendi* (*cf. supra l. 27 et oppositionem p. 1442, 18; in definitionibus vocis q. e.* monstrum [*q. v.*] *inde a* Cic. div. 1, 93): Verg. Aen. 1, 444 effodere loco signum, quod regia Iuno -arat, caput acris equi ('*had taught them to expect*' *Conington*. Serv.: monstro dederat). Sen. dial. 5, 6, 3 Democriti salutare praeceptum, quo -atur tranquillitas, si *eqs.* Sil. 4, 121 penna -are futura magistra (*cf.* Clavd. 22, 216 *superi* ominibus ventura notant aut alite -ant). Stat. Theb. 6, 945 penitus latet exitus ingens -tumque nefas (*cf. p. 1445, 16*): uni remeabile bellum. Ps. Qvint. decl. 4, 17 p. 83, 9 praedicebar bello, -bar armis *constellatione*. Tac. Germ. 8, 1 constantia precum et obiectu pectorum et -ta cominus captivitate. Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 555, 1 -to ... tempore excidii *Hierosolymorum* (*resp. N. T. Luc. 21, 20*). Ps. Orig. tract. 2 p. 13, 8 *Abraham* non solum verbo, sed actu quae erant futura -vit. 11 p. 117, 16 haec lectio (*sc. V. T. num. 13, 2 sq.*) non solum rei gestae historiam indicat, sed et, quae erant futura de Christo, iam tum imaginali praefiguratione -bat. *al.* Priscill. tract. 1, 34 p. 28, 12 deus noster id quod ... patribus nostris ... -vit, veniens in carnem ostendit in nomine appellatus Iesus. Avien. Arat. 1545 astrorum ... duci (*i. a Sole*) -ta tenaciuš haerent (*gr. 820 σήματα*). Amm. 31, 1, 3 *omina Valenti* inpendere exitum vitae modo non aperte loquendo -bant. Ps. Hippocr. epist. 1 ut ... tempestas numquam nisi praecedentibus solet signis ingruere, ita corporum imminentia pleraque incommoda ortus proprii significatione -antur. *al.* Ⓘⓘ *significandi: in serm. gramm. et philos.* (*cf. p. 1445, 28. 46*): Hor. ars 49 indiciis -are recentibus abdita rerum. Clavd. Don. Aen. 5, 780 p. 515, 14 'effundit' ... et 'questus' ex aperto -at esse aliquid quod iram ... pronuntiet. Prisc. gramm. II 372, 19 'far farris' ..., ne, si 'faris' dicamus, aliud -et. III 407, 3 Latini ... 'lympha' dicunt pro 'nympha', aquam vel fontem volentes -are. Evtych. gramm. V 469, 2 'praedico' ... 'praedixi', quando quod graece *προλέγω* -at (*syn.* significat). Boeth. in Porph. comm. sec. 2, 4 p. 180, 5 tertium 'genus' (*t. t. philos.*) ... solum est, quod substantiam -at, cetera vero *eqs.* (3, 2 p. 200, 10. *al.*). Carm. de alphab. 37 (*de littera N*) vox sum certa sonans, qua res -atur adesse (*cf.* 'en'). *in interpretatione locorum scripturae sacrae* (*cf. supra l. 61. 63*): Ps. Orig. tract. 3 p. 33, 15 ideo angelum nominavit *scriptura* (*gen. 21, 17*), ut non Patris sed Filii personam in hac pollicitatione -ret. Firm. err. 20, 1 Christus

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis venerandi lapidis significatione -atur (*e. g. I Petr. 2, 4sqq.*). 21, 4 cornua nihil aliud nisi venerandum signum crucis -ant (*Hab. 3, 4*). Hil. in Matth. 4, 10 p. 934A proprietas est quaerenda dictorum, quam . . . ipsius salis natura -bit (*Matth. 5, 13*). myst. 1, 17 Sarra . . . ecclesiam signat . . ., semen autem vocatum in Ysaac Christum esse -at (*gen. 16, 1. 21, 12*). psalm. 65, 4 p. 251, 6 universitas nostra . . . sub plurali numero -atur, cum dicitur: iubilate (*psalm. 46, 2*). Gavdent. serm. 12, 4 G. domus Israhel dicitur, et non parietes vel tecta, sed homines Israhelitae -antur. Filastr. 139, 4 p. 110, 18 *ut apostolorum* eminens dignitas -retur *imagine aquilae (Ezech. 1, 10). al.* Chrysost. hom. III 821D ille agnus futuri agni fuit typus et ille sanguis dominici sanguinis -bat adventum (*Migne gr. 49, 379 τύπος ἦν eqs.; cf. V.T. exod. 12, 3sqq.*). Ivnil. 2, 17 p. 512, 9 quae omnia typis -are . . . ad expositionem textus pertinet. *al.* Ⓜ *prodendi (cf. p. 1441, 58. 1443, 70. 82. al.): alios, aliena*: Prop. 2, 32, 17 ista tui furtum via -at amoris (*sim. de re*: Stat. Theb. 2, 519 *Sphinge occisa* -at silva nefas [*cf. p. 1444, 55*], horrent vicina iuvenci gramina *eqs.*). Ov. met. 4, 174 *Sol Vulcano* furta tori furtique locum -vit (*cf. p. 1443, 62*). Sen. contr. 9, 5, 14 -bo . . ., quis ante me tibi filios abstulerit. Sen. dial. 9, 8, 7 nec *servum* . . . reducere, cum -retur, tanti putavit *Diogenes*. Petron. 98, 2 in potestate tua esse Gitonem meritissima proditione -bo. Ps. Qvint. decl. 11, 3 p. 209, 3 liberos meos, quos inimicus tota sua contentione -verat, occidit *civitas*. Tac. hist. 4, 1, 2 pessimi servitiorum prodere ultro dites homines, alii ab amicis -bantur. 4, 41, 3 tamquam Neroni Scribonios . . . ad exitium -visset. Tert. nat. 1, 10, 2 eadem vulnera criminum in vobis defossa -bo. *al.* *affectus suos*: Val. Fl. 7, 253 imi -bat pectoris ignem *Medea*. Don. Ter. Eun. 192 haec . . . pronomina (*sc.* '*iste*') sperntis sunt odiumque -antis (Fvlg. aet. mund. p. 144, 26 quod adhuc vulva inclusus odium -at *Iacob [cf. V. T. gen. 25, 25]. item de Iacob*: p. 144, 14 -at nondum homo sui cordis invidiam). Amm. 16, 12, 13 ardorem . . . pugnandi hastis inlidendo scuta -antes *milites*. 17, 13, 10 barbari non tam mortem dolere quam nostrorum laetitiam horrendo stridore -bant. *al.* Boeth. herm. sec. 1, 2 p. 59, 17 ut hinnitus equi consueti equi inquisitionem, latratus canum latrantium iracundiam -at.

B *vi debilitata vergit in notionem q. e. exhibere, praestare sim. (refl. l. 58. 59; qq.)*: **1** *c. acc.*: **a** *simplici*: *α imaginem sim.*: Sen. Phaedr. 823 forma . . . nobilis deformis senii ⌊-et imaginem⌋ ([⌊ ⌋ limina transeat *A*]. Itala IV Esdr. 5, 37 vocis [*SA*, demonstra *CM*]. Iren. 3, 11, 8 euangelii [*gr. δεικνύων*]. Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 6 p. 253, 12 ecclesiae). Apvl. met. 7, 2, 1 nec exiguum scelerati -batur indicium (Fvlg. aet. mund. p. 147, 20 libertatis). Itala IV Esdr. 6, 12 signorum . . ., quorum ex parte mihi -asti ([*MN*, demonstrasti *al.*]. Amm. 24, 6, 17 *taurus* mactatus ominosa signa -vit. Pelag. in II Tim. 4, 21. *al.*). Avien. Arat. 594 crinis . . . soluti -ari effigiem. Amm. 20, 3, 11 figuram -at amficyrti *luna*. Boeth. cons. 2 carm. 1, 8 ostentum. *cf. p. 1441, 77. 1442, 2 et in serm. gramm.* 'significationem -are' (*v. p. 1444, 71*): Mart. Cap. 3, 309 passivum . . . patientis s. -at (dem- *L; syn.* habet). Prisc. gramm. II 525, 23. *β varia*: Novatian. Cypr. epist. 36, 3 p. 575, 11 ut -ent humilitatem, ut exhibeant modestiam. Vopisc. Aurelian. 23, 1 duo . . . praecipua *dicta et facta* . . . -vit (*cf.* Amm. 16, 7, 9 quod . . . gloriose -vit). Damas. epigr. 17 (62 F.), 5 honorem (Prvd. psych. praef. 63 *Christus cor* intrabit . . . -ans honorem trinitatis hospitae). Prvd. perist. 9, 20 *historia* veram vetusti temporis -at fidem. CE 685, 1 (*a. 425*) cum prima Dativae suboles -ret gaudia cara. Drac. laud. dei 1, 700 *deo aspiciente* subitum -at vaga terra tremorem. Lvx. anth. 370, 1 pica hominum voces . . . -at. Greg. M. dial. 3, 36 p. 216, 7 M. miraculum. *refl.*: Rvst. Help. hist. testam. 48 qua pergit *Christus*, sese sapientia -at. **b** *duplici* (*subst. l. 61. 69; succedit nom. l. 62*): Amm. 21, 1, 3 inimicum se . . . -are (*refl. ut*: 29, 5, 20 contentum. Avg. civ. 8, 13 p. 340, 35 D. Canon. Turner I 2, 1 p. 341, 29 hominem. Sacr. Leon. 1236. *al. nota*: Greg. M. epist. 9, 127 p. 128, 1 si . . . se . . . fraternitas vestra . . . indevota [*cf. p. 1442, 45 et Norberg, Synt. Forsch. 57*] -are voluerit). Rvstic. Conc.S I 4 p. 235, 11 *deus carnem* faciens propriam et suam . . . -ans (*gr. I 1, 6 p. 155, 15 ἰδίαν ἀποφήνας, Dionys. Exig. I 5 p. 298, 11* propriam fecit). Conc.S I 5 p. 176, 20 quod *deus Adam* . . . mortalem . . . post peccatum -verit. Cassiod. hist. 2, 18, 16 *Constantinus* volens similem -are Romae Constantinopolim (*Sozom. 2, 3 p. 940A δεῖξαι . . . ἐφάμιλλον*). Ios. antiq. 14, 25 p. 423 quem paulo ante regem ipse -verat (*gr. 14, 446 βασιλέα ἀποδείξας*).

2 *c.* sic: Ter. Mavr. 1960 (*de caes. septenaria*) fabula sic Euripidis . . . -at Orestes.

3 *c.* quod: Damas. epigr. 27 (21 F.), 3 Eutychius . . . iussa tyranni . . . vincere q. potuit, -vit gloria Christi.

part. praes. mōnstrāns, -antis *pro subst. p. 1442, 75.*

p. p. p. mōnstrātus, -a, -um *vice adi. p. 1442, 20. 63. n. pl. pro subst. p. 1442, 67.*

homoeoprophoron: p. 1442, 54. 56.

deriv.: monstrabilis, monstratio, monstrativus, monstrator (-trix), monstratu(s), mostellarius. *cf.* mustricula.

compos.: com-, de-, per-, prae-, praetermonstro.

Reichmann.

mōnstrōsitās (-struos-), -ātis *f.* *a* monstr(u)osus. [*utrobique var. l.* -struos-.] *i. q. status monstrosus* (*de forma*): Avg. civ. 7, 26 p. 307, 18 D. huic monstro (*sc. Magnae Matri*) nec Iani -s comparatur. 7, 27 p. 309, 31 stoliditate vel -e simulacrorum.

mōnstrōsus, -a, -um *v.* monstr(u)osus.

***mōnstrum,** -ī *n.* [*a* monere; *ad significationem cf.* portentum *et gr. τέρας. J. B. H.*] *de originatione*: Cic. nat. deor. 2, 7 ostendi, monstrari, portendi, praedici, ex quo illa ostenta, -a, portenta, prodigia dicuntur (div. 1, 93 quia . . . monstrant . . ., -a dicuntur. Non. p. 429, 27 -a et ostenta similiter intelleguntur, quod imminentia monstrent et ostendant. Avg. civ. 21, 8 p. 507, 12 D. [*inde* Gloss. IV 119, 28. V 507, 33] a monstrando, quod aliquid significando demonstrent *eqs.* p. 507, 25 *v. infra l. 62*. Schol. Ter. Bemb. Ad. 714 a monstrando dictum est, monstratio autem est. *cf. l. 19*). Varro frg. Serv. auct. Aen. 3, 366 ostentum, quod . . . ostendit, portentum, quod . . . portendit, prodigium, quod porro dirigit, miraculum, quod mirum est, -um, quod monet (Fest. p. 138 [*v. et* Pavl. Fest. p. 140] -um, ut Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut monestrum. *cf. infra l. 19 et 42*). Fest. p. 138 (*sec. Sinnium Capitonem*) quod monstret futurum et moneat voluntatem deorum (*sim. per derivationem ambiguam sc. a 'monstrare' vel 'monere'*: Isid. orig. 11, 3, 3 portenta . . . a portendendo . . ., ostenta . . ., quod ostendere quidquam futurum videantur, prodigia, quod porro dicant . . ., -a vero a monitu dicta, quod aliquid significando demonstrent, sive quod statim monstrent, quid appareat; et hoc proprietatis est, abusione tamen scriptorum plerumque corrumpitur. Gloss. IV 119, 22 quod futura ⟨m⟩oneant vel demonstra⟨n⟩t. *cf. etiam l. 45*). *de scriptura*: mostr- (*cf. infra l. 73 necnon* mostellum *et var. l.* nostr- *l. 74*): Stat. Theb. 7, 111 *L.* Decl. in Catil. 32 *QVM.* Amm. 19, 12, 19 *V.* Clavd. 22, 247 *P.* Coripp. Ioh. 1, 325 *T.* Gloss. IV 119, 9. 538, 43. *cf. Schmitz, Beitr. z. lat. Sprach- u. Lit.-Kunde 34.* -struum (*imprimis plur.* -strua; *cf.* monstruosus): Frg. apoc. p. 154 *bis.* Itala IV Esdr. 5, 8 (*CLV*). Cypr. Demetr. 12 *R.* Chiron 459 haec est demonstratio horum -uorum (*Buecheler* morborum *secundum gr. παθῶν*) et sanatio. Vvlg. num. 13, 34 (*codd. aliquot*). Gloss. *saepius.* Not. Tir. 58, 76 (*inter* prodigum *et* ostentum). *de genere: ?* -us Gloss.L V Abba mi 26 Minotaurus: -us, qui *eqs.; cf. p. 1449, 55. aliter per constr. ad sens.* Comm. instr. 1, 15, 2 (*de Caco*) -um . . . qui *eqs.* *de differentiis* (Serv. Aen. 3, 366 prodigium, portentum et -um modico fine discernuntur sed confuse pro se plerumque ponuntur [*cf. l. 24*]. *v. etiam supra l. 8 et cf. infra l. 79*): Fest. p. 245 portenta, quae quid porro tend[e]atur, indicent, ostenta, quae tantummodo ostendant, -a, ⟨quae⟩ praecipiant quoque remedia. Non. p. 435, 27/28 -a et prodigia et portenta hoc distant, quod sunt -a ostenta et monita deorum. Prob. app. gramm. IV 200, 7 ostentum et -um praesentia ostentant, prodigium autem et portentum futura significant (Serv. Aen. 2, 681 '-um' . . . dictum a monstrando [id est monendo *add.* Serv. auct.] et refertur ad praesens eius significatio; 'prodigium' autem est quod in longum tempus dirigit significationem. Gloss. V 554, 43 -um quod in praesenti ostenditur). Char. gramm. p. 389, 4 B. ostentum, quod praeter consuetudinem offertur . . ., portentum, quod porro et diutius manet futurumque postmodum aliquid significat, -um est contra naturam, ut est Minotaurus *eqs.* (Diff. Suet. p. 284, 4 [*cf.* Diff. ed. Beck p. 74, 13 *et* Gramm. suppl. 286, 12] ostentum sine corpore solido . . ., ut interdiu tenebrae . . ., prodigium, quod solidis corporibus conspicitur, ut in caelo cometae . . ., -um, quod c. n. ⟨est aut naturam⟩ cognitam egreditur, ⟨ut⟩ serpens cum pedibus *eqs. cf.* Isid. diff. 1, 457 portentum est, quod ex formis diversis proponitur, -um, quod extra naturam nascitur, vel nimis grande, vel nimis breve). *de notione* (*v. etiam supra l. 5sqq. et 36sqq. passim*): Pavl. Fest. p. 156 -a dicuntur naturae modum egredientia ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo (*cf.* Tert. coron. 5 l. 33 omne . . ., quod contra naturam est, -i meretur notam [Avg. civ. 21, 8 p. 507, 25 D. ista, quae velut c. n. fiunt et c. n. fieri dicuntur . . . et -a, ostenta, portenta, prodigia nuncupantur, hoc monstrare debent, hoc ostendere *eqs. cf. etiam l. 50*]. Gloss. IV 366, 9 -um ostentum, quod extra nascitur). Non. p. 350, 1 -um dicitur horrenda magnitudo. Synon. Cic. p. 421, 17 -um. portentum. ostentum. Gloss. -um: *τέρας, σημεῖον, παράδειγμα. πέλωρον. μύσος.* deformitas membrorum et prodigium adversum. signum, ostensum. obscenum prodigium. -a: prodigiosa. -is: prodigiis, ostensis, portentis. *legitur inde a* Plavto, Ennio, Ter., Lvcilio, Hemina, Cic., *semel tantum ap.* Liv. 4, 15, 8 Tac. ann. 2, 24, 4; *deest e. g.* Caes., Sall.; *adamatur a poetis, imprimis hexametr.* (*cf. Norden, Aen. VI² p. 311*). [*it.* mostro. *Rohlfs.*] [*confunditur in codd. e. g. c.* menstr-, mixt-, monit-, nostr-. *falso trad.* Avian. fab. 31, 11 (*mus ad bovem*) disce . . ., brevibus quae sit fiducia -is (membris *B*, rostris *Froebnerus recte ut vid.*). *loco corrupto* Carm. c. pag. 66. *e coni. vix probab.* Fronto p. 218, 17 v. d. H. (= p. 230 N.) ut aurigae agitandi -a dare⟨n⟩t (*trad.* monstraret; *v. p. 1443, 15*).]

fere i. q. **prodigium, portentum** *differentia vocum parum perspicua; ad distinctionem et confusionem cf. testimonia gramm. supra l. 51sqq. allata et locos ut* Cic. S. Rosc. 63 portentum atque -um (div. 1, 95. Lvcr. 4, 590 -a ac p. [5, 845]. *cf.* Cic. Pis. frg. 1 p. . . ., -um . . ., prodigium. Phil. 13, 49 -a . . . et p. . . . et prodigia [nat. deor. 3, 5 Tert. apol. 20, 3 Cypr. Demetr. 12]. Min. Fel. 10, 5 quan-

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ta -a, quae p. . . .!). Verr. II 2, 79 -um aut prodigium (*sim.* Cod. Iust. 6, 29, 3, 1 vel. *cf.* Cic. Verr. II 3, 171 -um ac p. [Catil. 2, 1 *et* or. frg. XIV A 22 Sch. atque]. 4, 47 quod hoc -um, quod p. . . .? [*eisdem fere verbis* Firm. err. 4, 2]. part. 73 -is, p., [et] oraculis. Arnob. nat. 7, 36 p. 270, 8 -um et p. Clavd. rapt. Pros. 2, 9 nullis . . . -is nulloque . . . p. *v. etiam p. 1446, 83 et cf.* Prvd. c. Symm. 1, 452 prodigialia . . . -a). *syn. specialia suis locis adnotavi e. g. l. 10. p. 1451, 28. 1453, 15.*

I ***vi monendi*** *(monstrandi, ostendendi)* **servata** (*cf.* ex -is monere *l. 60*, -is significare *l. 46*, signa dare *infra l. 20*, ostendere *l. 53*, portendere *l. 55 et syn. vel coniuncta ut* monitus *infra l. 30. 36*, augurium *l. 63. p. 1448, 1*, indicium *infra l. 31*, ostentum Apvl. met. 10, 17, 5): **A** *generalia de usu vocis*: **1** *pertinet imprimis ad ostentationem vel significationem numinis divini sim.* (*cf.* -a deum *l. 26*): **a** *fere i. q. monitus, indicium sim.*: Enn. scaen. 289 cert⟨ati⟩o . . . est nulla, quin -um siet: hoc . . . dico et coniectura auguro. Plavt. Asin. 289 pro -o extemplo est, quando qui sudat tremit (Liv. 4, 15, 7 habendum). Ter. Phorm. 705 quot res . . . -a evenerunt (monstraverunt *D*[1]) mihi! Cic. S. Rosc. 63 -um certissimum est esse aliquem *eqs.* (*cf.* Verg. Aen. 2, 171 nec dubiis ea [*i. eius rei*] signa dedit . . . -is [Coripp. Ioh. 1, 325 nec d., nam vera ferunt incendia, -um]. Val. Max. 1, 6, 11 evidentissimis ante . . . ruinam -orum pulsatus ictibus). div. 1, 98 quid, ortus androgyni nonne fatale quoddam -um fuit? (*antea*: portentis). 2, 59 si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc, -um putemus? (*postea*: maxumum portentum). 2, 65 cur . . . de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat -um, de dracone silet, qui . . . ? Verg. Aen. 3, 59 -a deum refero et, quae sit sententia, posco ([Serv. auct. *ad l.*: quae ostenderant]. Lvcan. 7, 172 dubium, -isne d. nimione pavori crediderint. Val. Fl. 3, 356 quis non prima refellat -a d. . . . ? Stat. Theb. 11, 143 [*antea*: omnia, *postea*: fati monitus]. Clavd. 26, 229 -a d. monitusque sinistri. *cf.* Cvrt. 9, 9, 10 -a . . . et irae deum indicia cernere videbantur. Vopisc. Aurelian. 2, 1, 4 -is . . . speciebusque divinis). 5, 846 confidere -o (*cf.* 12, 874 talin possum me opponere -o? [*antea*: omen. Serv. *ad l.*: augurio ex Iovis voluntate venienti]. *v. etiam l. 28*). 7, 270 non . . . ex adyto sortes, non plurima caelo -a sinunt (*cf.* Stat. Theb. 7, 402 nec -a tenent [*postea*: diros monitus. Clavd. rapt. Pros. 2, 9 nullis . . .-is nulloque tenetur prodigio]). 12, 246 turbavit mentes . . . -oque fefellit (*antea*: dat signum). Val. Max. 1, 7 ext. 1 adtonitus . . . quidnam ⟨id⟩ esset -i et quid portenderet interrogavit. Rvfin. hist. mon. 1 p. 402[C] intellexit *monachus* . . ., quod ipsum respiceret hoc genus -i *sc. paȟis subito sordidior factus.* **b** *singulariter de monitis Chaldaeorum*: Cic. div. 2, 87 hoc divinationis genus omittamus; ad Chaldaeorum -a veniamus (*postea*: praedictione, praedicta).

2 *pertinet imprimis ad ipsam rem, qua aliquid significatur, fere i. q. casus mirabilis, miraculum*: Cic. har. resp. 26 quod . . . ex aliquo diiuncto diversoque -o significatum caveremus, id cum ipsum sibi -um est et cum in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur, non pertimescemus? (part. 73 sive nec opinata sive significata -is, prodigiis [et] oraculis. *cf.* Val. Max. 1, 6 ext. 1 quo genere -i . . . significatus est eventus. *v. etiam supra l. 20*). div. 1, 49 quaesisse de deo, quodnam illud esset tale -um, et deum respondisse vastitatem esse Italiae *eqs.* (*inde* Val. Max. 1, 7 ext. 1 *v. supra l. 38*). 1, 92 interpretatur *Etruria*, quid quibusque ostendatur -is atque portentis. Verg. Aen. 5, 523 magno . . . futurum augurio -um. Ov. met. 15, 571 quidquid . . . -o portenditur isto, seu laetum est . . . sive minax (Svet. Galba 18, 1 magna et assidua -a . . . exitum *Galbae* . . . portenderant. Oros. hist. 5, 6, 2 quod . . . genus . . . -i non portendere malum adsolet sed inferre. *cf. l. 47*). *de -is interpretandis* (*cf. etiam supra l. 15. 25 sq. 39. 51. 53*): Cic. nat. deor. 3, 5 si quid praedictionis causa ex portentis et -is Sibyllae interpretes haruspicesve monuerunt. div. 1, 3 -is interpretandis ac procurandis (1, 12 -a aut fulgora [*postea*: praedictione]. *cf. supra l. 52*). Clavd. Don. Aen. 3, 55 p. 272, 10 iudicare de -is et auguriis. Hyg. fab. 136, 3 ad -um solvendum augures convocavit. *ibid.* -um demonstravit *Polyidus* (*i. explicavit*).

B *de natura -orum*: **1** *de specie mirabili et stupenda* (*cf. p. 1448, 11*): Cic. carm. frg. 22 (div. 2, 63), 20 timidi stantes mirabile -um vidimus (Verg. Aen. 2, 680 subito dictu . . . oritur m. -um. 3, 26 horrendum et dictu video m. -um. 8, 81 ecce . . . subitum atque oculis m. -um. *al.*). Verg. Aen. 5, 659 attonitae -is actaeque furore (Ov. met. 14, 412 a. -is vulgus pavet). Sen. Thy. 703 movere cunctos -a, sed solus sibi immotus Atreus constat atque ultro deos terret minantes.

2 *de vi fausta et infausta* (*nota* Serv. auct. Aen. 3, 59 '-a deum' . . . et modo mala, nam medium est, quia interdum dicuntur et bona [*cf.* Gloss. V 657, 25]. *v. etiam supra l. 55 et e. g.* Vvlg. II Macc. 5, 4 rogabant in bonum -a converti): **a** -a *metuenda sim.* (*v. etiam sub 1*): Cic. har. resp. 62 terrae motus horribilis cum quibusdam -is (*Müller Madvigium secutus, trad.* multis) metuendisque rebus. Verg. Aen. 7, 81 sollicitus -is oracula . . . adit (*antea*: variis portenta deum terroribus obstant). Ov. met. 14, 567 metu -i. Phaedr. 3, 3, 5 pepererunt oves agnos humano capite; -o exterritus *rusticus* ad consulendos currit maerens hariolos (*cf.* Val. Max. 8, 11, 1 velut diro quodam -o perterritus. Octavia 231 caelitum rector . . . mentes . . . ignibus terret sacris novisque -is. Val. Fl. 5, 259 auguriis -isque minacibus . . . territat [*postea*: signa mali]). Sen. Oed. 743 horret tantis . . . -is. Sil. 3, 198 trepidus -o (Stat. Theb. 4, 406 variis terroribus impar . . . vatis opem . . . consulit). 9, 1 turbato -is Latio cladisque futurae signa . . . prodentibus irrita divis (*opp.* fausta . . . et prospera . . . omina. *cf.* Coripp. Ioh. 3, 347 miseros -is conturbans letifer annus). **b** *-a laeta* (*cf. p. 1447, 75*): Sil. 16, 133 sic vates, iuvenisque animum tam clara movebant -a. Flor. epit. 1, 7, 9 -um pulcherrimum.

3 *genera -orum* (*exempla selecta*): **a** *constant in eventu, casu, statu mirabili*: **α** *varia: partus insolitus* (*cf. p. 1452, 56 et* Plin. nat. 7, 34 multiformes . . . inter -a partus eduntur [*antea*: inter ostenta]): Enn. scaen. 289 (*cf. p. 1447, 15*) *filii Melanippae bove orti putantur* (*cf.* Val. Max. 1, 6 ext. 1 equae partu leporem editum. Ivv. 2, 122 horreres maioraque -a putares, si mulier vitulum vel si bos ederet agnum?). Hemina hist. 11 -um fit: sus parit porcos triginta (*cf.* Verg. Aen. 8, 81 [Serv. *ad l.*: '-um', quia et subito et cum triginta porcellis est visa *sus*]. Clavd. Don. Aen. 3, 390 p. 319, 29 supra fidem rerum est posse porcam parere fetus triginta). *sonitus inopinus*: Ter. Phorm. 705 (*v. p. 1447, 17*) gallina cecinit (*cf.* Val. Max. 1, 6, 5 [*v. l. 46*] bos . . . mugitu suo in sermonem humanum conversus. Clavd. 18, 8). Val. Max. 1, 6, 5 puerum infantem . . . in foro . . . triumphum ⟨clamasse⟩. Lvcan. 7, 172 edere nocturnas belli Pharsalia voces. Clavd. 18, 8 moenibus . . . mediis auditum nocte luporum murmur. rapt. Pros. 2, 9 ter cardine verso praesagium cecinere fores. *sudor et sanguis inexspectatus*: Verg. Aen. 2, 171 (*v. p. 1447, 19*) salsus . . . per artus *simulacri* sudor iit (*cf.* Sen. Thy. 703 flevit in templis ebur). 3, 26 *arbori* liquuntur sanguine guttae. Val. Max. 1, 6, 5 scuta . . . sanguinem sudasse, . . . metentibus cruentas spicas in corbem decidisse, . . . aquas sanguine mixtas fluxisse. Sen. Thy. 703 libata in ignes vina mutato fluunt cruenta Baccho. Lvcan. 7, 172 visus . . . ire per Ossaeam rapidus Boebeida sanguis. Clavd. 18, 8 puteos . . . cruore mutatos. *flamma intempestiva sim.*: Verg. Aen. 2, 171 (*cf. l. 26*) arsere . . . luminibus *simulacri* flammae. 2, 680 summo de vertice visus Iuli fundere lumen apex *eqs.* (*cf.* Sil. 16, 133). 7, 81. *alia*: Ter. Phorm. 705 (*cf. l. 20*) anguis per inpluvium decidit de tegulis. Verg. Aen. 5, 523 oculis subito obicitur . . . -um: . . . volans liquidis in nubibus arsit harundo. Val. Max. 1, 6, 11 Crassus . . . -orum pulsatus ictibus: . . . pullum *pro albo* . . . traditum est paludamentum *duci* . . .; aquila vix convelli a primo pilo potuit *eqs.* Sen. Thy. 703 (*cf. l. 56*) regium capiti decus bis terque lapsum est. Svet. Galba 18, 1 magna . . . -a . . .: essedum *Galbae* . . . invasit *taurus consternatus eqs.* Flor. epit. 1, 7, 9 molientibus aedem in fundamentis humanum repertum est caput.

β *in naturalibus apparentia*: ① *in caelo* (*cf. p. 1447, 35*): Val. Max. 1, 6, 5 novitate -i . . .: carnis . . . in modum nimbi dissipatae partes ceciderunt (*sim. de imbre prodigioso ibid.* lapidibus pluisse [Ivv. 13, 65 Clavd. 18, 8]). 8, 11, 1 (*cf. p. 1447, 83*) serena nocte subito luna *deficiens* (Clavd. 18, 8 binas . . . lunas). Sen. Thy. 703 (*cf. l. 56*) e laevo aethere atrum cucurrit limitem sidus trahens (Stat. Theb. 7, 402. *cf.* Octavia 231 [*v. p. 1447, 84*] vidimus caelo iubar ardens cometam pandere infestam facem). Val. Fl. 3, 356 praesaga . . . fulmina (*cf.* Stat. Theb. 7, 402 mala fulgura. Clavd. 26, 229 quid . . . aether fulmineo velit igne loqui *eqs.*). Stat. Theb. 7, 402 infestum tonat *Iuppiter*. Clavd. 18, 8 nimbo . . . minacem sanguineo rubuisse Iovem . . ., geminos soles. ② *in terra*: Sen. Thy. 703 (*v. supra l. 49*) lucus tremescit, succusso solo nutavit aula (*cf.* Svet. Galba 18, 1 terrae tremor et assimilis quidam mugitui sonus [Clavd. 20, 40 *terrae* t. Chalcedona movit]). Cvrt. 9. 9, 10 adversum agebatur *flumen* (*cf.* Stat. Theb. 7, 402 aversi . . . suis decursibus amnes). Lvcan. 7, 172 concurrere visus Olympo Pindus et . . . mergi . . . Haemus. Clavd. rapt. Pros. 2, 9 ter conscia fati flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna (Oros. hist. 5, 6, 2 vastos ignes eructavit).

b *constant in forma immani sim.*: Ter. Phorm. 705 (*cf. l. 20*) intro iit in aedis ater alienus canis. Cic. div. 1, 49 (*cf. p. 1447, 50*) visam beluam vastam et immanem (*inde* Val. Max. 1, 7 ext. 1 animadvertit inmensae magnitudinis serpentem. *cf.* Sen. Oed. 724 anguis imis vallibus editus. Sil. 3, 198 *serpens ingens subito visus*). Lvcan. 1, 589 -a iubet *vates* . . ., quae nullo semine discors protulerat natura, rapi sterilique nefandos ex utero fetus infaustis urere flammis. *de partu deformi* (*cf. etiam l. 11. 68. p. 1452, 56*): Cic. div. 1, 98 *v. p. 1447, 22*. Val. Max. 1, 6, 5 (*cf. l. 46*) *puerum* cum elephantino capite natum. Phaedr. 3, 3, 5 *v. p. 1447, 82*. Plin. nat. 7, 34 *v. supra l. 12*. Clavd. 18, 8 semiferos partus metuendaque pignora matri.

II ***vi monendi*** *fere* **detersa** *de ipsis mirabilibus (metonymia ut vid. vetustissima, cf. p. 1447, 13). pertinet imprimis ad res fabulosas et fictas, hic illic ad somnia et visiones ut e. g. p. 1449, 20 sq. 1451, 18.* Stat. Theb. 2, 126 toro . . . eripitur *Eteocles* plenus -is (*de ipsa specie vana e. g.* Sen. Herc. f. 1063 solvite tantis animum -is [*loq. Hercules furens ut* 1280 *v. p. 1451, 60*]. Sil. 17, 550 latet *deus* . . . cur -o ? [*antea*: imagine vana, fallax simulacrum *sim.*]. *cf. p. 1453, 72*), *rarius ad naturalia* (*maxime per appellationem indirectam, sc. comparationem et appositionem, praecipue in emphasi; v. e. g. p. 1451, 75*):

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A *de eventu mirabili sim. fere i. q. miraculum* (*cf.* miracula -i *l. 10 et iuncturas ut* miracula et -a Avg. civ. 12, 14 p. 532, 14 D., mirabilia et -a *infra l. 51 sq.; ad usus originem v. exempla p. 1448, 10 sqq. allata; nota plur. intens. infra l. 9, cf. etiam l. 57*): **1** *in fabulis*: **a** *de ipso eventu* (*selecta*): Verg. georg. 4, 554 subitum ac dictu mirabile -um aspiciunt: liquefacta boum per viscera ... stridere apes ... et ruptis effervere costis *eqs.* Aen. 9, 120 virgineae, mirabile -um (dictu *P*), reddent se ... facies (*sim. de metamorphosi*: Ov. met. 2, 367. 2, 675 nomen ... -a dedere *Hipponi in equam mutatae.* 7, 294 tanti miracula -i. 9, 667 [*syn.* miracula]. 12, 175 -i novitate. Stat. silv. 3, 2, 36 subitis ... perdidit inguina -is Glaucus. *al. cf. l. 16*). Sen. Herc. O. 728. Tro. 169 maiora veris -a — vix capiunt fidem — vidi, ipse vidi. Avg. soliloq. 2, 15, 29 non ... dicemus illud de Medea, nescio quod -um (*sc. eam alitibus anguibus volasse*), falsum esse ? :: non utique, nam si falsum est, quomodo -um est? **b** *tropice*: Ov. met. 10, 553 veteris -um mirabile culpae (*i. poenam mirae transformationis*). Val. Fl. 6, 6 -um inrevocabile belli concutiens *sc. hastam Martis mirabilia perficientem* (*cf. l. 44*).

2 *in superstitione cotidiana*: Plavt. Most. 505 (*loq. Tranio, cui mortuus in somnis apparuit*) quae hic -a fiunt, anno vix possum eloqui (Argvm. Plaut. Most. 4 terrifica -a dicit fieri in aedibus. *cf. p. 1451, 19*). Ter. Eun. 334 nonne hoc -i similest? ([Schol. Ter. p. 101, 14 insolitam et inopinam infelicitatem ... -um vocat]. Phorm. 954 -i, ita me di ament, s. Cic. Verr. II 2, 158 novum est ... et ... -i s. [*sc. Verris statuas deiectas esse*]. Cvrt. 9, 8, 13 urbem cuniculo cepit; barbaris s. -i visum est. Schol. Cic. Bob. p. 83, 35 quasi -i s. sit in tanto consule aliquid potuisse fraudis existere). 656 (*Eunuchus virginem vitiasse dicitur*) quod (*var. l.* quid) istuc nam -um (*var. l.* -i) fuit? (*nisi ad ipsum Eunuchum referas, cf.* Don. *ad l.*: si ... eunuchus et vitiavit virginem, contra rerum naturam factum est et recte -um est). Apvl. met. 3, 9, 7 quod -um! quae fortunarum ... repentina mutatio! *de mirabilibus naturae*: Verg. Aen. 3, 583 (*de Aetnae sonitu*) immania -a perferimus nec, quae sonitum det causa, videmus. Gratt. 443 hic *Vulcanus*, dictu mirum atque alias ignobile -um, ... rupto ... e pectore montis venit ... et multo flumine flammae emicat (*cf.* Sil. 17, 595 videre Eoi *Vesuvium*, -um admirabile, Seres). Gell. 17, 10, 19 quod saxa ... et scopulos eructari et erigi ... dixit *Vergilius*, hoc ... nec umquam fando auditum et omnium, quae -a dicuntur, monstruosissimum est.

3 *in magia*: Lvcan. 6, 436 Haemonidum, ficti quas nulla licentia -i transierat, quarum, quidquid non creditur, ars est. Plin. nat. 28, 116 sinistrum *chamaeleonis armum* ... quibus -is consecret superstitiosus, qualiter somnia quae velis ac quibus velis mittantur, pudet referre. *tropice de ipso apparatu ad amorem movendum apto* (*cf. supra l. 15*): Val. Fl. 6, 470 fecunda ... -is cingula *Veneris* (*postea*: cingitur arcanis ... venenis. *cf. Hom. Ξ 215 θελκτήρια*).

4 *in religione*: Ivvenc. 4, 139 -a potentia fingent *falsi prophetae* ([*cf. Vulg. Matth. 24, 24* signa magna et prodigia]. Comm. instr. 1, 18, 16 -a ... ista *Ammudatis* fincta sunt per vinivoraces). Vvlg. sap. 8, 8 signa et -a scit *sapientia*, antequam fiant (Barnab. 4, 14 tanta. 5, 8 magna s. et -a faciens). 19, 8 mirabilia et -a (*gr. θαυμαστὰ τέρατα*). Sirach 45, 24 fecit ... -a (48, 15 et ... mirabilia operatus est. *cf. l. 51*). Avg. quaest. hept. 4, 48 p. 356, 12 talibus -is (*de asina loquente, cf. Vulg. num. 22, 28*). Act. Petr. 9 magnum et mirabilem -um visuri estis.

B *de habitu deformi, multiformi, confuso, inconcinno sim. et inde immani, horribili, abominando* (*ap. poetas saepe plur. intens. q. d. pro sing. ut l. 75. 82. p. 1450, 5. 9. 13. 17. 70. 1451, 19 sqq. 1452, 50. 81. 1453, 17, cf. supra l. 4*): **1** *animantium vel idolorum* (*de equo Troiano* Verg. Aen. 2, 245 [*cf. Kleinknecht, Hermes 79, 1944, 84, 1*], *de nave Argo* Catvll. 64, 15 -um ... admirantes *tamquam -um marinum* [*cf.* Drac. Romul. 10, 38 expavit *navem Scytha*, nam -a putat]. *per synecd. p. 1452, 79. ad iuncturas ut* '-um hominis' *v. p. 1454, 11 sqq.*): **a** *de specie sui generis* (*maxime marina [v. l. 72 sqq. passim et p. 1451, 33] aut e terra genita* [*cf. e. g. p. 1450, 11. 22. 43. 1451, 31.* Lvcr. 5, 845 Ov. met. 1, 437 Sen. Herc. f. 939 Oed. 724] *aut ex inferis missa [v. l. 81. p. 1450, 28. 69. 1451, 50]. sing. collect.* Ciris 57 -o ... voraci [*i. canibus Scyllae, nisi de hac ipsa accipias*]. Sen. Thy. 12 [*de Tityos avibus*]; *cf.* omne -um [Sen. Med. 684 Sil. 13, 579] *c.* omnia -a [*e. g.* Ov. met. 9, 736 Sen. apocol. 5, 3 Lvcan. 8, 474]): *α pertinet ad ficta*: Ⓘ *definita*: Ⓐ *strictius de cetis, draconibus sim.*: Catvll. 64, 101 saevum ... -um *sc. Minotaurum* (Prop. 4, 4, 41. Ov. met. 8, 156 -i novitate biformis. 8, 170 Actaeo bis pastum sanguine -um. Ib. 373 novi. Sen. Phaedr. 649. *per plur.*: 122 caecā -a conclusit domo [*cf.* 174]). 68, 113 Stymphalia. Verg. ecl. 6, 75 (*inde* Ciris 59) latrantibus ... -is *sc. Scyllae canibus* (Ov. met. 14, 60 fast. 4, 500 Pont. 4, 10, 25. Stat. silv. 5, 3, 280 Centauros Hydraeque greges Scyllaeaque -a. *de ipsa Scylla*: Ov. met. 8, 100 tantum ... -um. Ivst. 4, 1, 13). Aen. 3, 214 tristius haud illis (*sc. Harpyis*) -um nec saevior ulla pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis (Val. Fl. 4, 456. 4, 462. 4, 506). 7, 780 -is ... marinis *sc. tauro Hippolyti* (*per sing.*: Ov. met. 15, 517 -i ... metu. Sen. Phaedr. 1034. 1046 in -um coit facies [*syn.* ingens belua]). 8, 289 ut prima novercae -a manu geminosque premens eliserit *Hercules* angues (Serv. auct. *ad l.*: unum est ... '-a' et 'angues'). Ciris 67 -o ... biformi *sc. Typhoni*. Hor. carm. 4, 4, 63 non ... -um ... submisere Colchi maius Echioniaeve Thebae (*de dracone Colchico etiam* Sen. Med. 473 insomne. Val. Fl. 7, 536 pervigilis ... -i. *cf.* 7, 522). Prop. 2, 28, 21 -is ... marinis *sc. ceto Andromedae*. Ov. ars 3, 311 -a maris Sirenes erant. met. 4, 615 viperei ... -i *sc. Medusae* (4, 745. 5, 241 colubriferi. *al.* Manil. 5, 567 Gorgonei. *al.*). 11, 211 -o ... aequoreo *sc. ceto Hesiones* (Val. Fl. 2, 479 belua, -um ingens. 2, 514 celsi spatiosa volumina -i. Mart. epigr. 27, 9. *per plur.*: Val. Fl. 2, 489. 3, 512 Phrygiis ... -is). fast. 3, 799 (*de dracone Briarei*) satus Terra, -um mirabile, taurus parte sui serpens posteriore fuit. Sen. Herc. f. 241 saeva Lernae -a, numerosum malum (*item per plur.* Sil. 2, 158 Lernaea ... -a gerebat *Hercules* in clipeo. *per sing.* Salv. gub. 6, 76 anguinum illud -um). 807 gravia -i colla *sc. leonis Nemeaei* (Val. Fl. 3, 567 terga ... horrida -i. Stat. Theb. 1, 487 Cleonaei ... -i. 4, 834 rabidi. Mart. 5, 65, 9 Nemeaeo. *v. etiam l. 33. per plur.* Stat. Theb. 4, 157). Oed. 106 callidi -i *sc. Sphingis* (Plin. nat. 36, 77 facies -i colitur *ab Aegyptiis*. Avg. civ. 18, 13 p. 272, 21 D. -um ..., humana facie quadrupedem). Lvcan. 9, 663 (*de Argo*). Plin. nat. 2, 140 (*de Olta -o*). Val. Fl. 1, 374 Erymanthei ... -i (Avson. 393, 40 p. 246 P.). 6, 437 *de tauris Aeetae* (7, 267. 7, 345). Sil. 6, 151 -um exitiabile et ira telluris genitum ..., serpens centum porrectus in ulnas *sc. draco Bagradae fluminis* (6, 193 infandum. 6, 204 dirum ... et lamentabile. 6, 246 [*syn.* ferae]. 6, 262 tanto in corpore -i. Flor. epit. 2, 2, 20 [*postea*: mirae magnitudinis serpens]). Stat. Theb. 1, 562 sinuosa volumina -i *sc. Pythonis*. 5, 570 hiantia -i ora *sc. serpentis ab Archemoro occisi*. 6, 495 anguicomam -i effigiem, saevissima ... ora, movet *Phoebus* sive ... Erebo seu finxit in astus temporis *sc. ad Amphiarai equos consternandos.* *inter astra*: Germ. 50 mirabile -um *sc. Serpens* (Avien. Arat. 144). 358 *Andromeda* terretur -o pelagi *sc. Pistrice* (Avien. Arat. 778 squalentia -i terga. 1158 fluctigeni specie⟨m⟩ -i. 1301 diri). Mart. 4, 57, 5 horrida ... Nemeaei pectora -i (*cf. l. 15*). Avien. Arat. 251 falcata Chii ... cornua -i *sc. Scorpionis* (1143. 1152 venenati. 1187).

Ⓑ *latius de aliis speciebus*: Ⓘ *quibuslibet*: ⓐ *de Cyclopibus, Gigantibus sim.* (*cf.* Filastr. 108, 3 Gigas ... per etymologiam terrae -um dicitur, ex duobus nominibus compositum, sive forma sive vita sive visu sive fortitudine sive mole membrorum): Verg. Aen. 3, 658 Polyphemum .... -um horrendum, informe, ingens. 8, 198 huic -o *sc. Caco* (Ov. fast. 1, 554 -i ... huius. Comm. instr. 1, 15, 1 Avg. civ. 19, 12 p. 374, 1 D. tale. *cf. p. 1446, 36*). Hor. carm. 3, 4, 73 iniecta -is Terra dolet suis *sc. Gigantibus* (Ov. fast. 5, 35 terra feros partus, immania -a, Gigantas edidit. Sen. Ag. 344 trucibus. Herc. f. 82 -i ... terrifici *sc. Enceladi*. Paneg. 2, 44, 5 anguipedum. 11, 3, 4 biformium. *cf. l. 37*). Sen. Herc. f. 778 trepidant -a, Centauri truces Lapithaeque (Sidon. carm. 5, 230. *cf.* Serv. Aen. 6, 286). Ag. 838 geminos ... fratres pectore ex uno tria -a natos *sc. Geryonem* (Sil. 1, 278 id -um. 6, 629 triplicis -i. 13, 201 -um, Geryones, immane). Stat. Theb. 12, 554 Siculis exorta sub antris -a *sc. Cyclopes* (Comm. instr. 1, 10, 6 Cyclopem ... -um). Tert. apol. 14, 3 cuiusdam -i *sc. Briarei*. *de Amyco*: Val. Fl. 4, 155 isti frustra quisquam concurrere -o audeat. 4, 188 -i subiit absentis imago. 4, 750 similem per litora -o.

ⓑ *de Furiis aliisque numinibus figuratis* (*maxime malis, cf. infra l. 79; inde de maga Erictho l. 67, de hominibus furentibus infra l. 78*): Cic. nat. deor. 3, 44 aut ... haec -a (*enumerantur Amor, Dolus, Labor al.*) probanda sunt aut ... illa (*sc. Aether, Dies sim.*) tollenda. Apvl. flor. 22 p. 102 iracundiam (*cf. etiam l. 73*) et invidiam atque avaritiam (*cf. l. 74*) atque libidinem ceteraque animi humani -a (*postea*: pestes). *ap. poetas* (*prosopopoeia manifestiore*): Verg. Aen. 4, 181 -um horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumae, tot vigiles oculi (*de Fama ut* Stat. Theb. 2, 212 quae tanta licentia -o, quis furor est?). 7, 328 (*de Allecto*) odere sorores Tartareae -um: tot sese vertit in ora, tam saevae facies, tot pullulat atra colubris (*cf.* 7, 348 *de uno huius Furiae angue*). Ov. met. 4, 488 *de Tisiphone comitantibus Luctu, Pavore, Terrore, Insania* (Sil. 2, 553 mutabile -um). Lvcan. 6, 635 -o ... potenti (*i. a maga Erictho*) extractus Stygio populus ... Averno (*cf. p. 1449, 40*). Stat. Theb. 1, 597 infandis Acheronte sub imo conceptum Eumenidum thalamis *sc. Poena* ([*postea*: dira lues]. 1, 637 cruento. *per plur.*: 1, 615. 1, 648 effera). 7, 111 (*de Pavore, cf. l. 66*) innumerae -o vocesque manusque et facies quamcumque velit. Avson. 417, 67 p. 279 P. crimina -i *sc. Nemeseos*. Prvd. psych. 130 -i sine more furentis *sc. Irae* (*cf. l. 58*). 275 (*de Fraude*). 466 (*de Avaritia, cf. l. 59*). 565 (*de Lue*) -um ferale. 715 (*de Discordia*). *adde*: Sen. Thy. 254 (*loq. Atreus*) non satis magno meum ardet furore pectus, impleri iuvat maiore -o (*antea*: dira Furiarum cohors discorque Erinys veniat). *per similitudinem de Lemniadibus furentibus*: Val. Fl. 2, 248 tota ... sparsis exarserat insula -is.

ⓒ *de idolis deorum*: Cic. nat. deor. 1, 28 multa ... -a *Parmenidis*, quippe qui bellum, qui discordiam ... ad deum revocet. Sen. frg. 31 quae *numina* si spiritu accepto subito occurrerent, -a haberentur (*antea*: habitus illis hominum ferarumque et piscium, quidam vero mixto sexu diversis corporibus induunt). Plin. nat. 2, 21 -a ... colunt (*cf. p. 1451, 1*). *ap. Christianos de idolis paganorum*: Min. Fel.

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

28, 2 quasi Christiani -a colerent, infantes vorarent (CARM. c. pag. 115. *cf. p. 1450, 83 et* CYPR. Demetr. 12 non tantum ista inepta idola et manu hominis facta simulacra sed et portenta quaedam et -a venerantur [*postea*: crocodili et cynocephali et lapides et serpentes coluntur]). TERT. idol. 3 huius -i (*sc. idoli*) artifices. PRVD. ham. 99 semideis . . . -is. perist. 1, 69 ridenda . . . -a divos fingitis. 2, 451 Ianum bifrontem (*cf. l. 9*) et Sterculum colit senatus, horreo tot -a patrum dicere. c. Symm. 1, 452 prodigialia . . . credere -a deos. 1, 636 sordida -a. AVG. civ. 7, 26 p. 307, 17 D. huic -o (*sc. Magnae Matri*) nec Iani (*cf. l. 6*) monstrositas comparatur (*postea*: deformitatem, deformem crudelitatem). Ps. AVG. serm. ed. Mai 6, 2 -is . . . innumeris subiacere (*opp.* vero deo). CORIPP. Iust. 3, 378 persculpti lapides, surdae mutaeque figurae -aque, quae variis extant conflata metallis.

Ⓓ *de diabolo sim.*: PRVD. apoth. 400 bacchantis . . . -i (*postea*: daemon). cath. 6, 103 de furente -o *sc. Antichristo*. SEDVL. carm. pasch. 2, 192 -um . . . nefandum (op. pasch. 2, 14 p. 216, 23 -um . . . caelo deiectum).

② *de imaginibus mortuorum aut subito apparentium*: VERG. Aen. 3, 307 magnis exterrita -is deriguit *Andromache manes Hectoris invocans Aeneamque aspiciens* visu in medio ([*cf.* SERV. auct. *et* CLAVD. DON. p. 307, 24]. STAT. Ach. 1, 662 obstipuit tantis . . . exterrita -is *sc. Deidamia Achillis specie insperata. cf.* 1, 890 inopina . . . -a paventem). PETRON. 111, 7 visa . . . pulcherrima muliere primo quasi quodam -o infernisque imaginibus turbatus substitit. PLIN. epist. 7, 27, 6 tota . . . illi -o relicta *domus* (*antea*: apparebat idolon, senex macie et squalore confectus *eqs.*).

Ⅱ *indefinita, sc. imaginatione (poetica vel populari) tantum concepta* (*ad voces affines cf. e. g.* OV. epist. 9, 34 -aque terribiles persequiturque feras [SEN. Herc. f. 434 f. -isque. *cf.* MANIL. 5, 191 ferarum . . . et . . . -orum. SEN. Herc. f. 454 -a saeva . . . aut . . . feras. Herc. O. 54 feras tellus timet concipere nec -a invenit. *v. et* -a ferarum *p. 1454, 19*]. DRAC. laud. dei 2, 164 pisces, horrida -a . . . et belua . . . ingens): Ⓐ *marina* (*cf. infra l. 69*): VERG. Aen. 6, 729 hominum pecudumque genus vitaeque volantum et quae marmoreo fert -a sub aequore pontus (*cf.* ALBINOV. carm. frg. v. 5 immania -a sub undis). DIRAE 56 nigro multa mari dicunt portenta natare, -a repentinis terrentia saepe figuris (HOR. carm. 1, 3, 18 -a natantia . . . vidit). MANIL. 5, 191 caeco missa profundo . . . -orum corpora. SEN. Phaedr. 1160 (*loq. Phaedra*) in me -a . . . maris emitte (VAL. FL. 5, 482 cui non iusso tot adire voluptas -a m.? TAC. ann. 2, 24, 4 PORPH. Hor. carm. 1, 3, 17/18 CLAVD. 22, 28. *cf. l. 44 et* SEN. Phaedr. 1204 saeva ponti -a. IVV. 14, 283 Oceani. AVIEN. orb. terr. 781 vaga -a profundi [*antea*: cetosi pecoris, *Prisc. periheg. 598* cete . . . montibus aequa]). STAT. Theb. 9, 300 ibitis aequoreis crudelia pabula -is. FLOR. epit. 2, 2, 5 fretum . . . fabulosis infame -is. AVIEN. orb. terr. 793 involvunt . . . -a voracia nautas (*Dionys. periheg. 604* τερᾶατα). AVG. soliloq. 2, 8, 15 (*in imag.*) illa tot -a, quae me dudum enavigasse arbitrabar. *inde de hominum cadaveribus in litore sparsis*: VAL. FL. 3, 261 heu socii quantis conplerunt litora -is! (*cf. p. 1450, 53*).

Ⓑ *inferna*: SEN. dial. 4, 35, 5 qualia poetae inferna -a finxerunt subcincta serpentibus et igneo flatu (*cf.* LVCAN. 7, 783 infera -a). STAT. silv. 1, 2, 39 Stygiis . . . concurrere -is. Theb. 4, 533 -a Erebi. QVINT. decl. 299 p. 182, 9 onerosa . . . inferis -a in lucem redundare visa sunt. CLAVD. rapt. Pros. 1, 37 quaecumque latent ferali -a barathro.

Ⓒ *silvestria*: CALP. ecl. 7, 64 non solum nobis silvestria cernere -a contigit *eqs.* VAL. FL. 4, 370 in scopulos et -is horrida lustra . . . ire.

Ⓓ *aēria*: PRVD. c. Symm. 2, 857 tot sunt . . . divortia *paganorum*, quot templorum signa, quot aëriis volitant fantasmata -is.

Ⓔ *varia selecta*: SEN. Herc. f. 1280 (*loq. Hercules*) iamdudum mihi -um impium saevumque et immite ac ferum oberrat (Herc. O. 878 [*loq. Deianira*] ego vos tyrannis, regibus, -is f. saevisque . . . opposui deis. MART. 9, 65, 4. *cf.* SEN. epist. 88, 7 -a effera et humano cruore gaudentia). Med. 479 per victa -a, . . . per caelum et undas . . . miserere. LVCAN. 9, 855 tot -a ferentem . . . orbem. 9, 910 nocentia -a *Africae*. STAT. Theb. 1, 459 sunt et rabidis iura insita -is fasque suum. 9, 11 -is . . . datae crudelibus urnae (12, 576. *cf.* 9, 102 nullae illum volucres, nulla impia -a, nec ipse . . . ignis edat!). AVSON. 157, 2 p. 14 P. cum terrena marinis -a admiscentur (CLAVD. 24, 361 t. . . . Nereus confert -a suis et non aequa refatetur). CLAVD. DON. Aen. 3, 265 p. 302, 24 fugienda . . . loca, in quibus non homines, sed exsecranda -a commorabantur. RVFIN. hist. mon. 29 p. 453[B] multos . . . aiebant esse daemones in deserto ac -a.

β pertinet ad naturalia (*minus definita quaeque supra l. 27sqq. invenies*): Ⓘ *de bestiis*: Ⓐ *in emphasi aut appellatione indirecta*: VERG. georg. 1, 185 mus . . ., talpae . . ., bufo et quae plurima terrae -a ferunt (*sim. in fine seriei*: LAMPR. Heliog. 26, 7 cum ranis et scorpiis et cum serpentibus et huiusmodi -is. AMM. 22, 15, 14 capreoli . . . et bubuli et spinturnicia omni deformitate ridicula aliaque -a [*cf. p. 1452, 2*]). 3, 152 (*de asilo*) hoc . . . -o (COLVM. 10, 337 haec ne ruricolae paterentur -a *eqs.* [*sc. volucres, erucam sim.*]. MART. 7, 87, 10 haec dominis -a placere suis [*nominat cercopithecum, picam al.*]. IVV. 4, 45 [*de rhombo magnitudinis eximiae*]. *v. p. 1452, 1 et cf.* SOL. 40, 11 [*de bonaco*] -o illi). Aen. 7, 21 talia *sc. leones, sues, lupos* (PLIN. nat. 8, 79 [*de basilisco*] huic t. -o. *cf.* CLAVD. 20, 428 [*de ballaena*] tanto). PLIN. nat. 8, 72 lyncas . . . et sphingas . . . multaque alia -is similia. 9, 92 (*de polypo*) cum -o dimicare sibi videbantur. 10, 34 *bubo*, noctis -um (*sic in apposit.*: SOL. 52, 39 monoceros, -um mugitu horrido, equino corpore, elephanti pedibus *eqs.* AMM. 22, 15, 20 audax . . . crocodilus -um fugacibus). Ⓑ *liberius* (*propter formae quamlibet immanitatem, maxime magnitudinem, cf.* SEN. clem. 1, 25, 4 solitam mensuram transiit et in -um excrevit *serpens* [*v. etiam p. 1446, 66*]): PLIN. nat. 9, 153 (*de caniculis*) -o sollertia est navigium subeundi. CLAVD. 10, 161 Oceani -um Tartesia tigris. 22, 247 Caledonio velata Britannia -o (muro *Burman*) *sc. apro*. 24, 274 casuris parcite -is. *de elephantis*: SIL. 9, 571 appellitur atra mole fera et -is componitur Itala pubes. 9, 599. 9, 628. 10, 101. 10, 158. IVST. 18, 1, 6. DRAC. laud. dei 1, 307 eburnea -a.

Ⓘ *per contumeliam aut despectum de hominibus improbis sim.* (*de deo infra l. 35. cf. p. 1454, 12 sqq.; aliter infra l. 54 sqq.*): TER. Andr. 250 (*de Glycerio*) aliquid -i alunt ([DON. *ad l.*: duplex contumelia est: et '-i' et 'aliquid', minus enim esset 'aliquod -um'. *aliter* SCHOL. p. 82, 28]. *cf.* SEN. dial. 5, 3, 2 quantum -i sit homo in hominem furens). Eun. 860 vix me contineo, quin involem in capillum, -um (*in allocutione ut*: CIC. Pis. 30 immanissimum ac foedissimum. or. frg. XIV A 22 Sch. o singulare . . . -um! PRVD. perist. 10, 77 infame). CIC. Verr. II 2, 79 quod umquam huiusce modi -um . . . audivimus aut vidimus . . .? ([*de Verre ut*: 4, 47 q. hoc -um . . . in provinciam misimus? *cf. l. 27*]. Cluent. 188 [*de Sassia*] q. tantum -um in ullis locis . . . natum dicamus? Ps. QVINT. decl. 11, 2 cuius ego -i artes pertuli? Ivv. 9, 38). 5, 145 (*de Verre, cf. l. 24*) quoddam novum -um ex vetere illa immanitate *Siciliae* (Phil. 13, 49 -a quaedam ista . . . sunt . . . rei publicae). Catil. 2, 1 a -o illo ([*de Catilina ut* DECL. in Catil. 74, 99. *cf. et l. 32. 47*]. SEN. nat. 1, 16, 6 [*de Hostio Quadra*]. FLOR. epit. 4, 11, 3 [*de Cleopatra, cf. l. 39*]. APVL. flor. 3 p. 13 PANEG. 12, 3, 5. *v. etiam infra l. 38*). Cael. 12 (*de Catilina, cf. l. 29*) neque ego umquam fuisse tale -um in terris ullum puto (VAL. MAX. 8, 3, 2 [*de Gaia Afrania*]. OCTAVIA 372 [*de Nerone*]. VAL. FL. 5, 657 [*Pallas ad Iovem de Marte*]. IVVENC. 1, 695 [*de falsis prophetis*]. CLAVD. 15, 257). Pis. frg. 1 hoc . . . -um urbis (VAL. MAX. 5, 3, 4 SEN. Herc. f. 1020 QVINT. decl. 329 p. 293, 20 LACT. mort. pers. 38, 3. *cf. supra l. 24*). ad Brut. 2, 2, 3 magnum illud -um (SEN. Phoen. 122 maius *sc. Sphinge Oedipus*). HOR. carm. 1, 37, 21 fatale -um (*de Cleopatra ut l. 31.* PORPH. *ad l.*: a fato . . . servatum aut detestabile). VAL. MAX. 9, 15, 1 (*de Equitio*) Firmo Piceno -um veniens (*in appositione ut* IVV. 4, 2 -um nulla virtute redemptum a vitiis. *cf. etiam l. 21*). SEN. Ag. 997 (*Aegisthus de Electra*). Med. 191 (*de Medea, cf. l. 45*) -um . . . saevum, horribile. LVCAN. 8, 474 omnia -a . . . coiere (*de Aegyptiis ut* 8, 548 externa . . . -a pellite. 8, 613). 8, 541 (*de Achilla*). VAL. FL. 6, 45 (*de Medea, cf. l. 43*) quanti . . . -i (*cf.* CORIPP. Ioh. 4, 109 tantis [*v. etiam supra l. 25*]). DECL. in Catil. 32 isto -o (*sc. Catilina ut* 56 exsecrabili. *cf. et l. 29*). CLAVD. 5, 99 avidi . . . dementia -i *sc. Rufini*. *in compar.*: VAL. MAX. 3, 5, 1 quid . . . -o similius quam superioris Africani filius Scipio . . .? (9, 11, 1 -i simile exemplum. PANEG. 10, 4, 2 [*de Bacaudis*] illud malum simile -orum biformium). SVET. Cal. 22, 1 (*de Caligula*) reliqua ut de -o narranda sunt.

b *de specie mutilata aut degeneri*: α *corporali*: SEN. dial. 5, 17, 4 factus . . . -um *Telesphorus auribus nasoque abscisis*. MART. 14, 182, 1 (*de imagine hominis gibberi*) ebrius haec fecit . . ., puto, -a Prometheus. *de partu deformi* (*cf.* AVG. enchir. 22, 87 vel amplius vel minus habendo vel quadam nimia deformitate -a dicuntur *partus [sim. p. 1455, 45]. v. etiam p. 1448, 71*): QVINT. inst. 5, 12, 19 si nasceretur *spado*, -um erat (FIRM. math. 7, 7, 2 aut quadrupes . . . aut -um [*antea*: portentum]. AVG. civ. 12, 14 p. 532, 11 *et* 14 D. [*iuxta* miracula]. *al.*). ITALA IV Esdr. 5, 8 mulieres parient -a (EPIT. Alex. 90 [*postea*: mirifica re, portentum, prodigium, ostentum]). DRAC. laud. dei 1, 63 matres . . . -a creant (ISID. orig. 11, 3, 5 -um creatum, quod superiores corporis partes hominis . . . habuerit, inferiores diversarum bestiarum). COD. Iust. 6, 29, 3, 1 *infans* ad nullum declinans -um vel prodigium. *respicitur sexus mixtus*: FIRM. err. 4, 2 quod hoc -um est quodve prodigium? negant se viros esse et non sunt ⟨mulieres⟩. AVG. anim. 4, 20, 32 huius -i, ubi et femineum est corpus et femineus non est sexus. *respicitur substantia confusa*: VIGIL. THAPS. c. Arrian. 3, 6 (*de Christo non unius cum patre substantiae*) degenerem . . . et instar alicuius -i. β *incorporali*: SEN. Tro. 1154 novum . . . -um est Pyrrhus ad caedem piger. Ivv. 4, 115 Veiento . . ., qui numquam visae flagrabat amore puellae, grande et conspicuum . . . -um. 13, 65 egregium sanctumque virum si cerno, bimembri hoc -um puero . . . comparo. APVL. apol. 85 *puerum*, velut -um quoddam, prius robusto scelere quam tempore, ante nocentem quam potentem, viridi pueritia, cana malitia. TERT. virg. vel. 9, 5 ne tale . . . miraculum, ne dixerim -um, . . . denotaretur, virgo vidua.

c *per synecdochen (aliter e. g. p. 1450, 30): de ipsa superficie (forma) -orum*: OV. met. 4, 591 (*Harmonia ad Cadmum in serpentem mutatum*) te . . . his exue -is! 5, 459 tangere -a *sc. iuvenem transformatum in lacertam*. BOETH. cons. 4 carm. 3, 28 sola mens *sociorum Vlixis in bestias conversorum* stabilis super -a, quae patitur, gemit. *de ipsa deformitate*: QVINT. inst. 1, 1, 2 prodigiosa corpora et -is insignia.

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de aspectu diro: CORIPP. Ioh. 1, 251 vultu minitans . . . tristis imago, horrida sulfureis contorquens lumina -is . . . ait *eqs.*

2 *rerum* (*cf. p. 1454, 29*): **a** *corporaliter* (*aliter p. 1449, 60. 61*): VITR. 7, 5, 3 pinguntur tectoriis -a potius quam ex rebus finitis imagines certae: pro columnis enim statuuntur calami striati cum crispis foliis et volutis, pro fastigiis appagineculi *eqs.* *tropice de ipsa forma monstruosa sc. rara* (*cf. p. 1452, 84*): PLIN. nat. 19, 53 alia *poma* sapore, alia magnitudine, alia -o pauperibus interdicta. *sub specie naturae degeneris* (*cf. p. 1452, 53*) *de ovo inani*: ITALA Is. 59, 5 (Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 78, 4 *et* 6) comesurus ex ovis *aspidum* . . . confringens invenit -um (*gr. ὄὐριον, Vulg. aliter, Conc.^{S} I 5 p. 380, 6* putamen. *cf.* RVSTIC. *l. c.* p. 78, 7 quod est . . . -um nisi quod generare non potest? p. 78, 10 *et* 11).

b *incorporaliter*: *α pertinet imprimis ad statum nefandum*: Ⓘ *usu sollemni*: Ⓐ *de facinoribus* (*syn.* scelus, nefas *sim., at cf.* SEN. Phaedr. 143/4 maius est -o *Pasiphaae* nefas *Phaedrae,* nam -a fato, moribus scelera imputes. *nota plur. intens.* MART. 4, 63, 3; *cf. p. 1949, 57*): CIC. Sest. 53 quaenam . . . -a, quae scelera vidistis! civis erat expulsus is, qui rem publicam . . . defenderat. Att. 5, 16, 2 -a quaedam non hominis, sed ferae nescio cuius immanis (*sim. c. gen. subi.* SIL. 2, 650 diros urbis casus laudandaque -a *Sagunti sc. caedes cognatorum.* STAT. Theb. 4, 395 -a ducum *sc. Eteoclis et Polynicis*). SEN. Med. 675 maius parat Medea -um (*cf.* VAL. FL. 3, 29 nova -a . . . volvit. IVV. 6, 645 grandia -a audebant). LVCAN. 4, 245 fecit -a (7, 464. *cf. infra l. 31*). 10, 337 deae *ultrices* dant in nova -a furorem. VAL. FL. 2, 217 -is *Lemniadum.* SIL. 10, 61 talia . . . suadentem -a Metellum. STAT. Theb. 8, 66 novis asperrima -is *Tisiphone* (*postea*: triste, insuetum, ingens . . . nefas). 12, 422 locum -is . . . Fortuna parabat. CLAVD. 18, 236 portenta . . . -is aggerat *Eutropius.* *de libidine perversa sim.* (*cf. p. 1454, 44*): CATVLL. 104, 4 (*ad ignotum quendam*) cum Tappone omnia -a facis. OV. met. 9, 736 (*Iphis de amore ad Ianthen*) ne non . . . omnia Crete -a ferat, . . . meus est furiosior illo (*sc. Pasiphaes*) . . . amor. VAL. MAX. 1, 8 ext. 3 inopinati -i *sc. stupri filii ac filiae.* SEN. Phaedr. 898 (*Theseus ad Phaedram de Hippolyti incestu*) quod facinus . . . cerno? quod -um intuor? STAT. Theb. 1, 235 -o *Oedipodis.* MART. 9, 8, 6 talia. IVV. 2, 143 (*nisi interpol.*) hoc -um (CARM. c. pag. 13 *Iovis*). TERT. pudic. 4 p. 226, 3 non sunt delicta, sed -a. PS. CYPR. pudic. 3 extraordinaria et portentuosa contra ipsam naturam ex viris per viros -a conquirat *libido.* *de anthropophagia* (*cf. etiam l. 46*): PS. QVINT. decl. 12, 8 primo . . . intra suas quisque latebras admisit hoc -um. IVV. 15, 121 tam detestabile -um audere.

Ⓑ *de opinione* (*cf. p. 1454, 36*): VAL. MAX. 4, 3, 6 pro -o . . . vocem accepit *suadentis omnia voluptatis causa agi debere.*

Ⓒ *de moribus*: PLIN. nat. 7, 9 in medio orbe terrarum ac Sicilia et Italia fuisse gentes huius -i (*sc. anthropophagiae ut*: 28, 9 [*de Ostano*] eversor iuris humani -orumque artifex. IVV. 15, 172 si nunc haec -a videret Pythagoras. *cf.* PLIN. nat. 30, 13 *Romani* sustulere -a, in quibus hominem occidi religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum. *v. etiam supra l. 40*). IVV. 6, 286 unde haec -a . . . requiris? -um est *c. acc. c. inf.*: CONC. Matisc. a. 585 p. 170, 11 ubi . . . dei est assiduitas cantilenae, -um est et dedecoris nota canes ibi . . . habitare.

Ⓘⓘ *c. respectu patientis*: *fere i. q. calamitas, res adversa*: IVVENC. 3, 298 (*Petrus ad Christum*) absint . . . tuis . . . tam tristia . . . -a procul membris (*postea*: tam durus . . . casus). *fere i. q. contumelia*: CASSIOD. hist. 6, 44, 5 *Iulianos, Christianos, Galilaeos appellans* aliquid -i se nobis putavit inferre (*antea*: contumeliam nominis se eis inferre putans, *Theodoret. 3, 21, 7 πημαίνειν*).

β pertinet ad statum a veritate vel ratione (sim.) alienum: LVCIL. 481 multa homines in Homeri versibus ficta -a putant (*cf.* PLIN. nat. 29, 72 -a quaedam ex *serpentibus* . . . confingit *Democritus,* ut possint avium sermones intellegi [MIN. FEL. 10, 5 Christiani quanta -a, quae portenta confingunt! deum illum suum . . . in omnium mores . . . inquirere *eqs.* HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 162, 5 in tantam . . . dilectionis audaciam proruperunt, ut nova quaedam et inaudita super Paulo -a confingerent]). CIC. Tusc. 4, 54 omnes insipientes insanos esse dicunt *Stoici* . . .; remove perturbationes . . .: iam videbuntur -a dicere (*cf.* Att. 4, 7, 1 mera mihi -a nuntiarat. 9, 11, 4 -a narrant, quae falsa esse possunt. 10, 11, 4 quae ille -a [*sc. narrabat*], di immortales! ad Q. fr. 2, 4, 5 de Caesare -a promulgarunt. LVCR. 4, 590 -a . . . loquuntur [STAT. Theb. 10, 205 non vanae -a quietis, nec somno comperta loquor]). Att. 9, 13, 7 nos quae -a cotidie legamus . . .! VAL. MAX. 4, 7, 4 haec sunt vera . . . indicia, illa gentis ad fingendum paratae -o similia mendacia (*cf.* PLIN. nat. 9, 91 quae . . . retulit, -o propiora possunt videri). ARNOB. nat. 7, 36 p. 270, 8 -um et prodigium iudicamus, quod quisquam hominum credit aut augustiorem fieri deum fumo aut *eqs.* *praevalet notio inconcinnitatis*: CIC. Verr. II 3, 171 non mihi iam furtum, sed -um ac prodigium videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare. SEN. contr. 10, 3, 4 o novum -um! irato victore vivendum est, exorato patre moriendum est (10, 4, 3 integer alitur, debiles alunt). PETRON. 126, 11 inter -a numerare, quod ancilla haberet matronae superbiam et matrona ancillae humilitatem. QVINT. inst. 4, 2, 39 -o simile: placet actio, causa non intellegitur. TERT. ieiun. 1 -um . . . haberetur libido sine gula. QVEROL. p. 59, 15 R. quodnam hoc -i genus est? ego totum feci, solus totum nescio. AVG. conf. 8, 9, 21 (*bis*). BOETH. cons. 4, 1, 6 W. esset . . . infiniti stuporis omnibusque horribilius -is, si . . . vilia vasa colerentur, pretiosa sordescerent. INST. Iust. 1, 11, 4 pro -o est, ut maior sit filius quam pater. *praevalet notio obscuritatis*: SEN. Oed. 641 fratres sibi ipse genuit *Oedipus,* implicitum malum magisque -um Sphinge perplexum sua. Phoen. 137 -a (*sc. Oedipodis cognationem*) quis tanta explicat? (*antea*: quid tam inextricabile?). MART. 1, 90, 9 dignum Thebano aenigmate -um, hic ubi vir non est, ut sit adulterium.

3 *grammatica* (*ad 1 et 2*): **a** *c. gen. definitivo*: *α animantium* (*cf. p. 1449, 59*): PLAVT. Poen. 273 quasi bella sit . . ., -um mulieris, tantilla tanta verba funditat. TER. Eun. 696 -um hominis, non dicturu's? (GELL. 17, 1, 1 [*de impiis*] -a hominum [*postea*: tam prodigiosi]. AVG. civ. 16, 8 p. 137, 24/25 D. ut, quem ad modum . . . quaedam -a [-osa *B*, -ata e^{1}] sunt h., ita . . . quaedam -a sint gentium [*inde* ISID. orig. 11, 3, 12 *afferens Gigantas, Cynocephalos sim.*]. BOETH. trin. praef. 14 talibus h. -is. *cf. l. 21*). VERG. Aen. 6, 285 (= OV. met. 14, 412) variarum -a ferarum (MANIL. 4, 662 varias pestes diversaque m. f. [*postea*: horrendos angues]. HOMER. 875 horrenda. APVL. flor. 22 p. 101 -a illa immania hominum ac f. *in Herculis fabula. cf.* ISID. orig. 11, 3, 33 -a quaedam inrationabilium animantium ut Cerberum). 8, 698 omnigenum . . . deum -a *Aegyptia* ([*inde* HIL. in Matth. 1, 6]. PRVD. perist. 10, 241 [*de Faunis, Nymphis al.*]. c. Symm. 1, 434 PETR. CHRYS. serm. 109 p. 502^{D}. *cf.* MIN. FEL. 22, 6 tot sunt Iovis -a quot nomina). PROP. 4, 7, 58 *Pasiphaes* mentitae lignea -a bovis (bovem *Postgate*). VAL. FL. 2, 16 immania -a terrigenum . . . Gigantum. VVLG. num. 13, 34 -a quaedam filiorum Enach de genere giganteo.

β rerum (*cf. p. 1453, 3*): OV. met. 4, 500 attulerat *Tisiphone* . . . -a veneni, oris Cerberei spumas et virus Echidnae. SIL. 6, 583 poenae *Reguli* . . . -a. PLIN. nat. 8, 55 -a . . . calamitatium. FLOR. epit. 1, 10, 8 tot tantisque virtutum *sc. Horatii Coclitis, Mucii Scaevolae, Cloeliae* territus -is (*antea*: tria Romani nominis prodigia atque miracula). GELL. 11, 7, 8 quasi -um verbi (*ut 'bovinator'*) admirantibus (SER. SAMM. 929 verborum -a *in magia*). ARNOB. nat. 3, 10 p. 119, 1 talia . . . -a opinionum *de deis* (LEO M. epist. 35, 1 Conc.^{S} II 4 p. 6, 23 [errores *G, antea*: prodigio falsitatis; *gr. ἀποπήματα*]. *cf.* AVG. c. Iulian. 2, 8, 30 cogitationum). CLAVD. 20, 519 mirantur -a furoris avertuntque oculos.

b *fere loco adiectivi*: -um *praecedit*: TERT. pall. 4, 2 apud rupicem et silvicolam et -um eruditorem *sc. Chironem.* -um *apponitur*: TERT. pall. 4, 2 ecce . . . mutatio -um et quidem geminum, de viro femina, mox de femina vir (*postea*: uterque habitus [*i. modus*] mutandi malus). CARM. de Sod. 21 *Sodomitarum* conubia -a (*V,* mixta *LP,* communia -a *L. Müller*) incestu parili (*cf. p. 1453, 30*).

homoeoprophora: p. 1447, 81. 1448, 1. 6. 8. 1449, 6. 10. 16. 1450, 30. al.

deriv.: monstellum, monstr(u)osus.

compos.: monstrifer, monstrificus, monstrigenus, *?* monstrivorus.

mōnstruōsitās, -ātis *v. p. 1445, 83.*

mōnstr(u ōsus, -a, -um. [*a* monstrum, *cf.* portentosus. *J. B. H.*] *de formarum q. s.* -uosus *et* -osus *usu in serm. ped. vix aliquid certi statui potest: usitatior videtur forma longior; brevior, quantum editorum notis confidere licet, traditur sola ap.* SEN. dial. 3, 15, 2 PETRON. 69, 7 SVET. Tib. 43, 1 Cal. 16, 1 gramm. 15, 2 TERT. anim. 26, 4 *et passim ap. posteriores; in versibus usurpant hanc metri causa poetae hexametr. praeter* COMM. instr. 1, 4, 4 (*v. etiam p. 1440, 34*), *illam* PRVD. perist. 2, 7; *cf. Schönwerth-Weyman, ALL 5, 1888, 207 sq. compar.* -(u)osior: PETRON. 69, 7 TERT. anim. 26, 4 AVG. civ. 6, 1 p. 244, 1 D. adult. coniug. 2, 4, 3 conf. 7, 12, 18 c. Cresc. 2, 12, 15 CASSIAN. c. Nest. 1, 3, 2 GLOSS.; *cf.* magis -us *p. 1456, 33,* minus -us *p. 1456, 9. superl.* -uosissimus: CIC. div. 2, 69 GELL. 17, 10, 19 (= MACR. Sat. 5, 17, 14). TERT. bapt. 1 p. 201, 15 adv. Marc. 3, 4 p. 380, 15. GLOSS. -us: *τερατώδης. αἰνιγματώδης.* -um: perniciosum vel adversum. -ius: *τερατωδέστερον. v. etiam p. 1456, 67. legitur inde a* CIC. (*bis, v. p. 1455, 23. 73; cf. p. 1457, 2,* SALL. (*semel, v. l. 84*), *tum passim ap.* SEN. *phil.*, LVCAN., PETRON., PLIN. nat., *saepius ap. posteriores.* [*in codd. confunditur c.* menstr-.]

i. q. monstri speciem praebens, portentosus, prodigiosus (*iuxta ponuntur p. 1455, 38. 42. cf.* -uosum portentum AMBR. fid. 1, 6, 46 CAES. AREL. serm. 193, 4 p. 744, 17. *praedicative e. g.* -osum contingere AVG. civ. 10, 16 p. 427, 19 D., evadere *p. 1455, 50*):

I *notione monendi fere detersa respicitur sive deformitas sim.* (*v. p. 1455, 65 et cf.* -[u]osa magnitudo *p. 1455, 67. 1456, 1 [sim. p. 1455, 21] et de nimia partium multiplicatione p. 1455, 47. 65*) *sive mirabilitas sim.* (*cf.* -uosa miracula *p. 1456, 56 et* -uosa novitas [TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 397, 2 = PS. TERT. adv. Iud. 9 l. 54 MART. CAP. 6, 673 PALLAD. hist. mon. I 6 p. 268^{C}], raritas [GELL. 3, 16, 9. AMM. 22, 15, 24 antehac]. *ad limitationem accedit abl. p. 1455, 37. 52. 75, de p. 1456, 63*): **A** *de habitu et natura*: **1** *animantium* (*aliter p. 1456, 63*): **a** *corporaliter* (*de forma animae p. 1455, 50*): *α ipsorum*: Ⓘ *de specie sui generis et usu inde derivato*: Ⓐ *pertinet ad fabulosa aut imaginatione tantum concepta*: SALL. hist. frg. 4, 27 -uosam speciem

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Scyllae. SIL. 10, 177 -osa . . . stirpe Medusae. MIN. FEL. 20, 3 (*de Scylla, Chimaera, Hydra sim.*). TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 24 illis -uosis fabulosisque cantricibus *sc. Sirenibus.* CLAVD. DON. Aen. 3, 260 p. 301, 7 -uosae volucres *sc. Harpyiae* (*antea*: 'dirae obscenaeque'. p. 301, 23 H. quam constat esse -uosam. *cf. infra l. 56*). MIRAC. Steph. 2, 2, 6 horribili -uosoque visu *serpentis volitantis* (*antea*: serpentem teterrimum. *cf.* MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 9, 25 velut -uosam viperam, ut fertur hydra fuisse, diffugient *honesti haereticum. v. etiam e. g. infra l. 81*). *de simulacris sim.*: LACT. inst. 1, 20, 36 -uosa et ridicula quaedam simulacra venerantur *Aegyptii* (*cf.* PRVD. perist. 2, 7 -uosis idolis. *v. etiam infra l. 65*). FIRM. err. 5, 1 mulierem . . . triformi vultu constituunt *Persae* -osis eam serpentibus inligantes. CAES. AREL. serm. 192, 2 p. 739, 14 (*inde* ISID. eccl. off. 1, 41, 2) *Kalendis Ianuariis* sumunt formas adulteras, species -uosas (*antea*: obscenis deformitatibus). *fingitur genus hominum quoddam -(u)osum*: TERT. virg. vel. 7, 2 si 'caput mulieris vir' (*I Cor. 11, 3*) est, utique et virginis . . ., nisi si virgo tertium genus est -uosum aliquod sui capitis (AVG. civ. 16, 8 p. 135, 6 *et* 9 D. quaedam g. hominum -osa. *cf.* SOL. 56, 11 *Gorgadas insulas* incoluerunt Gorgones monstra et sane usque adhuc -uosa gens habitat). SOL. 9, 7 ossa . . . grandiora *e terra evulsa,* quae ob enormem magnitudinem -osi exercitus iactant extitisse.

Ⓑ *pertinet ad bestiam naturalem*: CIC. div. 2, 69 illam -uosissimam bestiam *simiam* (*cf. nat. deor. 1, 97* simia . . . turpissima bestia).

Ⓒ *transfertur ad res ad animantes pertinentes: pro gen. possess.*: STAT. Theb. 12, 668 (*de Labyrintho*) -osi . . . antri *sc. Minotauri.* MACR. Sat. 7, 5, 26 -osis carnibus *sc. testiculis castorum et venenatis corporibus viperarum* (*cf. Willis, RhM. 100, 1957, 163*). *alia*: PALLAD. Maximin. c. Ambr. 87 similitudine -uosa (*i. comparatione, quae in monstris versatur. cf.* CLAVD. 20, 549 -osa mihi turpisque relatu fabula *de Eutropio eunucho*). VITAE patr. Iurens. 1, 16 ut relicta . . . temptationis serie fantasmatum -uosoque corporali inpulsu niteretur *diabolus* . . . monachos effugare.

Ⓓ *de quolibet corpore deformi* (*de partibus corp. et ipsis deformitatibus v. sub β et γ*): Ⓐ *strictius de partu*: SEN. dial. 3, 15, 2 debiles -osique *liberi* (*antea*: portentosos fetus). LVCAN. 1, 562 -osi . . . hominum partus numeroque modoque membrorum (PLIN. nat. 1, 7, 6. VLP. dig. 50, 16, 135 portentosum vel -osum vel debilem . . . vel qualem visu vel vagitu novum *eqs.* FIRM. math. 2, 4, 5 AVG. civ. 16, 8 p. 136, 5 D. 22, 12 p. 589, 23 [*antea*: foeditates et vitia, *postea*: deformitatis]). PS. QVINT. decl. 15, 11 -uosa fecunditatis onera. PAVL. dig. 1, 5, 14 (= sent. 4, 9, 3) si mulier -osum aliquid aut prodigiosum enixa sit (*antea*: contra formam humani generis). AVG. c. Iulian. op. imperf. 1, 116 foeda atque -osa . . . corpora *nascentium* (*antea*: ut . . . nimia deformitate etiam monstra dicantur). BOETH. arithm. 1, 19 p. 40, 28 si quis multis super naturam manibus natus . . . vel quicquid unquam -uosum naturae in partium multiplicatione subripuit.

Ⓑ *varia liberiora*: SEN. epist. 101, 12 depraves licet *corpus,* dum -oso et detorto (*v. app. crit.*) temporis aliquid accedat. AVG. anim. 4, 18, 28 quam -osa evadat anima iuvenis sive senis, si eius brachium praecidatur infanti (*sc. si dicas animam formam suam de corpore accipere*). *adde*: TERT. adv. Val. 26 p. 202, 18 compositione -uosum *Soterem sc. simul corporalem et animalem.*

β de partibus corp. (*in imag. l. 81*): PS. QVINT. decl. 4, 20 nescio quem in me -uosi vultus horruere conspectum (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 3, 215 p. 295, 28 'virginei volucrum vultus *sc. Harpyiarum*': hoc non esse -uosum, si cetera convenirent). SOL. 30, 12 (*inde* ISID. orig. 11, 3, 18) -osae gentium *orientalium* facies. AVG. epist. 120, 14 -uosa *membra,* ubi palmus lumbis et pugillus plantis ambabus coniunctisque sit latior (*cf.* quant. anim. 19, 33 quae, cum praeter consuetudinem nimia sunt, -uosa nominantur). serm. 243, 8, 7 nihil indecorum erit *in paradiso* . . ., nihil discordans, nihil -uosum, nihil quod offendat aspectum (*antea*: multorum membrorum ibi usum non futurum).

γ de ipsis deformitatibus: AVG. civ. 7, 4 p. 279, 30 D. -osa deformitate turparunt *Romani Ianum bifrontem vel quadrifrontem* ([*cf. l. 70*]. 22, 19 p. 598, 17 d. humanorum corporum . . . raras atque -osas [*opp.* usitatas]). IVLIAN. in Iob 41, 3 (*de Leviathan*) illa -a corporis magnitudo. LVX. anth. 359, 5 nec -osum aliquid membris gerit *catula* . . . decoris. CAES. AREL. serm. 192, 1 p. 739, 6 hoc . . . voluerunt in *Iano bifronti* . . . esse praecipuum, quod est etiam in pecudibus -uosum (*cf. l. 65*).

b *incorporaliter* (*de hominibus; cf. de Phoenicis natura mira p. 1456, 63*): CIC. fin. 1, 61 *homines* difficiles, lucifugi, . . . -uosi ([*var. l.* -osi, *Lambinus* morosi]. GREG. ILIB. in cant. 2, 15 p. 162, 9 subdolos et -uosos). SVET. gramm. 15, 2 vita scriptisque -osum *Sallustium.* TERT. nat. 1, 8, 13 si tam -uosi *Christiani eqs.* SALV. eccl. 3, 77 nisi forte -uosa sit in te aliqua et discrepans ab humano genere natura, ut solus tibi penitus bene esse nolis *eqs.*

c *in imagine ap. Christianos de haereticis* (*in comparatione l. 7, cf. p. 1456, 17*): TERT. bapt. 1 p. 201, 15 illa -osissima *vipera.* CASSIAN. c. Nest. 1, 2, 1 -uosi seminis. 7, 1, 2 ad -uosum illud letiferi serpentis caput.

2 *rerum* (*aliter supra l. 25*): **a** *corporaliter* (*cf. p. 1454, 81*): PETRON. 69, 7 haec (*sc. cenae*) quidem tolerabilia erant, si non fericulum longe -osius effecisset *eqs.* MACR. Sat. 3, 17, 17 -uosae magnitudinis *margaritae.*

b *incorporaliter*: *α pertinet ad statum insolitum*: SEN. nat. 6, 28, 3 subitae continuaeque mortes et -uosa genera morborum ut ex novis orta causis. APVL. met. 7, 9, 2 -uosa morte. 10, 15, 5 -uosas asini delicias (*postea*: infandam memoratu hebetis iumenti gulam).

β pertinet imprimis ad statum nefandum: Ⓘ *usu vario*: SEN. epist. 95, 30 ista *scelera* quamdiu furtim et a singulis fiunt, minus noxia minusque -uosa sunt. PS. CYPR. spect. 5 p. 7, 10 sacrificiorum in ludis genera -uosa. SALV. gub. 7, 78 supra omnem . . . -uosi piaculi exsecrationem est scelus . . . admittere et pudorem . . . non habere. *de ipsa nequitia sim.*: PS. QVINT. decl. 19, 15 furiis -osae feritatis. FIRM. err. 12, 4 si qui -uoso cupiditatis ardore in paternae necis armatur exitium *eqs.* COMM. instr. 1, 4, 4 viscera natorum rabie -uosa sumebat *Saturnus.* OBSEQ. 68 -osa malignitate Antonii consulis. *tropice de homine nequam* (*cf. p. 1455, 73*): PANEG. 4, 33, 7 (*de Maxentio*) illa -osa labes (*antea*: dominatio feralis). Ⓘⓘ *de libidine perversa sim.*: SVET. Tib. 43, 1 -osi . . . concubitus repertores *sc. spintriae* (*cf. loc. seq.*). Cal. 16, 1 -osarum libidinum *spintriarum* (PORPH. Hor. epod. 5, 41/42 -osae l. concubitum *feminarum* ⟨cum⟩ feminis). APVL. met. 7, 22, 2 nuptiis. TERT. adv. Marc. 1, 29 p. 331, 16 incestam, sacrilegam atque -osam in masculos et in pecudes libidinum insaniam. ANTH. 108, 5 voluptas. PELAG. in II Cor. 12, 21 turpitudo (*respondet* PS. PRIMAS. *in l.* p. 583^{C} fornicatio). SALV. gub. 7, 94 impuritatibus -uosis *Afrorum sc. incestibus.*

γ pertinet imprimis ad statum a veritate alienum, discordem, inconcinnum: APVL. met. 5, 16, 1 de tam -uoso fatuae . . . mendacio *sc. incongrua narrantis.* TERT. adv. Marc. 3, 4 p. 380, 15 fidem -uosissimam . . ., qua ante crederetur Christum venisse quam sciretur fuisse (*cf.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 181, 13 -uosae doctrinae *Nestorii* [*gr. I 3 p. 68, 9 τερατώδους*]). nat. 1, 11, 1 -uosae superstitionis *credentium deum Christianorum caput asininum esse.* CENS. 4, 6 nescio an magis -uosas, certe non minus incredibiles . . . opiniones (AVG. gen. ad litt. 7, 11 p. 210, 25 falsas, noxias -osasque). PELAG. in I Tim. 4, 5 -uosa nescio quae praedicatio . . ., quae tam nubere quam abstinere prohibeat (*cf.* PS. PRIMAS. *in l.* p. 666^{C}). AVG. adult. coniug. 2, 4, 3 vide, quam sit absurdum, ut ideo non sit adulter, quia duxit adulteram, immo vero, quod est -osius, nec ipsa mulier erit adultera, quoniam *eqs.* (c. Cresc. 2, 12, 15 p. 373, 29 et, q. e. -uosius, ideo expiandum, quia inexpiabile). civ. 6, 1 p. 244, 12 D. quid hac absurditate -osius? (conf. 7, 12, 18 et q. est -osius quam ea dicere omni bono amisso facta meliora?). *de ipsa amentia*: CASSIAN. c. Nest. 1, 3, 2 factum est, ut in maiorem . . . ac -osiorem insaniam prorumpentes dicerent *eqs.* SALV. gub. 6, 26 Christo . . . (o amentia -uosa!) . . . circenses offerimus. *de magia*: CONSVLT. Zacch. 1, 18 p. 22, 29 sicut haec scientia -uosa solet, nocere noverant *Aegyptii,* succurrere nesciebant. -(u)osum est *c. inf. vel* ut: AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 6 sed hoc -osum est suspicari (*sim. c. inf.*: vera relig. 3, 5). soliloq. 2, 13, 23 -uosum . . . et a veritate alienissimum est, ut id . . . possit esse.

B *de eventu mirabili* (*casu inopinato*): **1** *ipso*: GELL. 17, 10, 19 (= MACR. Sat. 5, 17, 14) quod scopulos eructari et erigi . . . dixit *Vergilius,* hoc . . . nec umquam fando auditum et omnium, quae monstra dicuntur, -uosissimum est. TERT. anim. 26, 4 singulares conceptus et quidem -osiores, sterilis et virginis (*cf.* CASSIAN. c. Nest. 1, 1, 1 parturitio -uosa *Hydrae* [*antea*: novo inauditoque miraculo, fecunditas prodigiosa]). LACT. inst. 4, 15, 28 -uosa . . . miracula, quorum nec ratio nec tempus nec auctor designabatur (AMM. 31, 16, 6 [*antea*: novo neque ante viso . . . eventu]). ISID. orig. 11, 4, 1 -uosae hominum transformationes et commutationes. -uosum est *c. acc. c. inf.*: SERV. auct. Aen. 3, 46 misisse radices iacula mirum est, nisi -uosum sit. **2** *transfertur ad alia*: TERT. resurr. 13 p. 42, 7 (= PS. AMBR. trin. 34 p. 545^{A}) alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate -uosum *sc. Phoenicem.* PS. RVFIN. in Os. 7, 13/16 arcus dolosus, qui . . . fraude -uosa in ipsum, cuius manibus tendebatur, tela dirigeret.

II *cum notione monendi fere i. q. (mala) futura indicans* (*cf.* CASSIOD. in psalm. 105, 19 -uoso . . . indicio. GLOSS. IV 555, 2 portenta: -uosa signa): SOL. 1, 51 -uosa fecunditate portendens futurae calamitatis indicium *mulier uno partu quattuor geminos edens* (AVG. civ. 21, 14 p. 517, 15 D. nec . . . boni aliquid -osus risus ille *Zoroastris* portendit). MIRAC. Steph. 2, 2, 6 pavefacta Megetia horribili -uosoque visu . . . viri exhortatione firmatur . . . dicentis: *eqs.* ALC. AVIT. hom. 6 p. 109, 13 -uosum intellegebatur seu . . . immania bestiarum corda mansuefieri seu *eqs.* *de ipsa timiditate*: FIRM. math. 1, 4, 10 imperitos homines -uosa semper timiditate perturbat, cum Sol medio diei tempore Lunae radiis . . . impeditus . . . splendoris sui denegat lumina *eqs.*

-(u)osum est *v. l. 47. 59.*

neutr. pl. pro subst.: TERT. nat. 1, 2, 10 si . . . tam horrenda tamque -uosa de nobis deferuntur, utique erui debuerunt, ne incredibilia viderentur. RVFIN. hist. 3, 6, 20 -uosa narrare (*gr. τερατεύεσθαι*). *de vestimento*: ITALA deut. 22, 11 (Lugd.) non indueris -uosa, lanea et lino in ipso (*gr. κίβδηλον, Vulg.* vestimento, quod ex lana linoque contextum est).

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. **mōnstr(u)ōsē.** *i. q. modo monstruoso:* **a** *sine notione monendi:* *i. q. absurde, confuse*: CIC. fin. 2, 146 nihil tam praepostere, tam incondite, tam -uose cogitari potest, quod non possimus somniare. CONC.S I 5 p. 267, 5 varie -uoseque falseque contionatur (*opp.* recte). *i. q. nequiter*: ORAT. imp. Claud. (Berl. Urk. 611) 2, 7 -ose agentibus. **b** *cum notione monendi*: PORPH. Hor. carm. 1, 2, 14 (*de Tiberis inundatione*) quod . . . -ose factum dicit *Horatius*.

deriv.: monstr(u)ositas.

? **mōnstrus,** -ī *v. p. 1446, 34.*

mōnstruum, -ī *v. p. 1446, 29.*

1. montana, -ae *f. v. p. 1458, 63.* **2. montāna,** -ōrum *n. v. p. 1458, 30.* *?* **montāniculus** *v. p. 1459, 33.*

montāniōsus, -a, -um. [*a* montanus (*vel* *montaneus) *secundum* nemorosus *sim. J. B. H.*] [*francog.* montagneux, *hisp.* montañoso, *it.* montagnoso. *Rohlfs.*] *i. q. montanus*: GROM. p. 331, 20 si in -o loco fuerit *casa* (*opp.* in campaneis).

montānis, -e. *a* mons, *cf.* montanus *et* campestris (-ensis), nemorensis. *i. q. montanus*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 11 mus -is.

***montānus,** -a, -um. *a* mons; *'fort. ad instar vocis q. e.* paganus (*cf. l. 57*)' *Leumann in plagulis. de orig.*: PROB. inst. gramm. IV 73, 37 a monte montius et -us (GRAMM. suppl. 67, 17. *v. etiam* PROB. *l. c.* 74, 10). *litteris graecis* DIOSC. 3, 37 *et* 3, 45 *RV μοντάνα.* NOT. Tir. 42, 56 -us (*post* mons). *cf.* 87, 79. GLOSS. II 386, 51 *ὀρ⟨ε⟩ινός. inde a* LVCILIO, CIC., VARRONE, CAES. [*francog.* montain, *it.* montano (*fringilla*). *Rohlfs.*] [*e coni.*: VAL. FL. 7, 390 -a (*d'Orville, trad.* monstrata [*cf. p. 1442, 28*]) . . . numina. *interpr. incertae*: CIL II 459, 3 III 1601. IV 5380, 2 (*v. Väänänen, Le Latin vulg. des inscr. Pomp.² 97*). XII 3067. *var. l.* -tuan- (*cf.* montuosus): DIOSC. 3, 26 p. 389, 7.]

i. q. ad montes pertinens:

I *usu vario i. qui (quod) in montibus est, degit, nascitur sim.*: **A** *de animantibus*: **1** *de bestiis*: LVCIL. 1246 pascali pecore ac -o. OV. epist. 11, 90 lupis (ars 2, 364 trist. 3, 11, 12). ars 1, 305 armenta. fast. 2, 216 feras. SCRIB. LARG. 127 capreae -ae stercus (*per enallagen* PS. THEOD. PRISC. add. p. 290, 18 stercus caprinum -um *i. caprarum -arum*).

2 *de hominibus*: **a** *adi.* (*dub.* CIC. leg. agr. 2, 95): CAES. civ. 1, 57, 3 (*de Albicis*) homines asperi⌊et -i⌋ (⌊⌋ *om. N*) et exercitati in armis. CIL I² 1003 = VI 32455 (*s. I med. a. Chr.*) flamin(es) -i montis Oppi. LIV. 40, 41, 5 Ligurum. LVCAN. 7, 225 Cappadocum -a cohors. PLIN. nat. 6, 73 gentes (18, 178). 6, 118 Silices. IVV. 2, 74 vulgus. 6, 5 uxor. HIER. epist. 64, 5, 8 habitator.

b *subst.*: *α sing.* montānus, -ī *et* montāna, -ae: LVCIL. 56 qui ⟨di⟩ te, -e, malum! PS. AVG. alterc. p. 1135 (*loq. Synagoga ad Ecclesiam*) tu rustica, tu aliquando -a. *β plur.* montānī, -ōrum: Ⓘ *generatim*: CIC. Pis. 96 Dolopes finitimique -i. CAES. civ. 1, 39, 2 ex Aquitanis -isque, qui Galliam provinciam attingunt. 1, 58, 2 ad virtutem -orum. LIV. 9, 13, 7 campestria et maritima loca contempto cultorum molliore . . . genere ipsi -i atque agrestes depopulabantur *Samnites*. 21, 32, 8 apparuerunt inminentes tumulos insidentes -i. 34, 16, 8 ad devios -os. PLIN. nat. 6, 78 TAC. hist. 2, 12, 3 AMM. 19, 13, 1. *al.* Ⓘⓘ *speciatim de collegiis civium in collibus Septimontii habitantium* (*cf. Wissowa, Ges. Abh. z. röm. Rel.- und Stadtgeschichte 233 sqq.*): CIC. dom. 74 nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani aut -i (FEST. p. 340 ⟨mon⟩tani paganive. *cf.* VARRO ling. 6, 24 [*de die Septimontii*] feriae non populi sed -orum modo [*opp.* Paganalibus]). CIL I² 1003 = VI 32455 (*s. I med. a. Chr.*) de pequnia mont(anorum) montis Oppi (*cf. l. 41*).

3 *de deis*: OV. epist. 4, 171 Satyri -aque numina Panes (met. 6, 331 non . . . -um n. *sc. neque Naiades neque Faunus sim.* 8, 786 -i numinis unam . . . oreada. fast. 2, 307 [*de nymphis*]. CE 2037, 1). STAT. silv. 2, 2, 106 Panes (*cf. l. 61*). APVL. met. 5, 25, 3 Echo, -am deam. NEMES. ecl. 2, 55 o -a Pales, o pastoralis Apollo *eqs.*

I *vi activa, i. q. vis aut cupiditas mordendi, violandi, vellicandi sim.*: **A** *corporaliter* (*acced.* ad *p. 1483, 2*): **1** *herbarum, sc. spinosarum sim.*: PLIN. nat. 21, 91 quaedam spinosa foliata sunt, ut ...; his enim omnibus foliis inest aculeata -s (*cf. Theophr. hist. plant. 6, 1, 3 ἄκανθαν*). 21, 94 -s *urticae* non protinus cum ipsa herba gignitur nec nisi solibus roborata. **2** *rerum variarum gustu acri praedita-*

[Reichmann-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum (*v. et l. 22*): PLIN. nat. 21, 120 *iuncus Africanus est* vinosae -is ad linguam. TERT. paenit. 10, 10 pulveris alicuius -e cruciari (*inde* PACIAN. paraen. 8). PALLAD. 2, 15, 7 amygdala ... aqua, ita ut ne nimis, maceremus, ne germen extinguat ex multo melle -s (-dic- *var. l.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 165 decocto mediocriter melle ..., quo acrimonia et -e deposita medeatur *eqs.* (*Soran. gyn. 2, 53 τὸ δηκτικόν*). **3** *medici secantis, pungentis sim.*: PS. HIER. epist. 5, 3 p. 64B qui curandus est medentis -e non potest noceri. **4** *insectorum*: RVFIN. Orig. in exod. 4, 8 p. 180, 15 scinipharum -i similes calliditatis aculeos ..., libidinum ... morsus cynomiae spiculis similes.

B *incorporaliter, i. q. acerbitas* (*c. notione secundaria mordicus tenendi l. 14*): **1** *actionum, affectuum*: ZENO 1,2,9 affectibus omni ... tortore pietatis -e peioribus. PS. HIER. epist. 5, 4 p. 66A diversae -is languoribus subiacemus. 5, 8 p. 70C eos luxuria ferali -e in vinculis tenet. AVG. epist. 85, 1 salubrem -em caritatis. OP. imperf. in Matth. 42 p. 868 illibatam deo ... imaginem suam reddamus, ... non detractionis -e pestiferam. **2** *verborum, fere obiurgationum, vituperationum, irrisionum sim.*: ARNOB. nat. 2, 45 ut ... se omnes maledicerent, carperent et saevorum dentium -e laniarent. SCHOL. Hor. epist. 1, 12, 1 ut illic cupiditatem perstrinxit, ita hic parsimoniam laudat, tamen cum -e. 1, 15, 26 (*v. p. 1484, 26*). AVG. c. Parm. 3, 2, 8 nullum *collegam* ... nominatim appellans, sed ... saluberrimae -is inferens medicinam *Cyprianus* his verbis graviter arguit *eqs.* MACR. Sat. 2, 3, 4 nec ... fratri circa similem -em pepercit *M. Cicero* (*de eodem ibid.* 2, 3, 9. 12. 13). CASSIOD. inst. 1, 21, 1 *de epistulis Hieronymi*. PS. VARRO sent. 110 invidiae -s ... publicanda ...; id mordacius lima coaequet. VIRG. gramm. epit. 4 p. 18, 24 leporia est ars ... amoenitatem -emque (-dic- *var. l.*) in sua facie praeferens, mendacitatem tamen *eqs.*

II *vi mediopassiva, de animi -e, qui furore, ira sim. se ipse conficit*: CONC.S II 5 p. 81, 24 *Iudaei miracula Christi videntes* pro tantis beneficiis -e concussi et invidentes suae saluti *eqs.* CASSIOD. hist. 1, 12, 5 *Arius* eventum temporis non portavit, sed et -e compulsus litis quaerebat initium (*Theodoret. 1, 2, 9 οὐκ ἤνεγκε τοῦ φθόνου* [*χρόνου leg. Epiphan.*] *τὴν προσβολήν, ἀλλ' ὑπὸ τούτου νυττόμενος κτλ.*).

mordāciter *v. s.* mordax.

mordāgo, -inis *f. fort. a* mordere; *cf.* citrago, solago. *nomen herbae, quae alias* vesicalis, vesicaria, vesicago *vocatur*: GLOSS. III 582, 53 fisiadon vissigaria sive -o.

mordātrīx, -īcis *f. a* mordere, *quasi* *mordare *sit, ad evitandum femininum nominis q. e.* *morsor. *i. quae mordet, carpit sim.*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 19, 17 dialecta est -x omnium verborum, quae *eqs.*

***mordāx,** -cis *adi.* [*a* mordere, *cf.* pugnax *sim. J. B. H.*] *scrib.* -xs: CIL IV 5120 Glycera -xs (*supra imaginem navis; cf. p. 1484. 21*). *abbrev.* M *in versu iocoso parietibus inscripto teste* CIC. de orat. 2, 240 (*v. l. 62*). *comp.* -ior *inde a* PHAEDR. 4, 8, 1. *superl.* -issimus *inde a* SEN. contr. 7 praef. 8. NOT. Tir. 94, 53. *de notione*: GLOSS. II 269, 7 *δήκτης* -x. GLOSS.L II Philox. MO 42 -ior *δηκτικώτερος*. Corp. M 264 -ius clofae (*cf. p. 1484, 58*). *legitur inde a* PLAVTO, INSCR. (*v. l. 62*), VARRONE, HOR.

I *adi.*: **A** *vi activa i. q. mordens, affligens* (*acced. adv. l. 58. 68. p. 1484, 5. 10. 52; abl. rei l. 81. p. 1484, 52* [*cf.* cum *aliqua re: p. 1484, 49*]; *gen. obi. p. 1484, 32*; in *aliqua re p. 1484, 27; dat. personae l. 71; in paronomasia p. 1484, 37. 38*): **1** *corporaliter* (*transfertur ad qualitates l. 68. 81. p. 1484, 7. 8*): **a** *proprie de animantibus ore violantibus* (*pungentibus l. 66; de hominibus edacibus l. 62. 64*): PLAVT. Bacch. 1146 praeter eos agnos (*i. filios*) meus est istic clam -x canis ([*i. servus*]. AMM. 15, 3, 5). VARRO Men. 479 ecum -em, calcitronem (LABEO Gell. 4, 2, 5 equus -x aut calcitro. *cf.* APVL. met. 8, 25, 1 vervecem ... non asinum ... non -em nec calcitronem). CIC. de orat. 2, 240 (*in solutione inscriptionis* LLLMM) lacerat lacertum Largi -x Memmius (*sim. de hominibus edacibus*: CYPR. GALL. num. 358 cucumeres avido -es carpsimus haustu). PLIN. nat. 9, 132 clusiles -esque conchae (*cf. p. 1487, 15*). SIDON. carm. 15, 11 -x crinis *capitis Gorgonei*. CASSIOD. in psalm. 104, 311. 413 cynomyia ... ceteris muscis ... -ior est. *de partibus corporum*: PLIN. nat. 11, 201 venter ... aliis *animalibus* denticulatae asperitatis, aliis cancellatim -is. AVIAN. fab. 31, 3 -i confecit vulnera rostro *mus bovem laedens*.

b *translate de rebus corporeis quolibet modo infestantibus* (*in imag. de dente l. 75*): *α variis*: PLAVT. Truc. 352 num tibi ... ianua est -x mea, quo intro ire metuas ...? HOR. carm. 4, 6, 9 -i ... icta ferro pinus. OV. ars 1, 506 nec tua -i (*i. fricante*) pumice crura teras. CLAVD. DON. Aen. 12, 275 p. 586, 21 fibulae (SIDON. carm. 5, 18 pepli textus, quem fibula torto -x dente forat. *cf.* 2, 397 fibula -i ... vestes dente capit). PS. HIER. epist. 5, 8 p. 72A flagellis (5, 10 p. 74D). AVIAN. fab. 28, 2 -i subdere colla *iuvenci* iugo. SIDON. epist. 8, 6, 15 anchoras. SEDVL. carm. pasch. 4, 21 aerugo (*cf. op. pasch. 4, 2 p. 257, 3* aeruginis ... morsus). VEN. FORT. Mart. 4, 22 forceps (*cf. p. 1484, 58*). *al.* *de plantis*: OV. ars 2, 417 urticae (*cf.* PLIN. nat. 9, 146 *urticae marinae* vis pruritu -x. 16, 91 *folia* -ia sunt quibusdam ut urticis. 21, 92 *urticae* caule quoque -i). medic. 4 rubi. PLIN. nat. 17, 45 *genus margae* -issimum. 18, 61 arista *frumenti* -ior hordeo. *β de rebus gustu, odore sim. acribus*: OV. Pont. 3, 3, 106 tincta ... -i spicula felle (*cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363B fellis ... humorem asperum atque -em [*Migne gr. 44, 160A δακνώδη*]. *cf.* PRVD. cath. 10, 83 -x et amara medella). PERS. 1, 5, 86 Stoicus ... aurem -i lotus aceto (CYPR. GALL. num. 78). PLIN. nat. 15, 123 folia *myrti* ... siccantur in farinam, ad ulcerum remedia ... leniter -i pulvere (HIER. in Ier. 6, 7, 7 p. 374, 21 -issimo. in Gal. 4, 20 p. 387B -iori). 21, 15 *rosa* collyriis inseritur -i subtilitate. 22, 31 *urticae* amaritudo -x (*cf. p. 1483, 81*). 24, 143 semen dracunculi fervens -xque (*cf.* DIOSC. 2, 152 p. 237, 5 gustu -i; *gr. 2, 166, 1 ἐπιδάκνων τὴν γεῦσιν*). 25, 89 sucus croci -x (PS. APVL. herb. interp. 74 l. 32 -em sensim; *Diosc. 2, 180, 1 δηκτικὸς ποσῶς*). SER. SAMM. 64 sinapi. HIER. in Is. 1, 30, 1 p. 28, 21 nitri. PS. HIER. epist. 5, 3 p. 64B -bus adiumentis nocentium medelarum (*in imag. ut*: RVFIN. apol. Orig. 8 p. 602B necessariam ... austerioris ac -ioris medicamenti curam). PRVD. perist. 10, 260 acerbum caepe, -x allium. MARCELL. med. carm. 54 -x piper et laser algens. *al.* *n. pl. pro subst.*: AVG. in euang. Ioh. 18, 11 si qua -ia reparandae sanitati adhibentur (*ibid.* collyria -ia). CAEL. AVR. gyn. 2, 63 remotis acrioribus sive -bus, mitigativis ... medemur (*Soran. gyn. 3, 50, 3 πᾶν ... δηκτικόν*).

2 *incorporaliter i. q. invidiosus, cavillosus, quolibet modo sollicitans*: **a** *de hominibus* (*fort. i. q. pugnax sim.* CIL IV 5120 [*v. p. 1483, 45*]): HOR. sat. 1, 4, 93 si risi, quod ... pastillos Rufillus olet ..., lividus et -x videor tibi? epist. 1, 17, 18 -em Cynicum (*i. Diogenem*). SEN. contr. 7 praef. 8 contumelias ... Cestii, -issimi hominis. SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 77 -bus et maledicis hominibus. epist. 1, 15, 26 *Maenius* urbanus et -x; itaque dabant illi ... qui -em timebant (*cf. Hor. epist. 1, 15, 30* opprobria fingere saevus). SIDON. epist. 8, 11, 6 in satirica *materia* sollicitus et -x *orator*. *m. sg. pro subst.*: PHAEDR. 4, 8, 1 -iorem qui improbo dente adpetit.

b *de rebus*: *α de actionibus vel affectibus hominum*: HOR. carm. 1, 18, 4 sollicitudines. PHAEDR. 5 prol. 9 invidia (CYPR. zel. 10 p. 425, 17. HIER. epist. 45, 4, 1 o i. primum -x tui. DRAC. laud. dei 1, 464 [*antea*: livor edax]). LVCAN. 2, 681 Pompeius ... curis animum -bus angit (ANTH. 487a, 9 PS. ATHAN. ad mon. 2 p. 73C AVG. civ. 22, 22 p. 603, 29 D. conf. 7, 5, 7. *al.*). AVG. conf. 6, 7, 12 irrisione. c. Iulian. 4, 14, 68 -i voluptate carnali. serm. 353, 1, 1 quid est detractio nisi -ior quam verior reprehensio? POSSID. vita Aug. 24 rebus -bus ac molestis. CYPR. GALL. gen. 75 *anguis* livida -i volvens mendacia sensu (151). 848 certamine. BOETH. cons. 3, 7, 5 W. *filiorum* quam sit -x quaecumque condicio. *β de verbis (sententiis) detrectantibus*: OV. trist. 2, 563 non ego -i destrinxi carmine quemquam. MANIL. 5, 145 corda ... sale -i dulces quaerentia risus (SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 60 ['Bioneis sermonibus'] -issimis salibus). VAL. MAX. 1, 8 ext. 8 ineptae et -is opinationis *sophistarum*. PERS. 1, 107 teneras -i radere vero auriculas (*cf.* HIER. epist. 31, 1 quod ... in se habeat et ⌊-is aliquid⌋ veritatis [⌊⌋mordacitatis aliquid et *var. l.*]). QVINT. inst. 6, 3, 74 subicitur pro eo, quod neges, aliud -ius. ARNOB. nat. 1, 64 maledictis (*cf.* FIRM. math. 8, 7, 1 salsi sermonis -bus dictis [PRVD. psych. 349 CYPR. GALL. iud. 273]. IVL. RVF. rhet. 3 [*v. vol. III 995, 66*] dictio cum amoenitate -x). AMM. 20, 2, 1 susurros. *al.* PAVL. NOL. carm. 10, 263 satirae -is aceto (*cf.* SIDON. epist. 1, 11, 2 satiricorum). MACR. Sat. 1, 7, 2 *Euangelus erat* amarulenta dicacitate et lingua proterve -i ([linguae protervae mendacii *var. l.*]. SIDON. epist. 1, 2, 9 SEDVL. epist. 2 p. 172, 14). *al.* *tropice de dente* (*cf. p. 1483, 75*): PS. ATHAN. ad mon. 4 p. 75C -em malignis rumoribus dentem.

B *vi mediopassiva i. q. se conficiens, indignatus*: CYPR. GALL. exod. 1136 vatem deesse ... -i sub corde gemit *populus*.

II *subst.* -x, -cis *f. i. q. forceps* (*cf. p. 1483, 50. 79*): HIER. reg. Pachom. 82 nullus habeat separatim -em parvulam ('*leg.* pavulam' *Migne*) ad evellendas spinas, si forte calcaverit, ... pendetque in fenestra, in qua codices conlocantur.

adv. **mordāciter.** *compar. inde ab* OV., LACT., *pos. et superl. inde ab* AVG. [*falsa var. l. pro* mordicus: DON. *p. 1488, 51.*]

i. q. mordenter: **1** *vi corporali perlucente*: **a** *in censura librorum* -ius *i. q. durius*: OV. Pont. 1, 5, 19 incipiam lima -ius uti et sub iudicium singula verba vocem? (*cf.* PS. VARRO sent. 110 *v. p. 1483, 26*). **b** *in arte medica i. q. secando, urendo sim.*: AVG. serm. 357, 4 videte quam blandi sunt medici eis, quos etiam -r curant.

2 *vi incorporali*: **a** *i. q. acerbe* (*fere de reprehensione, irrisione*): LACT. inst. 5, 2, 12 eandem materiam -ius scripsit (HIER. epist. 61, 4, 4. *cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 5 haec describenda -ius). DON. Ter. Eun. praef. 1, 9 Terentius ... vitia ... paulo -ius ... carpit. AVG. bon. viduit. 15, 19 -issime reprehendendo (gen. c. Manich. 2, 7, 8 in psalm. 136, 12). MACR. Sat. 7, 3, 8 *Laberius in Ciceronem* ait ... -r: *eqs.* (*cf.* BOETH. cons. 2, 7, 20 W. ille nimium -r: *eqs.*). PRIMAS. in apoc. prol. p. 793D illudendum. PALLAD. hist. mon. I 22, 8 p. 303A vehementer ... atque -r ... instructus ac doctus (*gr. p. 104, 5 B. ὠφεληθεὶς ... καὶ στυφθεὶς ἱκανῶς*). VITAE patr. Iurens. 3, 14 p. 160, 14 succensenti. **b** *i. q. mordicus, firmiter*: AVG. epist. 28, 2 cum ... locutionum ... hebraearum viam ... -ius ... tenerent.

deriv.: mordacitas. *compos.*: submordax.

v. Onom.

***mordeo,** momordī, morsum, -ēre. [*cf. c. sanscr.* mardayati (mardati, mṛduāti) '*conterit*' *et c. gr. σμερδνός* '*horribilis*', *theod.* schmerzen,

[Reichmann-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliis significatione paulo seiunctis; v. Persson, Beitr. z. idg. Wortf. 215 et 945. J. B. H.] *scrib.* -red-: GLOSS.^{L} III Abol. MO 48. *de formis*: *III^{ae} coniugat.*: -it: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 49, 6 (*var. l.* -et). -unt: GLOSS. III 410, 44. -ant: ITALA Hab. 2, 7 (cod. 176). -atur: DIOSC. 2, 159 p. 241, 18. *perf.* (*de forma sollemni cf.* GELL. 6, 9, 1 poposci, -di *sim.* ... probabiliter dici videtur, atque ita nunc ferme doctiores hisce verbis utuntur [*quae seq. v. l. 9sqq.*]): mem- (*cf.* NON. p. 140, 19 mem- *sim.* ... in veteribus lecta sunt): *testatur* GELL. 6, 9, 2 *citatis* ENNIO *v. l. 40*, ATTA *v. l. 44*, NIGID. *v. l. 42*, LABER. *v. l. 47* (*deinde affert etiam Plaut. Aul. frg. 2* admemordit). 6, 9, 13 quoniam Graeci ... secundam verbi litteram in e plerumque vertunt ut *γράφω γέγραφα eqs., ubi affert* CIC. frg. inc. K 9 CAES. anal. frg *cf.* VERG. Aen. 11, 418 (*P*). momors-: ORIBAS. syn. 3 add. p. 916. *v. et l. 22.* *?* morm- (*cf. Banta, Abweichende ... Perfektbildungen 24*): SEDVL. carm. pasch. 3, 317 *unus cod., contra metrum; corr. man. alt.* *?* mordid- (*cf. Banta l. c.*): *singuli codd.* LEX Burg. lib. const. 18, 1 LEX Visig. 8, 4, 19. *sine redupl.*: mord-: GARG. MART. cur. boum 21 ORIBAS. eup. 3, 72, 1 syn. 8, 13, 1 La (mom- Aa, mors- Ab). *v. et l. 26.* mors- (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. MO 450 morsit non dicitur, sed momordit): PS. THEOD. PRISC. add. p. 282, 5 ORIBAS. eup. 3, 72, 1 (*bis*). syn. 3 add. p. 916, 61 (*ibid.*: momors-). *al.* VITA Adae 37. 44 GLOSS. III 410, 45. *v. et l. 26.* *part. perf. pass.* (*formam sollemnem testatur* PRISC. gramm. II 569, 10): -ditus: CASS. FEL. 68 p. 167, 3 (*def. Junel, Stud. 138 coniciens hanc formam usurpavisse auctorem, ut p. p. p. distingueret a nomine q. e.* morsus, *id quod statim sequitur*). NOT. Tir. 94, 50 -et (*var. l.* -it). 94, 51 morsit (*var. ll.* momordit, mordit). *de notione*: SYNON. Cic. p. 434, 35 vellit *eqs.* GLOSS. *δάκνω*. GLOSS.^{L} III Abol. MO 48 (*v. l. 2*) obloqui (*cf.* CASSIOD. in psalm. 43, 17 obloqui est ... doloso aliquem sermone -ere). *al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE, TER. [*it.* mórdere, *raet.* mórder, *francog.* mordre, *hisp.* morder. *Rohlfs.*] [*confunditur in codd. c.* mergere: HIER. epist. 43, 2, 2 (morsit *pro* mersit *restituit Buecheler* PRIAP. 65, 1). *c.* movere: IVLIAN. in Iob 36, 7 CASSIOD. hist. 11, 8, 2. *falso trad.*: SIL. 9, 266 -ens *pro* moriens. *loco corrupto*: NOVIVS Atell. 23 (morso *trad.*, moris est *Buecheler*).]

i. q. δάκνειν: **I** *corporaliter* (*saepe absolute i. q. mordacem esse, e. g. l. 41. 60. p. 1486, 21; cf. p. 1486, 40. 1487, 6sqq.*): **A** *strictiore sensu i. q. dentibus, ore sim. (cf. l. 48. 51. 55. 65. al.) rodere, laedere* (*-ent animantia, tam bestiae quam homines*): **1** *exempla selecta*: ENN. sat. 63 si me canis -erit (CIC. S. Rosc. 57 canes, qui et latrare et -ere possunt. SEN. epist. 76, 8 CVRT. 7, 4, 13. *al. cf. Otto, Sprichw. 70*). CATO agr. 102 si bovem ... serpens -erit (NIGID. Gell. 6, 9, 5 PLIN. nat. 8, 229. *al. cf.* LVCAN. 9, 738 dipsas. PLAC. med. 28, 1 rec. *β* qui a vipera percussi sunt vel -si. *al.*). ATTA com. 6 ursum se -isse autumat. CATVLL. 8, 18 quem basiabis, cui labella -bis? (*cf.* 68, 127 *columba* dicitur ... oscula -enti ... decerpere rostro). LABER. com. 28 (*loq. fort. piscis*) simul sub dentes mulieris veni, bis ter -it. VERG. Aen. 11, 418 procubuit moriens et humum ... ore -it (PLIN. nat. 8, 52 *leo. cf.* CLAVD. 26, 589 harenam [DRAC. Romul. 5, 284]. DRAC. Orest. 786 pallia ... dente -it *Clytaemnestra moribunda. sim. de luctatore victo* OV. met. 9, 61 harenas ore -i). TIB. 1, 3, 42 frenos ore -it equus (*cf. p. 1486, 34sqq.*). PROP. 3, 25, 4 ungue meam -so ... querere fidem (*cf.* SEN. dial. 3, 19, 3 tua *ipsius* ... labra [QVINT. inst. 11, 3, 81]. VVLG. prov. 16, 30 labia sua [*hebr.* qirez]). OV. met. 3, 69 *draco vulneratus* fixum ... hastile -it (*cf.* 5, 143 iaculum Clanis ore -it. STAT. Theb. 12, 746 ferrum). 13, 943 (*loq. Glaucus*) pabula decerpsi decerptaque dente -i. PHAEDR. 5, 3, 1 calvi -it musca ... caput (*item de insectis*: MART. 14, 83, 1 pulice. PS. RVFIN. in Os. 5, 11 p. 992^{B} tinea). PLIN. nat. 9, 145 *glanis* -et hamos nec devorat, sed esca spoliat. 11, 162 cum apri percutiant, feminae sues -ent. PRVD. perist. 10, 904 *dum medicus linguam exsecat*, numquam -it martyr aut os dentibus compressit. *al.* *-ent partes corporis* (*cf. l. 38. 46*): PLIN. nat. 11, 163 *dentem serpentis cuiusdam* resupinari, cum -erit (*nisi ipsa bestia pro subi. est*). VINDIC. med. 7 p. 212, 24 *prosacines* naves retinent opposito ore vel -ente.

2 *notabiliora quaedam:* *acced. obi. rei effectae*: PLAVT. Poen. 1074 *signum*, puero quod -it simia. *obi. indicatur per dat.*: CHIRON 507 si mus ... -erit equo. *pars corporis morsa indicatur per* in *c. abl.*: AVIAN. fab. apol. 31 taurum ... mus in aure -it.

B *latiore sensu i. q. quolibet modo affligere* (*secando, rodendo, lacerando sim.*): **1** *-ent res*: **a** *variae*: VARRO ling. 5, 135 dens *vomeris vocatur*, quod eo -etur terra (*cf. infra l. 81*). VERG. Aen. 12, 274 ad medium *corpus*, ... qua ... laterum iuncturas fibula -et (OV. met. 8, 318 -bat f. vestem. STAT. Theb. 7, 659. *al. cf.* OV. met. 14, 394 vestem ... -erat aurum). HOR. carm. 1, 31, 8 rura, quae Liris quieta -et aqua taciturnus amnis (*cf. 1, 22, 8* lambit *et* SEN. nat. 3, 25, 2 vis illi *aquae* est etiam dura -endi). CELS. 5, 26, 23^{D} quo ... plura loca iniectum vinculum -et (*cf.* 7, 4, 4^{B} quod ab eo *lino* -etur). 7, 5, 4 locus *ossis*, qui mucronem -at (*sc. ita ut eum mordicus teneat; cf. p. 1486, 3. 30*). PLIN. nat. 18, 171 *culter* sulcis vestigia praescribens incisuris, quas in arando -at vomer. SIL. 10, 117 prima -it tegmina *scuti* ... cornus. STAT. Theb. 9, 499 qua stagna subit radice *fraxinus* quibusque ... -bat humum. MART. 5, 80, 13 *libellum* censoria ... docti lima -erit Secundi. IREN. 3, 23, 5 *folium ficulneum* delectationem ... nullam praestat, -et autem et pungit corpus. SYMM. or. 2, 26 navigia *more pontis coniuncta* riparum extima -erunt. HIER. in Ezech. 8, 27 p. 248^{C} iuncturas ... tabularum mollius invicem se tenentium atque -entium. *al.* DRAC. Romul. 8, 249 ancora -et litus (ENNOD. carm. 1, 6, 16. 1, 7, 48). VEN. FORT. Mart. 1, 290 flamma ... Borinas -bat ... pinnas. *al.* *de rebus nimia vicinia se invicem quasi prementibus*: GROM. p. 325, 16 alia casa ea⟨m⟩ casam ... -et (327, 1). AVIEN. Arat. 530 (*describitur Deltotus*) gemini suprema iugi vicinia -et. 935 *zonae* mutua ... implexae sibimet consortia -ent (*cf. Manil. 1, 605* se secant).

b *speciales quaedam*: *α frigus, aestus sim.*: HOR. sat. 2, 6, 45 matutina parum cautos iam frigora -ent (AVSON. 332, 10 p. 25 P. -at autumnas frigus ... pruinas [autumna ... pruina *Heinsius, coni. alii alia*]. 361, 1 p. 409 [*v. app. crit.*]. *cf.* PLIN. nat. 17, 191 si saucias *vites* ... -at quaedam hiemis ruminatio). epist. 1, 8, 5 quia grando contuderit vites oleamque -erit aestus. MART. 8, 14, 2 ne ... -at ... tenerum fortior aura nemus. *β medicamenta vel res gustu, odore sim. acres*: SCRIB. LARG. 37 medicamento suffricatur ... ad delacrimationem et ubi desierit -ere ⌊medicamen⌋ *eqs.* (*del. Helmreich coll.* MARCELL. med. 8, 120. *cf.* PLIN. nat. 34, 113 vis *aeruginis* ... delacrimationibus -endo proficiens [*seq.*: donec rodere desinat]). 188 *aconiti gustus* -et ... stomachum et cor afficit (193). 230 *medicamentum mixtum* minus -et. PLIN. nat. 12, 97 *casia* lento tepore leniter -ens. 12, 119 *lignum balsami* -ens gustu fervensque in ore. 21, 32 *croci species* si ... relata ad ora leniter faciem oculosque -it. 23, 79 *omphacium* odoratum quodque non -at. *al.* HIER. epist. 64, 5, 2 *homo* vini austeritate -etur. *γ urina vesicam acriter premens*: PLIN. nat. 20, 161 urinae incontinentiam ..., iis vero quos acrior urina -at *eqs.*

2 *-ent homines, bestia* (*l. 37*): LABER. mim. 50 de ... patrimonio meo centum milia nummum -i. SEN. epist. 78, 29 hoc tene, hoc -e (*sc. ita ut id mordicus teneas*). SIL. 7, 68 nec ... bellatoris equi frenis ... -eris ora. PETRON. 140, 15 homines non caperentur, nisi spei aliquid -rent. ENNOD. opusc. 2, 12 p. 291, 10 adversus eos, qui ..., quaestionem rhetorica fibula -istis. *in usu proverbiali* (*cf. Otto, Sprichw. 146*): BRVT. Cic. fam. 11, 23, 2 si frenum -eris, peream si te omnes ... conantem loqui ferre potuerunt (*respondet* CIC. fam. 11, 24, 1 ut mones f. -i. SEN. dial. 9, 17, 11 [*in imag. de mente hominis*]. LVCAN. 6, 398. *al. cf. p. 1485, 51*). PLIN. nat. 29, 102 lapidem a cane -sum usque in proverbium discordiae venisse.

II *incorporaliter, vexantur animi, fama, studia, commoda sim. hominum* (*vigente saepe vi imaginis, e. g. l. 44. 48. 53. 57; absolute e. g. l. 43. 48. 53; acced. pron.* quid *pro obi. int. q. d. l. 75*): **A** *vi activa*: **1** *-ent homines* (*fort. huc pertinet* LVCIL. 1025 quanto blandior haec, tanto vehementius -et): TER. Eun. 411 invidere omnes mihi, -ere clanculum (*cf.* HOR. carm. 4, 3, 16 iam dente minus -or invido. PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 serpentinus livor -it invidia *primum hominem; cf. infra l. 73*). OV. Pont. 4, 14, 46 non -enda mihi turba fidelis *Tomitanorum* erat. SEN. contr. 10 praef. 8 adulescentis ... illos *Labieni* dentes ad -endum provocantis. HIER. epist. 43, 2, 2 -entes invicem consumimur ab invicem (in Gal. 2, 11 p. 340^{B} ut *oratores* ... ioculari se i. dente -rent. VVLG. Gal. 5, 15. *al.*). interpr. Iob praef. 3 nullus -ret, nemo reprehenderet. adv. Rufin. 2, 2 p. 425^{B} -etur et carpitur. *al.* PS. HIER. epist. 6 (= MAX. TAVR. epist. 2), 11 virtutes ... maluerunt detractione -ere. VVLG. Mich. 3, 5 *prophetae*, qui -ent dentibus suis et praedicant pacem. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 43 p. 619^{D} -ere vel laedere. Greg. Naz. orat. 1, 79, 2 quicumque potuerint ... acerbius obtrectare vel certe qui subtiliter et figuraliter -erint. AVG. c. Faust. 22, 64 p. 659, 13 dente maledico. serm. 19, 2 quaerunt ..., non quid corrigant, sed quid -ant. *al.* *reflexive*: GREG. M. past. 4 p. 125^{B} ut timoris laceratione se -at *praedicator*, ne ... intumescat.

2 *-ent res* (*fere ad hominem pertinentes*): TER. Eun. 445 par pro pari referto, quod eam *meretricem* -at. Ad. 807 si id te -et, sumptum filii quem faciunt *eqs.* CIC. Tusc. 3, 82 si paupertas -it, si ignominia pupugit. 4, 45 -eri ... conscientia (HIER. epist. 55, 2, 4 in Am. 2, 5 p. 1048^{B}. *al. cf.* GREG. M. moral. 11, 53 p. 977^{C} dente conscientiae). Att. 11, 7, 8 si qua sint in tuis litteris, quae me -ant (*cf.* 13, 12, 1 valde me -erunt epistulae tuae. OV. trist. 1, 1, 25 -bere dictis [PORPH. Hor. sat. 1, 10, 14 -ent dicta]. HIER. adv. Rufin. 1, 4 p. 400^{D} *libri. al.*). fam. 3, 12, 2 neque ... tristius dicere quidquam debeo de ea re ... neque non me tamen -et aliquid. HOR. epist. 1, 16, 38 -ar opprobriis falsis? OV. am. 2, 19, 43 -eat ista tuas ... cura medullas (STAT. silv. 3, 4, 72 curis -etur *Venus*. SYMM. epist. 10, 30, 2. *al.*). epist. 13, 30 pectora ... -it amor. met. 2, 806 dolore ... occulto -etur. trist. 4, 10, 124 nec ... livor iniquo ullum de nostris dente -it opus (*cf. supra l. 45*). SEN. Tro. 1011 lenius luctus lacrimaeque -ent *eqs.* epist. 66, 32 *vanus affectus* animum et diffundit et -et. *al.* PETRON. 44, 1 nemo curat, quid ('*i. quantum*' *Buecheler*) annona -et. QVINT. inst. 1, 3, 7 hunc -bit obiurgatio. FRONTO p. 194, 6 v. d. H. (= p. 204 N.) invidia ... a⟨d⟩ superstitem -ens adit. SYMM. epist. 1, 13, 4 nullo fascino felicitas publica -atur. *al.* *quid -at, indicatur per enunt. secundar.*: quod: CIC. Att. 6, 2, 8 -eri te interdum, q. non simul sis. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 49, 6. *acc. c. inf.*: CASSIOD. in psalm. 49, 15 l. 317 tribulatio ..., quando te alter affligit, non cum inimicum evasisse -eris.

B -eri *vi mediopass. i. q. indignari* (*indicatur causa per* ad *l. 84. cf. supra l. 59, v. et l. 79*): HIER. epist. 60, 10, 5 ut qui -bantur ad

[Reichmann-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aetatem eius, stuperent ad continentiam. HESYCH. in lev. 19, 17 p. 1029C non invidere operantibus ... nec -eri, quando alii ... glorificantur. CASSIOD. Ios. antiq. 10, 14 p. 301 Daniel ... invidiae apud ceteros crimine laborabat; -entur enim, qui quosdam ... plus quam se valere conspiciunt (*gr. 10, 250 βασκαίνουσι ... οἱ ... ἑτέρους ... βλέποντες*).

part. praes. **mordēns,** -entis. *i. q. mordax*: **1** *pro adi.* (*in litot. l. 10*): **a** *corporaliter: de bestiis* (*v. et p. 1485, 46. 65*): PLIN. nat. 23, 62 contra -ia venenata. ORIBAS. syn. 8, 13 La p. 221 signa -is canis ravidiosi (*gr. non respondet*). *de rebus v. p. 1486, 22 sq.; adde*: PLIN. nat. 22, 37 *urtica* mitissima et foliis non -bus (*cf. ibid. 21, 93* morsu carens). 27, 22 *alypon* -s ... vehementer. OP. imperf. in Matth. 8 p. 677 medicinam. **b** *incorporaliter*: IVV. 9, 10 conviva ioco -e facetus. ARATOR act. 1, 515 zelo. **2** *n. pl. pro subst.: de partibus acutis concharum*: PLIN. nat. 9, 132 *conchae aculeo exstimulatae* claudunt sese comprimuntque -ia (*cf. p. 1483, 64; vix de animalibus eas laesuris*). *de medicamentis*: CAEL. AVR. acut. 3, 17, 162 acria atque -ia.

adv. **mordenter.** *i. q. acerbe*: GREG. M. epist. 5, 15 p. 295, 13 irrisiones illas ... retinet; -r loquitur ..., de absentibus obloquitur.

p. p. p. neutr. pl. pro subst. **morsa,** -ōrum. *i. q. partes demorsae*: CATVLL. 64, 316 decerpens aequabat semper opus dens *Parcarum nentium* laneaque aridulis haerebant -a labellis. *i. q. morsūs*: GLOSS.L I Ansil. VV 48 vulnera -a apium sunt, quibus etiam quae percusserint moriuntur.

paronomasia -ere -entem: HIER. adv. Rufin. 3, 43 p. 490C SYMPH. 147 sq.

deriv.: mordax, mordex, mordico, 1. 2. mordicus, mordosus, morsico, morsio, morsura, morsus. *cf.* mordago, mordatrix.

compos.: ad-, com-, de-, ob-, prae-, re-, submordeo; immorsus.

mordex, -icis *m.* [*a* mordere, *cf.* mordicus; *v. Buecheler, Kl. Schr. III 46. J. B. H.*] *i. q. maxilla*: PLAVT. Aul. 234 asini me -bus (*teste* NON. p. 139, 32 [*v. p. 1488, 18*], *def. Buecheler l. c.*; mordicus *codd. Plaut.*) scindant, boves incursent cornibus. *cf. p. 1488, 54.*

***mordicātio,** -ōnis *f. a* mordicare. *graece resp. δῆξις, ubi nihil notatur. legitur ap. script. rei medicae infimae aetatis, saepissime ap.* CAEL. AVR. *et* ORIBAS. [*falso trad.*: ORIBAS. syn. 7, 43, 3 La ad -em; *coni. Bulhart, WSt. 67, 1954, 146* admordicationem *coll. gr. ἐπιδήξεως.*]

i. q. actio mordicandi vel status mordicati (pruritus sim.), fere de effectu medicamentorum sim. (*plur. e. g. l. 48. 51 sq.*): **1** *nude ponitur*: PLIN. VAL. 5, 9 cibos mitiores et sine -e (*Alex. Trall. II 27 P. ἀδήκτῳ*). CAEL. AVR. acut. 2, 18, 105 *utrum fluoris* meatio -em quandam faciat podici (chron. 3, 2, 32. *al. cf.* ORIBAS. syn. 4, 19, 1 La p. 22 arciotidas -em faciunt stomachum [*gr. δάκνουσι*]). 3, 3, 19 quae usque ad sensum veniunt -is. chron. 2, 1, 33 acopa, quae -e quadam corpus afficiant. 2, 11, 129 pruritus vel -o (ORIBAS. syn. 1, 19, 5 La p. 65, 26 Mø. odaxismus dicitur -o sive p.). 5, 3, 57 *urina* cum -e ferri solebat (*opp.* sine labore). 5, 10, 106 cum -bus ac doloribus repentinis (*cf.* diaet. pass. 118 ex -e cum dolore pungenti *eqs.*). gyn. 1, 152 *fetum* -e aut punctione vexetur (*Soran. 2, 39, 4 δάκνεται*). 2, 14 vehementia acrimoniae ac -is. *al.* ORIBAS. syn. 1, 17, 33 Aa p. 60, 23 Mø. aqua -es *ventris* delavat (*gr. δηγμούς. cf. ibid.* La -es in ventre. *al.* ALEX. TRALL. 1, 38. 96. *al.* PHILVM. med. 1 p. 110, 4 M. *al.*).

2 *c. gen.*: **a** *indicantur corpora vel corporum partes -e affectae*: VINDIC. med. 2 p. 209, 21 *veneri nimium deditis urinam facientibus* partium -o sequitur (CAEL. AVR. acut. 2, 30, 161 -o ... supradictarum partium *sc. stomachi et oris ventris. al.*). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 128 intestinorum (*cf.* chron. 3, 2, 18 interiorum). chron. 1, 6, 182 stomachi (CASS. FEL. 1 p. 9, 8 cum -em ⌊stomachi vel thoracis senserit⌋ [cum -e *g, ubi* ⌊⌋ *inclusa desunt*]. *cf. l. 57*). 4, 7, 95 -o tumentium. 5, 4, 76 qui -e quadam locorum ... tanguntur (diaet. pass. 92 loci). PHILAGR. (?) Oribas. syn. add. ad 1, 17 p. 61, 12 Mø. totius corporis. ORIBAS. syn. 6, 18 Aa p. 107 ventris. PHILVM. med. 1 p. 114, 10 M. cutis *eqs.* **b** *indicantur res, quae -em efficiunt*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 128 (*cf. l. 57 sq.*) inusta ... intestina melle atque ceterarum specierum -e. 3, 17, 156 ob acrimoniam fellis atque -em. chron. 2, 11, 127 acceptarum (-orum *trad.*) cibo vel potu acriorum materiarum -is affectio. gyn. 1, 151]. 1416 D. infantes vagiunt ... -e suarum egestionum ... lacessiti. ORIBAS. syn. 6, 7, 3 Aa ut ... ex agridine cutis vel vaporis -e⟨m⟩ in manu senciat. 6, 42, 3 Aa ex plenitudinem aut -em humorum.

? compos.: admordicatio (*v. l. 37*).

? **mordicātīvum,** -ī *n. a* mordicare. *i. q. vis mordicandi vel medicamentum mordicans*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 144 *Praxagoras ventrem hydropici laxaturus dat* potum ⌊repugnante -o⌋ (⌊⌋ repugnantem ordinat *Drabkin; praeced.* constrictiva, laxativa), dat enim acetum vel puscam vel his rursum contraria ut mulsam.

[**mordicitus** *adv. falsa var. l. pro* mordicus: SOL. 52, 41 (*cod. R*).]

mordico, -āvī, -ātum, -āre. [*a* mordere, *cf.* morsico, vellico *sim. J. B. H.*] *graece resp. δάκνω, quod infra non notatur. legitur ap. scriptores rei medic. infimae aetatis.* [*it. dial.* mordger. *M.-L.*]

1 *proprie i. q. dentibus violare sim.*: VEG. mulom. 2, 11, 1 *iumentum rabiosum* ilia sibi -ans rodit (*cf. Chiron 280* morsicis comedet. *Pelagon. 408* mordicus adpetierit. *v. et p. 1508, 19*).

2 *translate i. q. acri dolore afficere* (*de medicamentis sim.*): ORIBAS. syn. 2, 56, 45 p. 126, 2 Mø. *omphacium* -ans linguam. 7, 5, 2 Aa p. 136 *cutis* tarde cicatricem ducit -ando et sordidato vulnus (*La* comedentem). 8, 33, 1 p. 248 quando incipit -are *raphanus*. eup. 2, 1 K 1 Aa p. 446 *calaminthes* nimis calefacit et -at et rovorem inducit cuti (*gr. θερμὴ καὶ ξηρὰ σφοδρῶς*). ALEX. TRALL. 2, 171 -ando loca vel comedendo. RVF. podagr. 25 -ta intestina. *part. praes. pro adi. i. q. acer* (*aliter l. 25*): CAEL. AVR. acut. 2, 8, 34 est acerrimae atque -antis qualitatis *clyster*. 2, 33, 176 fervor -ans atque febrem designans (2, 33, 179). chron. 2, 1, 39 acriora ... vel -antia ... collyria. 2, 11, 128 materiae. ORIBAS. syn. 1, 25, 2 La p. 77, 12 Mø. calefactiones (*Aa* quae ... mordent, *gr. δακνώδεις*). 9, 43, 29 Aa p. 357 si -ans est humor (La -ans ... fuerit).

deriv.: mordicatio, mordicativum (*?*). *compos.*: e-, submordico.

? **mordicōsus,** -a, -um *v. s.* mordosus.

1. *mordicus *adv.* [*a* mordere; *v. Buecheler, Kl. Schr. III 45 sq. Wackernagel, IF 31, 1912, 269 = Kl. Schr. 1246. J. B. H.*] *de orig.*: GLOSS. V 644, 21 a mordendo. *de scriptura*: -os: OROS. hist. 5, 12, 2 (*L*). GLOSS. V 370, 48. *de notione*: NON. p. 139, 32 mordicibus et -s pro morsu, pro morsibus. SCHOL. Hor. sat. 1, 8, 27 pro -s, quod est morsibus, velut adverbialiter locutus ut radicitus. *inter adv. in* -us *desinentia habent* AVG. gramm. V 518, 40 PRISC. gramm. II 78, 9. GLOSS. *δάξ, ὀδάξ*. GLOSS.L I Ansil. MO 408 -s (-cis *trad.*) morsu gravi. *de usu*: CAPER gramm. VII 110, 14 -s recte (*vox falso usurpata non traditur*). *legitur inde a* NAEVIO, PLAVTO. [*hisp.* muérdago '*viscum*'. *Rohlfs.*] [*e coni. probab.*: THEOPHIL. ALEX. Hier. epist. 92, 2 p. 148, 7 (*trad.* modicus, *cf. l. 37*).]

i. q. mordendo: **1** *corporaliter*: **a** *proprie, sc. dentibus (aculeo l. 41) adhibitis*: NAEV. com. 43 utinam nasum abstulisset -s (CIC. ad Q. fr. 3, 4, 2. *cf.* PLAVT. Capt. 605 os denasabit tibi -s. Men. 195 si amabas, iam oportebat nasum abreptum -s). TVRPIL. com. 108 arripuit colubram -s. AFRAN. com. 39 vaha, retinet nunc linguam -s. LVCIL. 659 -s petere aurum e flamma ..., e caeno cibum (*proverbialiter ut*: PETRON. 43, 1 quadrantem de stercore -s tollere; *cf. Otto, Sprichw. 137*). CIC. nat. deor. 2, 124 *plataleam* premere ... capita *avium* -s. VARRO rust. 2, 7, 9 *equus aurigam* -s interfecit. HOR. sat. 1, 8, 27 divellere -s agnam (SCHOL. *v. l. 19*). COLVM. 7, 12, 14 *nervus caudae caninae* -s (*sic vel* modicus *dett.*, modice *SA*) comprehensus ([compressus *SA*]. PLIN. nat. 9, 96. *cf. ibidem* 8, 132 cauda -s adprehensa [11, 102. 32, 11]). SVET. Iul. 64 paludamentum -s trahens. APVL. met. 3, 6, 2 *latronem* pedibus meis -s inhaerentem. 3, 26, 2 feminam ... calcibus feriens et -s adpetens. 8, 23, 4. 9, 34, 3. *al.* AMM. 18, 7, 5 *culices* palpebrarum libramentis -s insidentes. RVFIN. Clement. 10, 16 labrum *suum* -s stringens. PALLAD. hist. mon. II 14 p. 368B -s tenens gladium in ore (*gr. p. 59, 7 B. δαχὼν ... ἐν τῷ στόματι*). *al.* **b** *hyperbolice, sc. manibus adhibitis*: PLAVT. Curc. 597 ut eum *anulum* eriperet, manum arripuit -s.

2 *incorporaliter*: **a** *i. q. firmiter*: CIC. rep. 1, 51 nomen illi principes optimatium -s tenent, re autem carent [eo nomine] (fin. 4, 78 verba. ac. 2, 51 perspicuitatem. AVG. c. Iulian. 5, 9, 35 dogma). **b** *i. q. acerbe*: DON. Ter. Eun. 491, 3 -s utrumque (*sc. dictum sim.*); simul et nescias, quem plus vituperaverit, huiusne famem an illius immanitatem *eqs.* (mordaciter *codd. dett.*).

? **2. mordicus,** -a, -um. *a* mordere. *i. q. mordax*: HYG. fab. 273, 11 *Glaucum* equi -i distraxerunt (*def. Buecheler, ALL 1, 1884, 105 = Kl. Schr. III 45*; mordicibus *M. Schmidt ad loc., cf.* mordex. *alii alia*).

[**mordifico** *falso trad. pro* mollifico, *v. p. 1365, 51.*]

mordōsus, -a, -um. *a* mordere, *cf. Ernout, Adj. en -osus 76.* GLOSS. II 269, 8 *δηκτικός* -us (mordicosus *Goetz dubitanter in Thes. gloss.*).

mordris, -is *et* **mordrida,** -ae *f.* (-tri- *? v. l. 62; acc.* -em *v. l. 63*). *vox germanica legis Salicae, cf. theod.* mord. *i. q. celatio caedis* (*ni fallimur; cf. s. v.* morter): LEX Sal. Merov. caus. 8, 1 p. 462 E. si quis hominem ... occiserit et in -dridam (-tri- *trad.*) mittitur, soledos MDCCC *eqs.* (8, 2 in -drem miserit [8, 4. 5. 6. 7]). 8, 3 si quis femina ... et occisa fuerit et -drida fuerit (*vix part. perf. pass. verbi cuiusdam alias ignoti*).

mōrē *v. s.* 2. morus.

morea⟨...⟩ *sensus incerti in inscr. mutilata* CIL IV 5255, 4.

1. mōrella, -ae *f. a μώριος* (*cf. Strodach, Latin Deminutives 78, 33*), *v. et p. 1492, 5. scrib.* maur-: GLOSS. III 592, 52. *al.* (au *supra* o: 626, 29). [*it.* morello, *francog.* morelle. *M.-L.*]

nomen herbae, quae gr. στρύχνος vocatur: Ps. DIOSC. Vind. 4, 70 p. 228, 7 (*cod. N in marg.*) -a strichnos melas cepaios. *v. et s. vv.* ficarius (*vol. VI 1, 646, 8*), glandolaria (*vol. VI 2, 2030, 56*), millemorbia (*supra p. 983, 43. 45*).

2. morella, -ae *f. theod. vet.* morhel(a) *Althochdeutsche Glossen Steinmeyer-Sievers 3, 483, 39. scrib.* maur-: GLOSS. III 595, 36. *nomen herbae q. d. pastinaca sativa L. vel daucus carota L.* (*cf. Fischer, Mittelalterl. Pflanzenkunde 214. 277*): GLOSS. III 595, 36 scumaria -a (629, 35 *accedit*: aquatica). 630, 40 uva lupina idest faunus idest -a, in stercore nascitur.

morēna *v. s.* muraena.

morētārius, -a, -um. *ab* 1. moretum. *i. q. ad moretum conficiendum aptus*: APIC. 6, 224 condimenta -a (*var. l.* -rt-. 10, 470 *trad.* -rt-). *n. pl. pro subst. i. q. condimenta ad moretum necessa-*

[Reichmann-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ria: APIC. 1, 36 -a (*var. l.* -rt-): mentam, . . . omnia viridia *eqs.*

1. morētum, -ī *n. dub. orig., v. Walde-Hofmann s. v.* GLOSS.^{L} II Philox. MO 45 -um τρίμμα (*cf.* GLOSS. II 468, 23 ὑπότριμμα -um [*corr. ex* amoretum]). GLOSS. III 315, 17 μορητον vibecum (*i.* vivitum).

i. q. intritum quoddam ex herbis confectum additis oleo et caseo (*in tit. carminum*: SVEIVS carm. frg. 1 [*sec.* MACR. Sat. 3, 18, 11 in idyllio, quod inscribitur -um, loquitur de hortulano faciente -um]. MORET.): MORET. 116 in . . . globum distantia contrahit unum, constet ut effecti species nomenque -i. OV. fast. 4, 367 non pudet herbarum . . . posuisse -um in dominae (*i. Magnae Matris*) mensis (*seq.*: cognoscat priscos ut dea prisca cibos). COLVM. 12, 59 tit. (*S solus*) quemadmodum -um facias (*cf. p. 1516, 39*). PLIN. med. 2, 10 ruta cum casia teritur in vino ⌊in modum -i⌋ et ita editur (*item fere* PLIN. VAL. 2, 28; ⌊⌋ *desunt Plin. nat. 20, 140*).

deriv.: moretarius.

2. mōrētum, -ī *n. a* morum, *cf.* olivetum, vinetum *sim. i. q. locus moris consitus*: GLOSS. II 526, 51 -um συκαμ⟨ι⟩νεών.

morganegyba, -ae *f. de var. scripturis v. app. crit. loc. cit. vox german., cf. theod.* morgengabe, *i. q. donum nuptiarum mane coniugi a marito datum*: GREG. TVR. Franc. 9, 20 p. 376, 18 (*in exemplari pactionis a. 587*) tam in dote quam in -a, hoc est matutinale donum. LEX Burg. lib. const. 42, 2. *Reichmann-B.*

1. VARRO frg. Non. p. 544, 5 tinas ponebant id est **mori** (oris *edd.*) longi cum operculo (*def. F. Marx, RhM. 78, 1929, 335 sq. de specie quadam vasorum cogitans*).

2. lacus **mori** TAB. Peut. 9, 4 (*cf. L. Miller, Itin. Roman. 858*).

1. moria *v. s.* memoria. **2. moria** *v. s.* muria. *B.*

***moribundus,** -a, -um. *a* mori. *de formatione*: SERV. gramm. IV 441, 18 *non est participium* (*item* POMP. gramm. V 257, 12 sqq.). CLEDON. gramm. V 58, 1 est participale. *deest comparatio. de notione*: DIOM. gramm. I 403, 2 licet mortem non sit subiturus, nihilo minus similis morituro. SERV. Aen. 10, 341 non vere *moriturus*, sed similis morienti (PRISC. gramm. II 137, 18 in 'bundus' . . . desinentia similitudinem habere significant, ut *eqs. al.* ISID. orig. 10, 181 morientis similis). GLOSS. τεθνηξόμενος. similis mortuo. -a: velociter moritura. *legitur inde a* PLAVTO, MATIO (carm.), CIC.

I *i. q. moriturus*: **A** *strictius*: **1** *usu sollemni de eis, qui iamiam morituri sunt*: **a** *de totis animantibus*: **α** *de hominibus, bestiis* (*anima l. 50*): PLAVT. Bacch. 192 si illa inventa est, quam amat, recte valet; si non inventa est, minus valet -usque est (*item de amante*: VERG. Aen. 4, 323 cui me *Didonem* -am deseris?). CIC. Sest. 85 iacentem -umque vidistis. LVCR. 3, 232 -os deserit aura (*pro subst. de hominibus ut*: VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 -o similis [CVRT. 9, 5, 10]. CVRT. 9, 5, 28 velut . . . -us. TERT. anim. 13, 2). 3, 542 lumina qui linquunt -i particulatim. 3, 1033 animam -o corpore fudit (STAT. Theb. 7, 760 corpora. APVL. apol. 50 -o c., cessante animo cadunt *epileptici*. AVG. civ. 13, 17 p. 579, 5 D. *al.*). VERG. georg. 3, 488 hostia. Aen. 5, 374 *Dares Buten* perculit et . . . -um extendit harena (*inde* OV. met. 10, 716 *de Adone*). 10, 590 OV. met. 6, 291. 7, 851 *Procris* viribus . . . carens et iam -a. trist. 4, 5, 3 ab alloquiis *sodalis* anima haec -a revixit. LIV. 1, 41, 1 Tarquinium. 1, 58, 11. 2, 6, 9. *al.* CVRT. 6, 1, 15 Agis. 9, 1, 33 *canis*. LVCAN. 6, 86 *equus*. VAL. FL. 5, 175 *aquila*. SIL. 17, 302 *Appium* -um perculit hasta (*per prolepsin*). HOMER. 371 STAT. Theb. 2, 457 TAC. ann. 6, 40, 1 CE 1225, 5. *al.* **β** *de herbis sim.*: PS. QVINT. decl. 12, 4 p. 221, 6 perustis . . . sole herbis -a seges palluit. DRAC. laud. dei 2, 382 cum -a fretis *diluvii* silvestria cuncta natarent.

b *de partibus corporum humanorum* (*de voce l. 64*): MAT. carm. frg. 6 herbam -o contigit ore (PROP. 3, 7, 56 ora. STAT. Theb. 9, 349). LVCR. 3, 129 artus (SIL. 2, 147 FLOR. epit. 1, 23, 2. *al. cf.* SEN. Phaedr. 1097 membra [STAT. Theb. 2, 630. *al.*]). 3, 653 pes. VERG. Aen. 10, 341 dextera . . . ex umero . . . -a pependit (SIL. 4, 210. *cf.* SIL. 10, 199 manus [FLOR. epit. 4, 2, 72]). OV. met. 5, 84 humum -o vertice pulsat (HOMER. 376, *ubi* -us v. p. *trad.*). 12, 118 pectore. STAT. Theb. 8, 642 *Atys vulneratus Ismenen vocabat*, namque hoc solum -a precatur vox generi (*aliter l. 81*).

2 *usu maxime Christianorum* (*post* VERG. *et* APVL.) *proprio de hominibus omnino morti destinatis, caducis sim.* (*de vita l. 76*): VERG. Aen. 6, 732 *est* caelestis origo seminibus *animantium*, quantum non noxia corpora tardant terrenique hebetant artus -aque membra ([*explicat locum* AVG. civ. 14, 5 p. 12, 21 D. *al.*]. APVL. Socr. 4 p. 126 immortalis animis, -us membris. PROSP. epigr. 102, 1. *al.*). ARNOB. nat. 3, 15 -i et caduci animantis liniamenta diis dare. PRVD. cath. 10, 3 vivum simul ac -um hominem. c. Symm. 2, 136 (*per enallagen*) -us et aeger corporis ac vitae volucris . . . usus. AVG. anim. 2, 4, 8 p. 432, 12 carnis. civ. 21, 12 p. 514, 6 D. infirmitate -orum sensuum. quaest. hept. 4, 33 p. 345, 20 huius -ae vel morticinae vitae.

B *latius, sc. hyperbolice, de rebus humanis*: **1** *? de oppido languente seu ob incolarum mores seu ob situm importunum seu ob aëris intemperiem* (*locus vix plane explicari potest, dissentiunt inter se viri docti*): CATVLL. 81, 3 iste tuus -a ab sede Pisauri hospes inaurata pallidior statua. **2** *de voce humana, quae metu deficit* (*aliter l. 64*): AMM. 26, 6, 18 pauca . . . interrupta et -a voce dicere . . . exorsus.

? **II** *usu singulari ap. versificatorem quendam carminis sepulcralis i. q. mortuus*: CE 1198, 1 qui legis has pueri -as perlege voces (*per enallagen; sequuntur versus pueri quasi ex orco parentes adloquentis; cf. Buecheler ad l. et p. 1495, 79*).

moriēns *v. p. 1495, 73.*

morifico, -āre. *ab* 1. mora *et* facere. *i. q. moram facere, retardare*: GLOSS. IV 366, 14 -ando (more-, mortificando *var. ll.*) moram faciendo (V 604, 10). *Lumpe.*

mōrigeranter *v. l. 47.*

mōrigerātio, -ōnis *f. a* morigerari. *i. q. actio morigerandi*: AFRAN. com. 380 aetas et corpus tenerum et -o (morigeneratio *var. l.*), haec sunt venena formosarum mulierum (*cf. Menand. frg. 571 K.* εὐγνώμων τρόπος). *fort. ad hunc locum, si sanum*: GLOSS.^{L} I Ansil. MO 429 -o vitiositas.

mōrigerātor, -ōris *m. a* morigerari. GLOSS. II 330, 43 ἰδιογνώμων. 330, 45 ἰδιότροπος.

mōrigerātus *v. l. 49.* **mōrigerē** *v. p. 1491, 34.*

mōrigero(r), -ātus sum, -ārī. *a* morigerus. *formae generis verbi activi exstant*: PLAVT. (*l. 27, metri gr.*), ITALA (*l. 37*), ORIG. (*l. 43*). GLOSS. II 409, 53 πληροφορῶ -o satisfac[t]io. GLOSS.^{L} III Abstr. MO 24 -are mores portare (pati *coni. dub. Lindsay*) ⌊vel mores facere⌋ (⌊⌋ *om. pars codd.*). *v. et l. 23. ap.* PLAVT., TER., CIC. *et inde a* SVET., ITALA. [*e coni.*: PLAVT. Stich. 742 -bor *Ritschl, prob. Lindsay* (morem vobis geram *trad. invito metro*). AMM. 14, 1, 6 (*v. infra l. 47*). CANON. Turner II 1 p. 30 IX pro alia quae ⌊festinat -are⌋ *Turner* (festinantur migrare *trad., gr. Mansi 2 p. 452C* διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν).]

1 *i. q. morem gerere, obsequi*: **a** *subi. homines: vario usu*: PLAVT. Amph. 981 (*loq. Iuppiter*:) dum cum hac usuraria uxore nunc mihi -o. Capt. 198 servitus si evenit, ei vos -ari mos bonust. TER. Ad. 218 si nunc de tuo iure concessisses paululum atque adulescenti esses -tus. *in re veneria*: SVET. Tib. 44, 2 tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore -atur. *in coniugio*: FIRM. math. 3, 6, 13 quibus uxores -entur (-untur *var. l.*). AMBR. Abr. 1, 4, 26 p. 520, 13 improvidum et levem maritum, qui -ari nesciat. HEGES. 1, 36, 1 p. 70, 26 videns mulier -ari sibi maritum. **b** *subi. actio humana*: CIC. orat. 159 voluptati . . . aurium -ari debet oratio.

2 *i. q. tolerare* (*cf. l. 19; subi. deus Christianorum; usus interpretis Origenis proprius esse vid., sec. gr.* τροποφορεῖν τινα): ITALA deut. 1, 31 (Orig. in Matth. 17, 17 p. 635, 26) -vit te dominus . . . quemadmodum si pater -et filium suum (*gr.* ἐτροποφόρησέ σε . . ., τροποφορῆσαι . . . τὸν υἱόν, *Vulg.* portavit te . . ., gestare . . . filium suum; *mediopassivae formae exstant* ORIG. in Matth. 17, 6 p. 594, 18. 20 *in interpretando eodem Italae loco*). ORIG. in Matth. 17, 18 p. 637, 36 multa in eo *deo* secundum passibilem naturam humanam esse dicuntur *ut ira*, non quia ipse passibilis est , sed qui -at passibilem naturam hominum.

? **3** *i. q. curare, c. abl. instr.*: THEOD. PRISC. eup. faen. 23 paregoricis . . . adiutoriis sic -andum (*B Gel.*, ĭminendum *br; an* illinendum*?*) erit, ut . . . cataplasmentur *parotides.*

[*adv.* **mōrigeranter** AMM. 14, 1, 6 *coni. Bentley, Kiessling pro* peragranter.]

part. perf. pro adi. **mōrigerātus,** -a, -um. [*e coni.*: TERT. nat. 2, 13, 20 (*trad.* morata).] *i. q. moratus, moribus praeditus*: ITALA prov. 11, 22 (Op. imperf. in Matth. 45 p. 888) mulieris male -ae species (*gr.* κακόφρονι, *Vulg.* mulier . . . fatua). *inde pendet* OP. imperf. in Matth. *l. c. uxorem* bene -am. *pro subst. i. q. femina morata*: OP. *ibid.* 32 p. 802 vir meretricem quidem dimittat, alias autem male -am castiget et teneat.

deriv.: morigeratio, morigerator. *cf.* morem gerere.

***mōrigerus,** -a, -um. *cf. c.* morem gerere, *v. etiam l. 74. scrib.* mur- AMM. 16, 11, 1 *V.* murg- GLOSS. V 537, 19. *nom. sg. semper* -us. *pro compar. add.* magis QVEROL. p. 12, 10 R. *cf.* minus *p. 1491, 8*, nimis *l. 68. de notione*: NON. p. 433, 26 *v. p. 1476, 2.* SYNON. Cic. p. 437, 10 obsequens . . . morem gerens. GLOSS. πειθήνιος (*cf. l. 83*). καταθύμιος. moribus concordans. -i: oboedientes moribus. *apud* NAEV., PLAVT., TER., AFRAN., LVCR., *postea inde a saec. II.* [*dub.*: GLOSS. V 118, 11 -a: mores componet.]

i. q. morem gerens, obsequens: **1** *de hominibus* (*cui quis obsequatur, indicatur fere per dat., subaudiendum e. g. l. 77. 81. 84*; in *aliqua re l. 76*, ad *aliquid p. 1491, 7 [cf. p. 1491. 28]; paronomasia l. 74. 75, homoeoprophoron l. 76. 77*): **a** *generatim*: NAEV. com. 91 numquam quisquam amico amanti amica nimis fiet fidelis nec nimis erit ⌊-a et⌋ nota (⌊⌋ moriger et *trad.*, -e morata *Buecheler*). PLAVT. Amph. 842 tibi *marito* -a . . . ut . . . sim (IVL. VAL. 1, 15 p. 25, 22 [*Hist. Alex. M. I p. 22, 10 Kr.* ὑποτάσσεσθαι]. *cf.* PLAVT. Cist. 175 [*per iocum de coniuge mortua*] facta -a est viro [FIRM. math. 3, 6, 12 SALV. epist. 4, 11]. *cf. l. 79*). 1004 meo me *Mercurium* aequomst -um *esse* patri, eius studio servire addecet. Cist. 84 gessit morem oranti -ae (-e *pars codd. defic. A*) mihi. Curc. 169 male mi -u's, tace (Epid. 607. Pseud. 208 [*v. app. crit.*]). Men. 202 una vivis meis -a moribus. Most. 398. TER. Andr. 294 in rebus omnibus. AFRAN. com. 372 dum ⟨me⟩ -am, dum morosam praebeo. CALP. decl. 24 p. 22, 7 quam -um sibi filium senex . . . formarit *eqs.* FIRM. math. 3, 6, 9 uxores (3, 6, 12. *al.* AVSON. 161, 3 p. 30 P. *cf.* ZENO 1, 5, 8 coniunx [PAVL. NOL. carm. 4, 17]). AMM. 16, 11, 1 eum . . . secutus, ut ductorem -us (-um *trad.*) miles (19, 11, 10. 24, 3, 8 regibilem . . . et -um. 28, 2, 4. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 5 p. 778 quod sunt -i [*gr. 5, 121* διὰ τὸ πειθήνιον]. 7, 19 p. 829 [*gr. 7, 7* πειθαρχίας]). 26, 4, 3 in modum apparitoris. *al.* Ps. ORIG. in Iob 2 p. 462D -um atque devo-

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum. *al.* *m. pro subst.*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 3, 1 p. 706 cum -is et nutu rectoris omnia facientibus erant dimicaturi *Iudaei*. Ven. Fort. carm. 5, 5 praef. 2 obsequella -i, servitute devoti. **b** *speciatim in re veneria*: Plavt. Capt. 966 ut vis fiat. : : bene -us fuit puer, nunc non decet. Cas. 463 ut tibi -us hodie, ut voluptati fui. 897 quid agit Casina ? satin -a est ? : : pudet dicere. Apvl. apol. 74 emasculatoribus suis ad omnia infanda -us. *pro subst.*: Apvl. met. 2, 5, 7 minus -os et viles fastidio in saxa . . . reformat *Pamphile*.

2 *de bestiis*: Ivl. Val. 1, 9 p. 20, 4 effrenem . . . eum *equum*, sed -um . . . imperiosis motibus aurigabundus . . . Alexander circumducit (Amm. 17, 12, 3). Clavd. carm. min. 18, 1 -as Rhodani . . . alumnas (*sc. mulas Gallicas*). Cassiod. var. 4, 1, 4 beluas (*i. domitas*).

3 *de rebus*: **a** *humanis* (*fere divinis l. 16; acced. dat. rei l. 19. 23. 27*, in *aliquem l. 26*): Lvcr. 4, 1281 *facit* suis . . . femina factis -isque modis (*Pont.*, moris *codd.*), *ut ametur*. Tert. patient. 4 p. 5, 8 obsequii . . . disciplina -a subiectio est (Ps. Arnob. confl. 1, 11 p. 257^{C} *de filio dei. cf.* Novatian. trin. 31 p. 120, 18 F. oboedientia. Cassian. conl. 18, 14, 3 obsequiis). Paneg. 4, 35, 3 populi . . . Romani vis . . . et magnitudo . . . -am se non terrori eius *principis* praebeat, sed benignitati. Ivl. Val. 1, 9 p. 19, 25 ut diceres adloquia illa (*sc. equi*) ad dominum esse -a, non equi fremitum saevientis. Ambr. Noe 18, 65 p. 460, 19 communis . . . quaedam est bonitas sapientiae . . ., ita ut quas *naturas* -as sibi cernit adsociet. 22, 78 p. 469, 21 virtus iusti. in psalm. 47, 5, 2 -a . . . societate iungatur *vir cum muliere*. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 3, 17 p. 731 nos *Romanos* . . . virtus regit et -a voluntas (*gr. 3, 479 εὐπειθεια*). Avg. conf. 9, 12, 33 conversationem . . . eius *matris* . . . sancte in nos blandam atque -am. epist. 263, 2 p. 632, 17 -o, pio et officioso . . . affectu. **b** *manu factis vel naturalibus* (*sc. quasi animatis*; ad *aliquid l. 30. 31; cf. p. 1490, 66*): Plavt. Curc. 157 tandem . . . mihi -i pessuli fiunt. Lvcr. 5, 80 *sidera* -a ad fruges augendas atque animantis. Apvl. apol. 14 *imago speculo relata* mobilis et ad omnem nutum hominis sui -a. Chalc. comm. 270 silvam (*i. materiam*) ei *mundo* -am parentemque.

adv. **mōrigerē.** *i. q. oboedienter* (*v. et p. 1490, 69. 74*): Favst. Aug. c. Faust. 19, 1 p. 497, 4 patienter ac -e mandatorum subire iugum.

deriv.: morigero(r).

[**morimal** *vox hebr. corrupta, v. vol. V 2, 408, 20.*]

morina *v. s.* muraena. **morinum** *v.* 1. murrhinus. *B.*

1. morio *v.* morior *p. 1492, 49.*

2. morio *v. s.* mormorion.

? **3. mōrio** *v.* 3. morion *p. 1492, 10.*

i. q. mulieribus deditus: CIC. Cael. 66 -a manus ista (*i. caterva Clodiae dedita. cf. 67* fortis viros ab imperatrice ... conlocatos). TREB. trig. tyr. 6, 7 libido et cupiditas -ae voluptatis. GLOSS. *v. p. 1576, 59.* *m. pro subst.*: CAPITOL. Alb. 11, 7 -us inter primos amatores.

cf. muliebriarius, muliercularius.

***muliercula,** -ae *f.* [*a* mulier *deminutive. J. B. H.*] GLOSS. *γυναικάριον* (*v. et p. 1576, 21. al.*). *cf. γύναιον* PALLAD. hist. mon. I 23 p. 304^{D} (*gr. p. 108, 3 B.*). *legitur in poesi ap.* PLAVT., TER. (*l. 48. 50*) *et singulis locis ap.* TVRPIL. (*l. 51*), LVCIL. (*l. 76*), LVCR. (*l. 59*), HOR. (*l. 65*), PRVD. (*l. 55*); *in serm. ped. inde a* CIC. [*dub. trad.*: CIC. Flacc. 74 proscriptiones cum -is (*sic corrector cod. b*, mulieribus *cet. codd., del. Clark*).]

i. q. mulier parva, miseranda (cf. l. 46), contempta necnon familiaris, fere c. blandi·ndi notione (*de hominibus, vix de bestiis, v. infra l. 62*): **1** *de ipsis feminis*: **a** *amatricibus, adulteris, meretricibus sim.* (*cum pron. poss. l. 59*): PLAVT. Cist. 131 is amore misere hanc deperit -am (*cf.* LIV. 27, 15, 9 deperibat amore -ae). 306 -am exornatulam. Epid. 620 quis haec est -a? Pseud. 675 ut lenoni surriperem -am. Rud. 52 quae eius (*sc. lenonis*) erant -ae. 128. 162 -as video sedentes in scapha solas duas; ut adflictantur miserae! 320 -as duas ... satis venustas. 482 -a ... nescio quae. 553. 559. 892. 896. 1405 quanti illam emisti tuam alteram -am, Ampeliscam? TER. Haut. 444 potius quam paterere filium commetare ad -am, quae paululo tum erat contenta (SCHOL. Bemb.: cum contemptu quasi pauperculam). Phorm. 1017 -am eam compressit, unde haec natast. TVRPIL. com. 78 habitamus hiemem totam cum -is. CIC. Verr. II 3, 31 *viri boni* loquerentur inter se ... de -is, si quas a praetore abeuntis possent deprehendere. 3, 78 -arum deterrimarum improbissimi cognitores (3, 79. *cf.* AVG. epist. 137, 12 p. 113, 12 abiecta. PRVD. perist. 10, 691 vilis). *ibid.* -ae publicanae. 5, 63 in acta cum -is iacebat ebrius. 5, 86 stetit soleatus praetor populi Romani cum pallio purpureo ... -a nixus in litore. 5, 100. 131. Cluent. 37 cum esset adulescens apud -am quandam ... ubi pernoctaret. Catil. 2, 23 num suas secum -as sunt in castra ducturi? LVCR. 4, 1279 interdum ... deteriore fit ut forma -a ametur (*syn.* femina). VARRO ling. 5, 100 panthera, leo ... graeca *vocabula*, a quo etiam et rete quoddam panther et leaena et -a⟨e⟩ Pantheris et Leaena (*vix de bestiis, v. p. 1571, 81*). 7, 99 -ae (*de Selenio et Gymnasio in Plaut. Cist. ineunte colloquentibus*). ALF. dig. 11, 3, 16 comperit apud quandam -am pecuniam eum (*servum*) consumpsisse. HOR. epod. 11, 23 gloriantis quamlibet -am vincere mollitia amor Lycisci. VAL. MAX. 2, 9, 3 tempore supplicii ad ... spectaculum -ae, cuius amore tenebatur, electo. SEN. contr. 2, 4, 3. 9, 2, 8 PETRON. 19, 4. QVINT. decl. 297 p. 174, 29 oculos eruisti, -ae sine dubio, et adice, si vis, meretrici. p. 175, 5. TAC. ann. 13, 12, 2 -a ... cupidines principis explente (*item de Acte*: 13, 13, 1). PANEG. 3, 19, 4 nec viros quidem, sed -as exambibant; nec feminas tantum, sed spadones quoque. LAMPR. Comm. 2, 8 -as formae scitioris ut prostibula mancipia perficiens lupanarium ad ludibrium pudicitiae contraxit. TREB. trig. tyr. 8, 9 utinam ... non vino, non floribus, non -is, non popinis, ut facit Gallienus ..., depeream. *al.*

b *vario usu* (*nomen propr. apponitur l. 83*): LVCIL. 566 peniculamento vero reprehendere noli, ut pueri infantes faciunt, -am honestam (*v. Marx ad l.; cf.* HEGES. 1, 12, 3 p. 18, 16 elatam). CIC. Verr. II 4, 47 quae *res* ... vobis parvae esse videantur, sed magnum ... dolorem commovent, -is praesertim, cum eripiuntur e manibus (*antea*: fletus mulierum. *cf.* LIV. 34, 7, 7 virorum hoc animos vulnerare posset; quid -arum censetis, quas etiam parva movent?). Flacc. 93 his -is productis (*antea*: sororis et matris imbecillitatem). Mil. 75 -a Scantia. Tusc. 1, 37 consessus theatri, in quo sunt -ae et pueri, movetur audiens *eqs.* (off. 2, 57 [*Aristot. frg. 89 Rose*] haec pueris et -is et servis et servorum simillimis liberis esse grata, gravi vero homini *eqs.* MIN. FEL. 37, 5 LACT. inst. 5, 13, 12. *cf.* ITIN. Alex. 44 -is et infantibus). 5, 103. 112. Lael. 46 ex eo (*sc. infirmitate*) fieri, ut -ae magis amicitiarum praesidia quaerant quam viri (*cf.* HIER. hom. Orig. in Ier. 14 p. 689^{B} -ae et infirmior sexus. reg. Pachom. 52 p. 27, 10 B. vasa infirmiora [*I Petr. 3, 7*], id est -ae. SALV. eccl. 2, 38). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 4 in unius -ae (*sc. Tulliae*) animula si iactura facta est. SEN. contr. 2, 5, 5. 10, 3, 1 contr. exc. 6, 2. SEN. clem. 2, 5, 1 anus et -ae sunt, quae lacrimis nocentissimorum moventur. epist. 63, 13. SCRIB. LARG. 122 hoc medicamento -a quaedam ex Africa Romae multos remediavit (*sim. de mulieribus medicamentorum peritis*: AVG. serm. 286, 8, 7. PLIN. VAL. 2, 33 *dolore ventris* numquam temptatur, qui habet secum talum leporis, ut aiunt -ae). PETRON. 12, 3 rusticus quidam ... cum -a comite. 111, 10. PLIN. nat. 9, 118 Lolliam, unam imperii -am. QVINT. inst. 10, 7, 13 iurgantibus. TAC. ann. 1, 59, 2 quorum tot manus unam -am (*sc. Arminii uxorem*) avexerint. 3, 50, 3 suorum ipse flagitiorum proditor non virorum animis, sed -arum adrepit. SVET. Tib. 6, 1 *de matre et nutrice*. MIN. FEL. 25, 3 nonnullas de matrimonio -as sine more rapuit *Romulus*. TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 6. IREN. 1, 13, 6 (= 1, 7, 5 H.) discipuli ... eius ... seducentes -as multas corruperunt (*gr. γυναικάρια*). HIL. in Matth. 33, 9 *post resurrectionem* dominus -is per angelum adhortatis occurrit. *al.* *de virgine*: AVG. civ. 10, 16 p. 427, 31 D. una -a zona alligatam *navem simulacrum Magnae Matris portantem* ad suae pudicitiae testimonium movit.

2 *de viris impudicis vel ignavis*: CIC. Verr. II 2, 192 homo inertior, ignavior, magis vir inter mulieres, impura inter viros -a proferri non potest. Mur. 31 bellum illud omne Mithridaticum cum -is esse gestum (*cf.* 32 si cum -is bellandum arbitraretur). SEN. epist. 66, 53 -a aut aliquis in -am ex viro versus.

3 *in comparatione de re incorporea*: AVG. civ. 5, 20 p. 231, 28 D. virtutes ... tamquam imperiosae cuidam et inhonestae -ae servient voluptati (*postea*: mulier).

deriv.: muliercularius.

mulierculārius, -ī *m.* *a* muliercula, *cf.* mulierarius. *i. q. mulierciularum amator*: COD. Theod. 3, 16, 1 placet mulieri non licere ... marito repudium mittere exquisita causa, velut ebrioso aut aleatori aut -o.

mulieritās, -ātis *f.* *a* mulier. *i. q. status mulieris*: TERT. virg. vel. 12, 3 *virgines* crinibus a fronte divisis apertam professae -em. 12, 5 manifestae paraturae *virginum* totam circumferunt -em, sed virginari volunt sola capitis nuditate. 14, 5 consci⌈enti⌋ae -is (*sic cod. unus*, muliebr- *cett.*) iam indubitatae audent nudo capite ad deum adire.

[mulierius, -a -um. *a* mulier, *adi. vix sanum pro* muliebris. VINDIC. gyn. p. 427^{d} incipit actio iusti medici de -a genechia (*i. γυναικεῖα. cf. p. 1569, 1*).**]**

muliero, -āvī, -āre. *a* mulier. *i. q. (virum) velut mulierem stuprare*: VARRO Men. 205 hic ephebum -vit, hic ad moechada adulescentem cubiculum pudoris primus polluit (NON. *ad l.*: -vit, ut effeminavit ⌈*inde* GLOSS. V 644, 31⌉).

mulierōsitās, -ātis *f.* *a* mulierosus. *i. q. mulierum cupiditas*: CIC. Tusc. 4, 25 ceteri morbi ... ut -s, ut ita appellem eam quae Graece *φιλογυνία* dicitur (*opp.* odium mulierum. *cf.* NON. p. 142, 19 *ad l.*: -s cupiditas femineae voluptatis ⌈*sim.* GLOSS.⌉). 4, 26 aegrotationi *animi* ... talia quaedam subiecta sunt: ... -s.

mulierōsus, -a, -um. ⌈*a* mulier, *cf.* virosus. *J. B. H.*⌉ *de notione*: NIGID. Gell. 4, 9, 12 omnia istiusmodi inclinamenta (*sc. adi. in* -osus *desinentia*) nimium ac praeter modum significant et idcirco in culpas cadunt, ut ... -us. NON. p. 28, 23 -i dicti mulierum adpetentes (*seq.* AFRAN., *v. l. 62*). GLOSS. *καταγύναιος*. mulieres amans, mulierarius. adulter. [*e coni. dub. p. 1573, 54.*]

i. q. mulierum appetens: PLAVT. Poen. 1303 sane genus hoc -umst (muliebr- *P*) tunicis demissiciis. AFRAN. com. 371 homo -us. CIC. fat. 10 Stilponem ... et ebriosum et -um fuisse, *ibid.* Socratem ... -um *esse*. AVG. bon. coniug. 21, 26 p. 221, 9 venerit ... tunc propheta Christi nuptias faciens et filios procreans, quem dicant Manichaei: -us erat.

deriv.: mulierositas. *cf.* muliebriosus.

? **muliertās** muliebritas GLOSS.^{L} V Aa M 555. GLOSS. V 507, 38 (-liest-). *a* mulier. *Teßmer.*

mulīnum, -ī *n.* *forma vulgaris, ut vid., vocis q. e.* molinum (*v. p. 1358, 9*): LEX Visig. 7, 2, 12 de instrumentis -i ...: si quis de -is aliquid involaverit *eqs.* (mo- *pars codd.*). 8, 4, 30 de confringentibus -a...: si quis -a ... effregerit (*R*^{1}, mo- *cett.*).

mūlīnus, -a, -um. *a* mulus (-a). *i. q. ad mulum (-am) pertinens*: VITR. 8, 3, 16 *Stygis aquam* continere nihil aliud potest nisi -a ungula (EPIT. Alex. 88 [*Hist. Alex. M. I p. 133, 22 Kr. ἡμιόνου χηλήν*]. MARCELL. med. 33, 57 CASS. FEL. 77). PLIN. nat. 30, 31 nares. PALLAD. 4, 14 tit. de -o genere et asinis. MARCELL. med. 23, 31 stercus. 28, 74 intestinorum -orum vel equorum vel asinorum. *tropice de homine stupido*: IVV. 16, 23 dignum erit ... declamatoris -o (mutinensi, mutinensis *var. ll.*) corde Vagelli, cum duo crura habeas, offendere tot caligas, tot milia clavorum.

1. *mūlio, -ōnis *m.* *a* mulus (-a). *de origine*: ISID. orig. 10, 183 -o dictus a mulis, eo quod praesidet (praesit *unus cod.*) isdem (*?*) vehiculis. *scrib. per compendium* mul: CIL X 143 INSCR. AJPh.

[L. Löfstedt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

48, 1927, 20 n. 3 RevA. 28, 1928, 354, 7. *v. et l. 50.* NOT. Tir. 112, 88 (*post verba ad rem vehiculariam pertinentia*). *de notione*: SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 21 quos nunc vulgo -es dicimus, eos scilicet qui iumenta vehiculis subiuncta moderantur et regunt, eos veteres . . . redarios dicebant, -es autem proprie eos, qui negotiationem lucri sui causa in huiusmodi iumentis exercebant; quamvis et in Philippicis (*an per errorem de loco l. 24 citato? cf. l. 52*) -em Ventidium dixerit eapropter, quod de publico redemerat iumentorum praebitionem, quae esset apud exercitum necessaria. GLOSS. ἡμιοναγός. ὀνηλάτης. χαρουχάριος. piscis (*i.* mullus) vel custos mulorum. *legitur inde a* PLAVTO, CIC.; *recipitur a Grae is* (*v. infra l. 47*). [*dub. interpr.*: INSCR. Die Antike 15, 1939, 103 (*Ostiae, s. II*) -e sedes. *suppletur*: PLAVT. Artem. frg. 2 ⟨mu⟩lionum (*add. Ursinus*). *locis mancis*: CIL IV 4503 VI 293.]

1 *i. q. homo, qui iumenta (fere mulos vel mulas; sed asinos l. 60, equos l. 49) agit, curat sim. vel ad usum aliorum locat* (*cf. supra l. 5 et ad rem Blümner, Privataltertümer 465; cum detrectatione dicitur quasi de officio infimae sortis l. 22. 24. 34, contumeliose l. 44*): **a** *vario usu*: PLAVT. Aul. 501 mihi quidem aequomst . . . dari ancillas, mulos, -es, pedisequos *eqs.* Most. 780 -es mulos clitellarios habent. CIC. Verr. II 3, 183 -o, qui advexerit *argentum*. VARRO Men. 192 rapta a nescio quo -e. 367 voces Amphionem tragoedum . . .; ⌊infantior erit⌋ (⌊⌋*sic Madvig, alii alia; trad.* infans) quam meus est -o (*cf. Otto, Sprichw. 232*). ling. 5, 159 supra eum (*sc. patrem occisum*) carpentum -o ut inigeret iussit *Tullia* (VIR. ill. 7, 19). PLANC. Cic. fam. 10, 18, 3 Ventidii . . . -is castra despicio (*cf. l. 52*). CAES. Gall. 7, 45, 2 *de mulis* stramenta detrahi -esque cum cassidibus equitum specie ac simulatione collibus circumvehi iubet. VERG. catal. 10, 2 Sabinus ille . . . ait fuisse -o celerrimus (*sec. Catull. 4, 2* phaselus . . . navium celerrimus). ALF. dig. 9, 2, 52, 2 prioris plostri -es. *ibid. saepius* (*opp.* domino mularum). 32, 60, 1 servis et ancillis urbanis legatis agasonem, -em legato non contineri (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 72 -es et insti[tu]tores [*cf. l. 45*] inter urbana ministeria continentur. *sim.* dig. 32, 99, 2). *al.* LABEO dig. 19, 2, 60, 7 (*bis*). *al.* SEN. epist. 47, 15 erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum -em et illum bubulcum. 87, 4 vehiculum . . . rusticum est, mulae . . ., -o excalceatus, non propter aestatem. PETRON. 68, 7 parem non habet, sive -es volet sive circulatores imitari (*cf.* 69, 5 lacernatus cum flagello -um fata egit). 126, 6 perfusus pulvere -o. CE 44, 1 (*Pompeis*) amoris ignes si sentires, -o, magi(s) properares . . ., punge *mulas stimulo* . . ., prende lora *eqs.* MART. 9, 57, 9 pigri rota quassa -is. 10, 2, 10. *al.* FRONTIN. strat. 2, 4, 5. IVV. 3, 317 mihi commota . . . -o virga adnuit. 8, 148 ipse, ipse rotam adstringit sufflamine -o consul . . ., flagellum sumet. SVET. Nero 30, 3 mille carrucis fecisse iter . . . canusinatis -bus. Vit. 7, 3. Vesp. 4, 3 ut . . . ad mangonicos quaestus descenderit, propter quod vulgo -o vocabatur. 23, 2 APVL. met. 9, 2, 3 GAIVS dig. 9, 2, 8. VLP. dig. 14, 3, 5, 5 et -es quis proprie institores appellet. *al.* FIRM. math. 8, 19, 9 -o vel mularum pastor. EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 19 -i (*gr.* ⟨μον\λίωνι⟩. COD. Theod. 8, 5, 31 nec -bus nec carpentariis nec mulomedicis cursui publico deputatis (*cf.* 8, 5, 34 in singulis mutationibus . . . ternis veredis -es singulos posse sufficere). CIL VIII 24686 (*in monumento cursoris*) colleg(ium) mulion(um) (X 143 c. -um et asinariorum. *cf. l. 60*).

b *determinatur*: *α gen.*: CIC. frg. inc. I 37 -em castrensis furnariae *Ventidium* (*cf.* SCHOL. Iuv. 7, 199 V. ex -e Caesaris dictator⟨is praetor⟩ fuit, ut Tullius in epistolis [*v. l. 24*] et in Philippicis [*?, cf. l. 6*] loquitur). SALL. hist. frg. 3, 85 Perpernam . . . cognoscit -o redemptoris. FIRM. math. 8, 29, 14 aurigae vel -es regis (*cf. l. 59*). CIL VI 33884 Germanus -o Reguli. *β adi.*: FEST. p. 258 quartarios appellabant antiqui -es mercennarios. SEN. apocol. 6, 1 -o perpetuarius. CAPITOL. Maximin. 30, 6 -bus carrucariis. FIRM. math. 8, 27, 8 regius. 8, 27, 10 asinarius. SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 46 parochi sunt . . . publici -es (COD. Theod. 8, 5, 58, 3).

2 *i. q. insectum quoddam*: PLIN. nat. 11. 61 impugnant eas *apes* . . . vespae . . ., etiam e culicum genere qui vocantur -es (30, 147). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 3 -o.

deriv.: mulionicus. *v. Onom.*

[2. mulio '*mullus*' *v. l. 10. 69.*]

mūliōnicus, -a, -um. *ab* 1. mulio; *cf.* PRISC. gramm. II 70, 7 mulio -us. [*in falsa derivatione* (*e confusione vocum* mulio *et* mullus *orta*): GLOSS. V 554, 49 -a paenula vestis de pisce mulione maritimo (*cf. l. 9 sq.*).]

i. q. ad mulionem pertinens: CIC. Sest. 82 -am (*teste Prisc. l. c.*, multoniam *codd. Cic.*) paenulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat; messoria se corbe contexit (*cf.* LAMPR. Heliog. 32, 9 tectus cucullione -o, ne agnosceretur). EDICT. imp. Diocl. III/IV 9, 5[a] caligae primae formae, -ae sibe rusticae, par sine clavis (*gr.* μουλιωνικῶν). 10, 18 flagellum -um cum virga.

? **mulitās,** -ātis *f.* *vox sensus incerti*: VIRG. gramm. epit. 13 p. 77, 29 ut Virgilius Troianus ad Aviceanum . . .: tibi si . . . omnem fertilitatem in agris, prolitatem in filiis, -em in coniugibus . . . opto (mollitate *A, v. Stangl, Virgiliana 118; fort. recte, ad sensum v. p. 1377, 71 sqq.*).

? **mulitūdo,** -inis *f.* *vox vel deformata vel ficta ad explicandam originem vocis q. e.* mulier: VIRG. gramm. 14 p. 86, 16 vir a virtute nominatur, mulier a -e sexus (*nisi legendum* mollit-, *cf. p. 1571, 6*).

L. Löfstedt.

mulleolus, -a, -um. *a* mulleus *deminutive.* *i. q. aliquantulum mulleus*: TERT. pall. 4, 10 *latrinarum antistes* impuro cruri purum (*i. album, cf. vol. III 132, 56*) aut -um (mall- *trad.*) inducit calceum.

mulleus, -a, -um. *ab* 1. mullus, *ut vid., sicut* purpureus *a* purpura; *cf.* ISID. *l. 7.* *de origine et notione*: FEST. p. 142 quos (*-os*) putant a mullando (mill- *Paul. Fest. p. 143*) dictos, id est suendo. ISID. orig. 19, 34, 10 *calcei -i* dicti sunt . . . a colore rubro, qualis est mulli piscis. GLOSS.[L] IV Ps. Plac. M 16 -os . . . a colore mullorum (*sic cod. Paris.*, -o scaltium mentigerum, a colore albo *codd. Rom.*). [*val.* mulyu '*mulus fuscus*', *cors.* mugliciu '*color, qui inter flavum et caesium est*'. *Rohlfs.*]

a *vi adi. fere i. q. ruber, puniceus* (*nonnisi de calceorum genere, quod describitur* ISID. orig. 19, 34, 10; *cf. Blümner, Privataltertümer 224. Mau, RE III 1340, 35 sqq.*): CATO orig. 111 calceos (VOPISC. Aurelian. 49, 7 [*trad.* mullos]. *v. vol. III 132, 56 sq. 79 sq.*). PLIN. nat. 9, 65 calciamentorum (*v. infra l. 24*). **b** *m. pl. vi subst. de ipsis calceis rubris* (FEST. p. 142 [*v. vol. III 132, 82 sq.; afferuntur* CATO *l. c. et* TITIN. *l. c.*]. GLOSS. genus calciamenti. calcei quae in antiqui[tu]s reges habere soliti erant): TITIN. com. 116 iam cum -is te ostendisti, quos tibi alis in calceos (*trad.* mullibus . . . tibiamsi, *corr. Hermann*).

deriv.: mulleolus.

mullo, -āre *vox ficta, v. l. 6.*

1. *mullus, -ī *m.* [*gr. μύλλος. J. B. H.*] *de origine*: PLIN. nat. 9, 65 nomen iis (*sc. mullis*) Fenestella a colore mulleorum (molleo-, mollio- *var. ll.*) calciamentorum datum putat. ISID. orig. 12, 6, 25 -us vocatus, quod mollis sit atque tenerrimus. GLOSS. II 587, 50 -us genus piscis quasi mollis (-as *trad.*), cuius cibo libido incitatur. NOT. Tir. 113, 1. *de notione*: CHAR. gramm. p. 451, 67 B. *τρῖγλα* (*item vel τρίγλη* GLOSS.). *legitur inde a* CIC., VARRONE. [*nomina piscium: venet.* molo, *cat.* moll. *Rohlfs.*] [*confund. in codd. saepe c.* mulus (-a), *e. g.* VARRO rust. 3, 17, 6. 8 OV. hal. 123 CELS. 2, 20, 1; *c.* nullus *e. g.* SEN. nat. 3, 18, 6 COLVM. 8, 17, 7.]

genus piscium (*fusius describitur* PLIN. nat. 9, 64 sqq. *cf. ad rem Steier, RE XVI 496, 64 sqq.*): CIC. parad. 38 videat *M'. Curius* aliquem . . . barbatulos -os exceptantem de piscina (*cf.* Att. 2, 1, 7 -i barbati [VARRO rust. 3, 17, 7]. *v. et l. 45*). VARRO rust. 3, 17, 6 ne eius *Hortensii* esurirent -i. HOR. sat. 2, 2, 34 laudas insane trilibrem -um, in singula quem minuas pulmenta necesse est (*cf.* PLIN. nat. 9, 68 LXXX librarum. MART. 3, 45, 5 bilibrem [11, 49, 9]). OV. hal. 123 tenui suffusus sanguine -us. CELS. 2, 18, 7. 2, 20, 1 medii inter teneros durosque pisces ut -us, ut lupus. SEN. nat. 3, 17, 2. 3, 18, 1. 4 nihil est melius saxatili -o (*cf.* PLIN. nat. 9, 64 lutarium. 9, 65 litorariis [*vel* -alibus]). COLVM. 8, 17, 7 PETRON. 35, 5. 93, 8. PLIN. nat. 28, 82 -um piscem (32, 8 ISID. orig. 19, 34, 10). *al.* MART. 2, 37, 4. 10, 30, 24 senes -i. *al.* IVV. 6, 40 -orum . . . iubis (*cf.* LAMPR. Heliog. 20, 7 barbas). *al.* SVET. Tib. 34, 1. 60 TERT. pall. 5, 6. AVSON. Mos. 117 puniceis. HIER. adv. Iovin. 2, 7 MARCELL. med. 20, 26. *al.* APIC. 9, 440 ius in -o taricho. 10, 455 assos (10, 456). exc. 20 anethatos (83). POL. SILV. nom. anim. chron. I 544, 8 CAEL. AVR. acut. 2, 37, 210 chron. 4, 3, 44.

?deriv.: mulleus. *cf.* 2. mulio.

[2. mullus *v. supra l. 15.*]

mulocopus *v. p. 1356, 35.* *Ustrnul.*

mūlomedicina, -ae *f.* *a* mulomedicus. *i. q. ars veterinaria*: VEG. mulom. tit. (*trad.* digestorum artis -ae *vel* ars -ae *vel* -a). prol. 1 -ae (-li- *cod. unus*) apud Graecos Latinosque auctores non fuit cura postrema. 6 conductis in unum Latinis . . . auctoribus, . . . adhibitis etiam mulomedicis et medicis non omissis, nam -ae doctrina ab arte medicinae non adeo in multis discrepat (*cf.* 1, 7, 2 ab indoctis artis -ae). 7 in -a necessarium . . . genus aegritudinis nosse. 3, 12, 2 auctores -ae. 4 prol. 1 -ae commentarios.

mūlomedicus, -ī *m.* *a* mulus *et* medicus; *de* -o- *cf. Stolz-Leumann[5] 248. 252 et l. 55.* *scrib.* mo-: TAB. defix. StIt. 7, 1899, 194 sqq. (*ter*). GLOSS. ἱππιατρός. veterinarius.

i. q. veterinarius (*diabolus in specie -i l. 73*): EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 20 -o tonsurae et aptaturae pedum *eqs.* FIRM. math. 8, 13, 3 aut auriga erit aut equorum nutritor . . ., aut certe exercitator, aut -us aut certe equitarius. PELAGON. 26. 72 Emeriti -i (99. 110. 153). 363 peritissimi huiusce artis. tit. cap. 10. VEG. mulom. prol. 6 (*v. supra l. 57. item iuxta medicos* 3 prol. 8. COD. Theod. 13, 4, 2 [*pravo ordine artificum, rectum servavit* COD. Iust. 10, 66, 1]; *iuxta bubulcos* VEG. mulom. 1, 12, 2). 1, 21, 1 perfecti. 2, 22, 15. 2, 82, 4. COD. Theod. 8, 5, 31 cursui publico deputatis. GREG. M. dial. 2, 30 p. 120, 21 M. *Benedicto* antiquus hostis (*i. diabolus*) in -i specie obviam factus est cornu et tripedicam ferens. CIL VI 9611 (*in tit. sepulcr. ut* 9612 mulom⟨edicus⟩. 9613 ⟨mul⟩omedicus). TAB. defix. *l. c.*

deriv.: mulomedicina. *L. Löfstedt.*

? **muls.** *vox notionis incertae assonans ad* puls. VIRG. gramm. epit. 5 p. 36, 16 *sunt* nomina, quae nominativo tantum contenta ceteris casibus privantur ut 'pus', 'rogs', 'als', '-s'. *cf.* mols *p. 1579, 56.*

mulsa *v.* mulsus.

mulsant GLOSS. V 507, 42 *v. s.* musso.

mulseus *v. s.* mulsus. *?* **mulsipotēns** *v. s.* multipotens.

? **mulsitanter** *v.* mussitanter. **mulsum** *v.* mulsus.

mulsūra, -ae *f.* [*a* mulgere, mulsus (*cf.* emulsus). *J. B. H.*]

[Ustrnul]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*val.* mulsură. *Rohlfs.*] *i. q. actio mulgendi*: CALP. ecl. 5, 35 premetur mane, quod occiduae -a redegerit horae.

***mulsus** (mulseus), -a, -um. [*ex* *melsos, *a* mel; *cf.* salsus. *J. B. H.*] *scrib.* -se- SCRIB. LARG. 230 (-sa *Stephanus*). PLIN. nat. 21, 128 PALLAD. vet. med. 12, 6. 19, 4. *in var. lect. nonnisi ap.* COLVM., *in codd. potioribus* (*sc. A vel S vel utroque, hic illic accedentibus codd. dett.*) 5, 10, 12. 5, 10, 18 (-sia *trad.*). 6, 12, 4 (*bis*). 9, 9, 6. 12, 12, 3; *in dett.* 6, 17, 7. 8, 7, 4. 9, 13, 6. 12, 47, 3. *praeterea* TERT. anim. 6, 7 -siam *ed. Gangn. cod. instar* (-sam *ed. Gel.*). *de origine v. l. 44 sqq.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, VARRONE. [*falso trad.*: VARRO Men. 464 (miluus *Iunius*). COLVM. 11, 2, 44 (amissi *dett. codd. recte*).]

i. q. mellis dulcedine praeditus: **1** *de eis, qui vel quae mellis dulcedinem per se habent*: **a** *de hominibus (f. sg. pro subst. l. 14) eorumque dictis* (*n. pl. pro subst. l. 15*): PLAVT. Cas. 372 mea -a (*in allocutione ut*: Stich. 755 age, -a mea suavitudo, salta). Poen. 325 ut -a loquitur (*cf.* Rud. 364 ut dulcis es, ut -a dicta dicis). **b** *de fructibus eorumque sapore*: COLVM. 5, 10, 18 *pira* volaema, -a, praecocia *eqs.* 12, 47, 3 liquorem *malorum* -i saporis (PLIN. nat. 21, 128 *narcissi* radix -i s. est).

2 *de eis, quae cum melle mixta sunt*: **a** *aqua* -a (*sic saepissime*; -a a.: CELS. *quater*, SCRIB. LARG. 144 [*opp.* aqua *nude posita*], PLIN. nat. *bis* [*qui omnes solitum ordinem verborum frequentant*], TERT. anim. 6, 7 [*apud quem vox alias non legitur*]; GLOSS. *ὑδρόμελι* [*cf. p. 1580, 26*]; *describuntur confectio* COLVM. 12, 2, 1, *genera et usus medicinalis* PLIN. nat. 22, 110. 112): CATO agr. 156, 3 *aeger* lavet calida, bibat a. -am. VARRO rust. 3, 16, 28. 3, 16, 35. CELS. 2, 12, 2D pura a. . . . -a (4, 14, 3 non solum p. a., sed etiam -a egelida. PLIN. nat. 27, 27. 95 in a. p. aut -a). 3, 6, 10. *al.* COLVM. 5, 10, 12 (= arb. 22, 1) in a. -a nec nimis dulci (*cf.* 12, 12, 3 dulciorem . . . austeriorem). 12, 11, 1sq. cum . . . mella (melle *S*) nec minus a. -a (*cf. p. 620, 41 sqq. et infra l. 33*). SCRIB. LARG. 144 ex mulsi cyatho mixto aquae duobus vel -ae a. cyathis tribus (PLIN. nat. 26, 70. 137. 32, 93. 117). *al.* PLIN. nat. 21, 182 (*si ordo verborum integer est*) a. copiosa -a calida. 27, 94 cum melle aut a. -a (34, 128). FRONTO p. 63, 3 v. d. H. (= p. 69 N.). *et saepe ap. medicos.* *synonyma in serm. poetico*: SER. SAMM. 432 miscetur -ae farris sextarius undae (508). 740 -os amnes (*fort. de ipso melle, cf. eandem compositionem Plin. nat. 29, 143 Plin. med. 1, 7 Marcell. med. 15, 44*). 909 -us Doridis umor (*i. aqua marina*). 1026 lympha. **b** *alii liquores sim.*: CATO agr. 157, 6 aceto (PLIN. nat. 20, 54. 23, 20. *et saepe ap. medicos*). PLIN. nat. 10, 52 lacte (18, 106 quod fit l. maxime -o. 19, 64). SER. SAMM. 122 liquidum . . . -umque sinapi. 309 tritum semen raphani -umque. MARCELL. med. 20, 128 vino (CAEL. AVR. acut. 1, 17, 182 -um ⟨aut *?*⟩ vinum Chium aut Rhodium. ORIBAS. syn. 3 add. p. 922).

n. pro subst. ***mulsum,** -ī. *de origine*: SERV. auct. Aen. 1, 66 mulcere . . . delenire, hinc -um, quod dulcedine animos nostros permulceat. ISID. orig. 10, 178 'mulcator' translatio a -o, id est quod acceptum lenire solet fauces dolentis aut oppletum sordibus stomachum. 20, 3, 10 -um ex melle mixtum, est enim potio ex aqua et melle, quod Graeci *μελίκρατον* vocant. *plur.* (*de usu cf.* QVINT. inst. 1, 5, 16 'hordea' et '-a' . . . non alio vitiosa sunt quam quod . . . singularia pluraliter efferuntur [*sim.* GRAMM. suppl. 85, 3]. *nominativum admittunt* CHAR. gramm. p. 38, 24 B. DIOM. gramm. I 328, 22. *al.*): HIER. epist. 100, 6, 4 vinum clam bibere et . . . in cubiculis -a potare. CONC. Autiss. c. a. 573—603 p. 180, 11 *non licet* mellita, quod -a appellant, offerre. *aliter, ut vid.*, GLOSS. *p. 1580, 21.* *de formis: nom. sg.* -o: ORIBAS. eup. 4, 71 p. 591 Aa (mols Ab). *abl. sg.* -u: *?* VARRO frg. Apic. 3, 64 (*var. l.* -a). CHIRON 843. NOT. Tir. 98, 93 (*ante* mustum). *de notione*: CHAR. gramm. p. 38, 24 B. *οἰνόμελι* (*ὑδρόμελι var. l. ut videtur; cf. supra l. 23*). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 26 -um et conditum dicitur et melicratum. GLOSS. cum melle mixtum. mitigatum Bacchum, quod vulgus 'conditum' dicit. *μελίκρατον. οἰνόμελι. v. etiam l. 44 sqq.* *gr. resp.* *γλυκάσματα* VVLG. II Esdr. 8, 10. *legitur in poesi ap.* PLAVT., HOR., MART., SER. SAMM., CE 1506, 1 (*vix* MACR. Sat. 7, 12, 9 *v. p. 1580, 12*), *in serm. ped. inde a* CATONE, CIC., VARRONE. [*confunditur c.* mulsa (*f.*) *e. g.* CELS. 6, 18, 6A PLIN. nat. 20, 147. 30, 94. PS. MVSA herb. Vett. l. 78 (*cf. loco gemino Ps. Apul. app. herb. Vett. l. 9* -a). *falso trad. pro* mult-: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 147 *bis*. 149.]

i. q. vinum cum melle mixtum (*cf. supra l. 42*), *οἰνόμελι* (*describitur confectio* COLVM. 12, 41 PLIN. nat. 14, 85. *cf. Hug, RE XVI 513, 22 sqq.*): PLAVT. Asin. 906 mi ob iactum *talorum Venerium* cantharo -um date. Aul. 622 -i congialem plenam faciam tibi fideliam. Bacch. 972 ut sit -um qui triumphent milites (1074 accipientur -o m.). Cas. 76 pignus . . . dato in urnam -i. Persa 87 commisce -um (*cf.* TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16 -um mixtum vino graeco [SCRIB. LARG. 125 *trad.* musti -i. 153 PLIN. nat. 21, 134. *al.*]. CIC. fin. 2, 17 qui alteri misceat -um. *v. et p. 1580, 13*). 821 Stich. 213. CATO agr. 80 cum melle aut cum -o. CIC. Cluent. 166 de orat. 2, 282 Tusc. 3, 44 VARRO Men. 81 rust. 3, 16, 1. 2. 35. HOR. sat. 2, 4, 26 Aufidius forti miscebat mella Falerno, mendose . . .; leni praecordia -o prolueris melius. LIV. 10, 42, 7 *dux* voverat Iovi . . . pocillum -i, priusquam temetum biberet, sese facturum. 38, 55, 2 PAVL. FEST. p. 379 CELS. 1, 3, 22. 1, 6, 2. 2, 18, 11 -um, defrutum, 1passum, vinum . . . aut mustum (2, 25, 1. 2, 28, 1 PROC. dig. 33, 6, 16, n. passum *solum accedit*: CELS. 6, 6, 9A. 6, 10, 1 SCRIB. LARG. 121 PLIN. at. 25, 127. *al.*). 2, 29, 2 -um, vinum dulce vel salsum (4, 31, 2. PLIN. nat. 14, 129 dulce *vinum* aut -um [*an adi.? cf. p. 1579, 42*]. 23, 74. 26, 119. *al.* APIC. 10, 453 v., -um, acetum [10, 458. 460. 461]). *al.* SCRIB. LARG. 104. *al.* PETRON. 34, 1. 42, 2 -i pultarium. PLIN. nat. 7, 183 *obiit quidam*, dum -i potionem haurit. 13, 97 *in mensis e citro confectis* maxime -i placet *color* (31, 95 garum ad colorem -i veteris. *cf.* MART. 14, 127, 1 *vestis* turbato Canusina simillima -o. SVET. Dom. 20 cuiusdam caput varietate capilli subrutilum et incanum 'perfusam nivem -o' dixit). 22, 114 -i (-is *var. l.*) . . . intrita. 26, 70 in -o aut aqua mulsa. *et saepe.* MART. 13, 6, 1 nos alicam, poterit -um tibi mittere dives (*cf.* PLIN. epist. 1, 15, 2 alica „cum -o). 13, 106, 2 *passum* -um pauperis esse solet. 13, 108 tit. APVL. met. 6, 18, 3. 10, 16, 7. 10, 16, 8 cantharum -o contempera (*cf.* MACR. Sat. 7, 12, 9 illud proverbium, quo utuntur gulones, '-um, quod probe temperes, miscendum esse . . . Hymettio et . . . Falerno'). SER. SAMM. 524 salsum *vinum* -umque. 905 -um . . . aceti (*cf. p. 1579, 39 et* CAEL. AVR. acut. 3, 17, 170 -o ex aceto [*bis. cf.* chron. 1, 4, 137 ex-a. confectum]). *al.* *saepe in titulis de largitione publica, fere iuxta* crustulum, crustum: *v. vol. IV 1254, 68 sqq. 1255, 2 sqq.*

f. pro subst. ***mulsa,** -ae. *plur. non legitur, suppletur vix recte* CIL XI 6481 mulsa⟨rum⟩. *de notione*: CASS. FEL. 49 p. 129, 20 passum aut -am ex vino melle temperato, quam appellant Graeci inomelitos. GLOSS. melicata (*i. μελίκρατον*). *οἰνόμελι.* mellita. *al.* *legitur inde ab* APVL., *in poesi nonnisi ap.* SER. SAMM. [*val.* mursă, *it.* molsa, *sard.* mussa, *prov. vet., cat., hisp. vet.* molsa, *francog.* mousse. *Rohlfs.*] [*falso trad. pro* multa: PALLAD. vet. med. 15, 5; *cf. Colum. 6, 15, 2. pro* Musa (*sc. Antonio M.*): ORIBAS. syn. 9, 15 add. Ab p. 300.]

i. q. aqua cum melle mixta, ὑδρόμελι (*cf. p. 1579, 20*): APVL. met. 3, 18, 1 litat vario latice, nunc . . ., nunc melle . . ., litat (libat *var. l.*) et -a. SER. SAMM. 381 ex -a potanda . . . herba est. PELAGON. 14 (*Hippiatr. gr. I p. 40, 6 οἰνομέλιτι*). 94 (*ibid.* ex aqua mulsa; *gr. p. 115, 7 ὑδρομέλιτι*). 118 VEG. mulom. 1, 32. 33. 2, 99. MARCELL. med. 20, 126 miscebis -am. *al.* PLIN. VAL. 5, 11 aquosa -a (5, 20 -am aquosam. ORIBAS. syn. 4, 38, 1sqq. Ab [aquosissima La]). APIC. 4, 144. 7, 282 CAEL. AVR. chron. 5, 1, 12. gyn. frg. p. 144, 10 (*gr. p. 88, 29 Ilb. μελίκρατον*). ORIBAS. syn. 1, 17, 10 Aa (= La) p. 56, 6 Mø. in -a aut aqua. *al.* *Ustrnul.*

***multa,** -ae *f.* [*vox dialectica (v. l. 38. 40) i. q. osc.* molto '*multa*', *umbr.* motar '*multae*', *cf. osc.* múltasíkad '*multaticiā*' *et s.* l. multo. *J. B. H.*] *de origine*: FEST. p. 142 -am Osce dici putant poenam quidam; M. Varro ait poenam esse sed pecuniariam. GELL. 11, 1, 5 vocabulum . . . ipsum -ae . . . Varro . . . non Latinum, sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti; sed turba grammaticorum novicia *κατ' ἀντίφρασιν* . . . hoc . . . dici tradiderunt. *de scriptura*: mo- LEX luci Spolet. (CIL I² 366) *bis.* -lct- *solum traditur* CATVLL. 64, 190 (e *pro* c *cod. O*). TAC. Germ. 12, 2; *in var. lect. e. g.* NEP. Timoth. 4, 1 LIV. 30, 30, 24 FEST. p. 202. *cf. s. v.* 1. multo *et Lachmann ad Lucr. 4, 727.* *abbrev.* mul: CIL XII 1377. NOT. Tir. 24, 97. *de notione* (*v. et l. 39*): VARRO ling. 5, 177 -a pecunia, quae a magistratu dicta, ut exigi posset ob peccatum; quod singulae dicuntur, appellatae eae -ae (-as *codd.*), quod olim unum (*?*) dicebant -ae *eqs.* *differentiam inter* -am *et* poenam (*infra*: p.) *esse negat* LABEO dig. 50, 16, 242 si qua p. est, -a est; si qua -a, p. est. *aliter* VLP. dig. 50, 16, 131, 1 inter -am . . . et p. multum interest, cum p. ⌊generale sit nomen⌋ (⌊⌋ generalis sit *coni. Mommsen*) omnium delictorum coercitio, -a specialis peccati, cuius animadversio hodie pecuniaria est, p. autem non tantum pecuniaria . . .; -a . . . ex arbitrio eius venit, qui -am dicit, p. non irrogatur nisi quae . . . lege specialiter huic delicto imposita est . . .; item -am is dicere potest, cui iudicatio data est . . ., p. autem unusquisque irrogare potest, cui huius criminis . . . exsecutio competit. PAVL. dig. 50, 16, 244 de p. provocatio non est . . ., at -ae provocatio est . . .; dissimilitudo apparere poterit, quia p. certae singulorum peccatorum sunt, -ae contra, quia eius iudicis potestas est, quantum dicat *eqs.* GLOSS. *καταδίκη. ζημία. ἐπιτίμιον. πρόστιμον.* condemnatio. poena pecuniae. *legitur inde ab* INSCR. *antiquissimis* (*l. 74. 84. al.*), PLAVTO, CATONE, RHET. Her., CIC., VARRONE. [*raet.* munta. *Rohlfs.*] [*dub. interpr.*: PLAVT. Mil. 595 -ae sortitae fiat (*A lect. inc.*, multi sortito fuam *P*, -ae sortito fuant *Stroux, Philol. 93, 1938, 93*).]

i. q. poena (*quae vox apponitur l. 77. 78. 79. 80. p. 1581, 15. al.*): **1** *strictius sc. demptis bonis, quae a sontibus solvantur sive populo sive singulis hominibus*: **a** *pecuniae* (*sive pecoris, e. g. p. 1581, 11. 13. 23. 24. 25*; -a *distinguitur ab aliis poenis l. 82. 83. p. 1581, 18; de pecunia -ae nomine coacta p. 1581, 10. 17. al.; acced. gen. summae solvendae p. 1581, 19. 29. al., rei ob quam -a irrogatur p. 1581, 20; in univ. l. 79. 84. al.*): LEX luci Spolet. (CIL I² 366) II 7sqq. Iovei bovid piaclum datod et a. CCC -ai suntod; eius piacli -aique dicatorei exactio estod (*cf.* LEX Tarent. [CIL I² 590] 1, 4 quadruplum -ae esto. DECRET. trib. Cic. Att. 3, 23, 3 poenae -aeve sit. LEX Tudert. [CIL XI 4632] 8 id ei fraudi -ae poenae ne esto. S. C. de aedif. [CIL X 1401] 38 ne quid fraudi -ae poenaeque esset Celsillae. *v. et p. 1581, 4*). PLAVT. Rūd. 20 maiore -a multat quam litem auferunt (CIC. Balb. 42 *accusatorem* -a et poena multavit [*cf. Klotz-Schoell ad l.*]. VLP. dig. 11, 5, 1, 4. *cf.* CIC. leg. 3, 6 civem -a vinculis verberibusve coherceto [VLP. dig. 25, 4, 1, 3 *uxor* -is coercenda]. 3, 46 *ut* vis capite, avaritia -a . . . sanciatur. *sim. al.*). LEX Bant. (CIL I² 582) 11 sei quis magistratus -am inrogare volet (*v. vol.*

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VII 2, 437, 76). CATO orig. 82 imperator . . ., si quis extra ordinem . . . ivit, ei -am facit (GELL. 6 [7], 14, 8 uti *senatus* -am remitteret, quam fecerat). 95[e] si quis illud facere voluerit, mille minus dimidium familiae -a esto (LEX Vrson. [CIL I[2] 594] 81, 27. *al.*). or. frg. 19 tit. de aqua sive de -a (*cf. ibid. frg. 6* praetores . . . vindicias dicunt). LEX repetund. (CIL I[2] 583) 45 supremam (FEST. p. 202 s. -a . . . appellatur tria milia aeris. 213. GELL. 11, 1, 2sqq. *opp.* minima. *cf.* PAVL. FEST. p. 144 maximam). RHET. Her. 1, 11, 20 petitur ab eo -a (CIC. Verr. II 1, 155 Cluent. 91. 96. 103 Brut. 131 opt. gen. 22). CIC. Verr. II 2, 25 *in testamento*, quodam loco si commissum quid esset, -a erat Veneri (*sc. solvenda*). rep. 2, 16 plebem . . . -ae . . . dictione ovium et boum, . . . non vi et suppliciis coercebat (LEX Quinctia [Frontin. aq. 129] 38 -ae dictio coercitioque esto. *cf.* VARRO rust. 2, 1, 9 -a . . . ex vetere instituto bubus et ovibus dicitur [*al. v. vol. V 1, 978, 26 sqq.*]). leg. 3, 6 (*in textu legis*) per populum -ae, poenae certatio esto. *al.* BELL. Afr. 90, 1 pecuniam -ae nomine se relaturum (97, 2 LIV. 33, 29, 12 VAL. MAX. 4, 4, 7. *al.*). OV. fast. 5, 291 -a data est ex parte mihi. LIV. 2, 52, 5 in -a temperarunt tribuni; cum capitis anquisissent, duo milia aeris damnato -am dixerunt. 10, 37, 5 -a praesens (*i. statim solvenda*) quingentum milium aeris in . . . civitates imposita. 30, 31, 9 si quid . . . quasi -a navium . . . expugnatarum legatorumque violatorum adicitur. 35, 41, 10 de -a damnatorum quadrigae inauratae . . . positae *sunt*. FEST. p. 202 facta *est* aestimatio pecoralis -ae et boves centenis assibus, oves denis aestimatae (*cf.* GELL. 11, 1, 2 pecoris armentique). PLIN. nat. 33, 7 -a legum antiquarum pecore constat etiam Romae. TAC. Germ. 12, 2 ann. 13, 28, 2. GELL. 11, 1 2 -ae poenitionem. 20, 1, 38 pecuniae (HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 203, 7. *cf.* MOD. dig. 47, 21, 1 pecuniaria [49, 16, 3, 1 COD. Iust. 1, 3, 54, 11]. COD. Theod. 11, 36, 20 argentariam). COD. Theod. 1, 10, 7 pr. ita ut singularum librarum auri adiutores . . . -a constringat (8, 11, 3, 1. 16, 5, 52, 2. *cf.* 11, 36, 25 compescat. 14, 5, 4 pr. infligat . . . retineat. COD. Iust. 1, 54, 1 [*a. 205*] irrogat). *al.*

b *aliarum rerum*: PLAVT. Capt. 494 diem dicam, irrogabo -am, ut mihi cenas decem meo arbitratu dent. CIC. Deiot. 36 *Antiochus et Deiotarus partes regnorum suorum amiserunt*; ille . . . furoris -am sustulerat, hic erroris. LIV. 30, 30, 24 (*loq. Hannibal*) est eius, qui dat, non qui petit, condiciones dicere pacis, sed forsitan non indigni sumus, qui nobismet ipsi -am inrogemus.

2 *latius de qualibet coercitione* (*acced. gen. peccati l. 49. 51*): PLAVT. Asin. 801 haec -a ei esto, vino viginti dies ut careat. Stich. 727 uter demutassit, p[r]oculo mu⟨l⟩tabitur, . . . si peccassis, -am hic retinebo ilico. CATVLL. 64, 190 nec prius a fesso secedent corpore sensus, quam iustam a divis exposcam prodita -am. LIV. 24, 16, 13 singulos iure iurando adigam . . . non aliter quam stantes cibum potionemque . . . capturos esse; hanc -am . . . aequo animo feretis. PAVL. FEST. p. 54 (*v. vol. VI 3, 2551, 48*). FRONTO p. 95, 20 v. d. H. (= p. 103 N.) quae optavi quaeque vovi compos optatorum votorumque meorum damnatus atque multatus sum; in eam -am duplicatum amorem tuum defero, non ut antiquitus -as inrogari mos fuit mille minus dimidio (*cf. supra l. 3*). COD. Theod. 11, 31, 5 ferat hanc desidiae contumaciaeque -am, ut . . . negotium ipso quoque absente dicatur. FAVST. REI. epist. 5 p. 189, 23 quod . . . caro per condicionem mortis -am transgressionis exceperit et circa unius poenam *eqs.*

deriv.: multaticius, multaticus, 1. multo. *cf.* multio (*?*).

[multaciam *loco corrupto* PETRON. 30, 1; *cf. p. 1582, 63.*]

multangulus *et* multiangulus, -a, -um. [*a* multus *et* angulus, *cf. gr. πολύγωνος. J. B. H.*] -ta- LVCR., -tia- *ceteri* (*fort. sec.* triangulus).

i. q. multis angulis praeditus: LVCR. 4, 654 *foramina* esse triquetra aliis *corporibus*, aliis quadrata necessest, multa rotunda, modis multis -a quaedam. MART. CAP. 2, 138 circuli lineaeque hemisphaeriaque cum trigonis et quadratis -aeque formae. BOETH. arithm. 2, 25 p. 111, 12 figura. *n. pro subst. i. q. figura -a*: BOETH. arithm. 2, 23 p. 109, 12 tetragoni . . ., pyramides e tetragonis . . ., et ad eundem modum cunctae a ceteris -is profectae formae . . .; omnis enim multorum angulorum forma *eqs.* 2, 24 p. 110, 21 *si pyramis non pervenit* ad primum . . . -um eius generis, cuius fuerit basis, bis curta vocabitur. p. 111, 6 in omnibus ab omni -o progredientibus.

multannus, (-a, -um). *a* multus et annus. GLOSS. II 413, 19 *πολυχρόνιος*, vivax, -us, longaevus. 587, 51 -us annosus.

multārium, -ī *n. v. s.* mortarium.

multātīcius, -a, -um. [*a* multa, *cf.* collaticius *sim. J. B. H.*] *scribitur* -lct- *in var. l.* FEST. p. 202. *? notatur* CIL III 8676, 6 ex p(ecunia) m(ultaticia).

i. q. ad multam pertinens, multae nomine coactus: **1** *in formulis*: ex -a pecunia: LIV. 10, 23, 13 ex -a . . . p., quam exegerunt pecuariis damnatis. 10, 33, 9. 24, 16, 19 (-alicia *var. l.*). 33, 42, 10. PLIN. nat. 33, 19 faeneratoribus damnatis. ex -o aere: LIV. 10, 31, 9 (-tatio, -tacio, -tato *var. ll.*). *fort. et* CIL XII 1227 (*loco lacunoso*). ex -o argento: LIV. 27, 6, 19. 30, 39, 8. 31, 50, 2. 34, 53, 4. *cf.* 33, 25, 3 de a. -o. CIL XIV 2621 a. multatic⟨io⟩. **2** *alia*: FEST. p. 202 pecora. COD. Theod. 4, 8, 5, 2 heredibus . . . -us servus tradetur.

multāticus (molt-), -a, -um. *a* multa. *i. q. multae nomine coactus*: CIL I[2] 383 quaistores aire moltaticod dederont (1496 aere multatico). *fortasse deficiente verbo* aere: CIL I[2] 2442 aidile moltatico. 2675[c] ⟨ai⟩diles curules moltaticod. *v. et l. 72. 79.*

multātio, -ōnis *f. ab* 1. multare. *scrib.* -lct- *in var. l.* FEST. p. 202. *de notione*: ISID. diff. 1, 359 inter -em, poenam et supplicium: -o potest esse et sine sanguine in damno pecuniae (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 76, 22 -o cum damno pecuniae). GLOSS. damnum pecuniae.

i. q. actio multandi, multa: **a** *de poena pecuniaria sim.*: LEX vic. Furf. (CIL I[2] 756) 14 sei qui heic sacrum surupuerit, aedilis -o esto, quanti volet. CIC. Rab. perd. 16 misera *est* -o bonorum, miserum exilium (AMM. 14, 1, 4 puniti b. -e. 14, 5, 3. 14, 7, 21. 29, 1, 44. 30, 7, 3). FEST. p. 202 nec hunc ultra numerum (*sc. ovium duarum*) excedebat -o. PLIN. nat. 18, 11 -o . . . non nisi ovium boumque inpendio dicebatur *eqs.* COD. Theod. 6, 4, 2 qui . . . nequaquam ludis . . . exhibendis sui copiam faciunt et ideo certo generi -is obiecti sunt. CONC.[S] II 3, 2 p. 31, 1 alii exulati sunt, alii . . . -e vexati sunt (mul-, mut- *var. ll., gr. II 1, 2 p. 17, 22 προστίμοις. item ibid.* p. 93, 4 [*var. l.* multa, *ut* II 3, 3 p. 5, 15]). **b** *de qualibet coercitione*: HEGES. 1, 43, 7 Herodis . . . non iniusta -o. FERREOL. reg. 24 p. 968[B] triduari eum ieiunii -o castiget.

cf. multio (*?*). *v. Kamptz.*

multēsimus, -a, -um. [*a* multus, *cf.* centesimus *et gr. πολλοστός. J. B. H.*] *i. q. unus e multis*: LVCR. 6, 651 ut . . . videas caelum summai totius unum quam sit parvula pars et quam -a constet (NON. p. 136, 10 *ad l.*: -a pars nove posita, quantitas infinita).

multiangulus *v.* multangulus.

multibibus, -a, -um. *a* multus *et* bibere, *cf.* merobibus. *i. q. multum bibens*: PLAVT. Cist. 149 utrumque haec, et multiloqua et -a est anus. Curc. 77 nomen Leaenaest, -a atque merobiba. MACR. Sat. 5, 21, 17 -um heroa istum *Herculem* fuisse (*16* bibax).

multicavātus, -a, -um. *a* multus *et* cavare. *i. q. multis cavis praeditus*: VARRO rust. 3, 16, 24 favus est, quem fingunt -um e cera, cum singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura.

multicaulis, -e. *a* multus *et* caulis. *i. q. multis caulibus praeditus*: PLIN. nat. 21, 94 quaedam in his *generibus herbarum* -a (multisc- *var. l.*) ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum cnecos.

multicavus, -a, -um. *a* multus *et* cavus. *i. q. multis cavis praeditus*: OV. met. 8, 562 pumice -o . . . atria *Acheloi* . . . structa. SIDON. carm. 22, 222 *fontem* umbrat -us spatioso circite fornix. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 403[C] *pulmo* rarissimus atque -us (*Migne gr. 44, 245[D] πολύπορος*) omnia sua veluti foramina ad fundum atque summitatem arteriae patefacta retinet.

multiceps, -cipitis *adi. a* multus *et* caput, *cf.* anceps *sim.* AVG. gramm. V 502, 41 sqq. anceps . . . et biceps et triceps et quadriceps -s praeceps, haec sex nomina genetivum singularem . . . in tis syllabam mittunt, non in pis, ut . . . -s -is.

? **1. multīcia,** -ae *f. v. l. 62.*

2. multīcia, -ōrum *n. v. l. 59.*

GLOSS.[L] IV Ps. Plac. M 11 **multiciae** (-titiae *trad.*) quibus (multi e quibus *var. l.*) pro individuo (pro viduo, providi video, pro dividuo *var. ll.*) fingitur (fungior *var. l.*). *verba obscura sunt.*

multīciārius, -ī *m. a* multicius. *i. q. textor multiciorum*: CIL VIII 14314 homo bonus -us invictus.

multīcius, -a, -um. [*ex* *multilicius *derivant antiqui (v. l. 64), a* mulcere *Leumann, Glotta 9, 1918, 152 sq. = Kl. Schr. 21 sqq. J. B. H.*] *scrib.* -iti-: GLOSS. NOT. Tir. 98, 45 *post* polemitum. *de notione*: SCHOL. Iuv. 2, 66 -a vestes molliori textas subtemine, quibus solent uti puellae.

i. q. subtilis sim. (*nonnisi de vestimentis fere delicatorum hominum*): TERT. pall. 4, 4 *Cleomachus pugil* endromidis solocem aliqua -a synthesi extrusit. VOPISC. Aurelian. 12, 1 tunicas -as viriles decem. *neutr. plur. pro subst.*: IVV. 2, 66 cum tu -a sumas. 2, 76 an deceant -a testem. 11, 188 uxor umida suspectis referens -a rugis. ANTH. 198, 26 tenuia loricae cedant -a forti. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 2, 99 'Cois': vocantur alio nomine . . . -a. *? fem. sg. pro subst.* (*coni. anonymus ap. Orellium pro* multaciam PETRON. 30, 1, *ubi alii alia*): GLOSS. V 524, 7 (= 573, 13) -a vestis quae multa licia habet. V 653, 5 -a genus vestis pluribus coloribus confecta.

deriv.: multiciarius.

multiclīnātum, -ī *n. a* multus *et* clinatus. *i. q. figura rhetorica q. d. πολύπτωτον*: CARM. de fig. 106 -um contra, variantibus *casibus* quod fit.

multicola, -ae *m. a* multus *et* colere. *i. qui multos deos colit*: QVODV. adv. haer. 1, 2 *dicunt haeretici quidam*: unus est deus pater et filius, quoniam qui pater, ipse est et filius; nam si aliter dixerimus, dicemur -ae. FVLG. RVSP. c. Arian. 7 p. 219[B] digne . . . patrem et filium et spiritum sanctum . . . unum colimus deum; quoniam fides vera nec tres deos recipit, quod faciunt pagani -ae.

multicolor, -ōris *adi. et* **-ōris,** -e *et* **-ōrus,** -a, -um. *a* multus *et* color, *cf. p. 1583, 2 et ad compositionem* GELL. 11, 16, 4 'multiiuga' dicimus et '-a' (-ia *recc.*) et 'multiformia'. *nom.* -oris *p. 1583, 1, formae II[ae] decl. l. 78. p. 1583, 3. 4. 5.*

i. q. multis coloribus praeditus: PLIN. nat. 37, 167 hexecontalithos, in parva magnitudine -r (*cf.* 37, 173 mithrax . . . -r ac contra solem varie refulgens. Ps. AVG. serm. ed. Mai 56, 2 lapidum -r pulchritudo). APVL. met. 11, 3, 5 ⟨vestis⟩ -r bysso tenui pertexta, nunc albo candore lucida, nunc *eqs.* (TERT. pall. 3, 1 -r et discolor et versicolor. Ps.

[Gruber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

HIL. epist. ad fil. 3, 2. ISID. orig. 19, 22, 21 *vestis* polymita -is, polymitus enim textus multorum colorum est. *cf.* VVLG. Ezech. 16, 18 vestimenta tua -ia). mund. 16 iris -a est (*cf.* SERV. Aen. 5, 609 *arcum* 'mille colorum', hoc est -um. HIER. in Dan. 4, 10 p. 515B *iris*, quae per -em arcum ad terras descendere dicitur). PRVD. cath. 3, 104 prata . . . -a (*cf.* SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 13 violis -bus). perist. 11, 124 -r fucus (*cf.* MART. CAP. 1, 66 -bus notulis variegata pictura. SIDON. epist. 2, 2, 6 pigmentis -bus). *n. pl. pro subst.* (*fort. huc pertinet l. 12*): VVLG. Ezech. 16, 13 vestita es bysso et polymito et -bus.

multicolōrius, -a, -um. *a* multus *et* color, *cf.* multicolor *sim. et* colorius, discolorius, versicolorius. GLOSS. V 576, 20 pollata tunica -a. 576, 23 (*nisi pertinet ad l. 8*) polymita -a varia. *i. q. multis coloribus praeditus*: PS. CYPR. cena 216 stragulum -um.

multicolōrus *v.* multicolor.

multicomus, -a, -um. *a* multus *et* coma. *i. q. multis comis praeditus*: PAVL. NOL. carm. 19, 418 *lychni* -is imitantur sidera flammis. ORIBAS. syn. 2, 56, 43 Aa p. 125, 23 Mø. nardus . . . -us (*gr.* πολύκομος, *La* policomus).

multicupidus, -a, -um. *a* multus *et* cupidus. *i. qui multum cupit*: VARRO Men. 545 *Tithonus* aevitatis extimam attigit metam, quam dereliquit -a iuven[il]itas.

multifaciēs, *abl.* -ē *f.* *a* multus *et* facies. *i. q. multitudo hominum*: ITALA II Cor. 1, 11 (codd. d e) adiuvantibus et vobis . . ., ut in -e . . . per multos gratiae agantur pro nobis (*gr.* ἐκ πολλῶν προσώπων, *Vulg.* ex multorum [*vel* -arum] personis, *ubi var. ll.* ex multarum facierum, in multa facie *al.*).

multifacio *v.* multus.

***multifariam** *adv.* *a* multus *et* -fariam, *cf.* bifariam *sim.* *de formatione*: DIOM. gramm. I 407, 3 *adverbia* in am finiuntur ut . . . -m. GLOSS.L IV Plac. M 1 -m, multifarie adverbialiter; utrumque dicimus bene. *de notione*: FEST. p. 142 -m dixerunt antiqui, videlicet, quod in multis locis fari poterat (*cf. l. 83. p. 1584, 26*). NON. p. 141, 23 -m: partibus multis (*cf.* GLOSS. multis modis seu partibus). GLOSS. πολλαχῶς. πολυσχιδῶς. πολυτρόπως, πολυμερως. *al.* *v. et l. 63.* *legitur inde a* CATONE, SISENNA, CIC. *nonnisi in pedestri sermone.*

1 *pertinet ad locum, i. q. in multis locis*: CATO orig. 83 cum saucius -m ibi factus esset. SISENNA hist. 18 loca palustria . . . alte -m confossa (*cf.* VEG. mil. 3, 7 altior fluctus . . . ductis -m spargitur fossis). CIC. de orat. 2, 174 aurum . . . -m defossum. leg. 1, 40 *iudicia* quondam nusquam erant, hodie -m nulla sunt; ubi sunt tamen, persaepe falsa sunt. LIV. 3, 50, 3 togae -m in castris visae. 10, 31, 8 terram -m pluvisse. 33, 18, 7 *praesidia* -am (-a *var. l.*) disiecta erant. 37, 5, 1 -m scalis appositis. 39, 22, 3 ignes . . . caelestes -m orti. 44, 41, 8 interrupta -m acie. SEN. nat. 2, 28, 2 ut *nubes* si quem habent spiritum -m (-um *codd. interpol.*) emittant. PLIN. nat. 9, 176 -a⟨m⟩ in Ponto. 25, 93 utramque *herbam* nasci -m (-foria *var. l.*), sed deteriores in agris pinguibus. SVET. Tib. 52, 3 -m inscriptum . . . est. Cal. 18, 2 scaenicos ludos et assidue et varii generis ac -m fecit. Galba 19, 1 *legionarii* -m diverseque tendebant. FRONTO p. 49, 19 v. d. H. (= p. 54 N.; *in imag.*) cum sint tria ferme genera ὑποθέσεων . . ., cetera multa sunt proniora, -a⟨m⟩ procliva vel campestria, τὸ ἐπιδεικτικόν in arduo situm. APVL. met. 9, 7, 1 dolium . . . -m rimis hiantibus quassum. flor. 15 p. 50 *oppidum* fuisse amplum semiruta moenium -m indicant. *al.* *de locis librorum sim.*: GELL. 5, 4 tit. de verbo duovicesimo . . . -m in libris scriptum est. 18, 2, 7 enarratio . . . versuum, qui sunt in saturis Q. Ennii uno -m verbo concinniter inplicati. CALL. dig. 47, 9, 7 ne quid ex naufragiis diripiatur . . ., -m prospectum est. 50, 16, 220, 1 filii . . . appellatione saepe et nepotes accipi -m placere. SERV. auct. Aen. 1, 44 Italiae curiosissimum fuisse Vergilium -m apparet. SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid . . . commentator lucidum, iurisconsultus obscurum -m condiderunt, id te omnifariam . . . tradidisse. *al.*

2 *pertinet ad rationem, i. q. multis modis, varie sim.* (*cf.* CASSIOD. in psalm. 39, 5 l. 94 quod ideo -m dicitur, quia diversis modis *eqs.*; *iuxta adi. ponitur l. 71.* SIDON. epist. 4, 3, 4 o liber -m pollens): VARRO frg. Prisc. gramm. II 204, 5 -m (multifarie *gramm. suppl. 106, 30*) in patellis coquere cepe. PLIN. nat. 18, 54 panis -m (-e *var. l.*) et e milio fit. 36, 202 ignes si fiant, -m (-formia, -formiter *codd., corr. Detlefsen*) auxiliari certum est. TERT. idol. 2 p. 31, 21 *idololatria* -m servos dei . . . subvertit. resurr. 55 p. 114, 15 totus homo . . . -m . . . demutatur. OPT. PORF. schol. carm. 6 ut . . . fiat reciprocus -m versus. CLAVD. DON. Aen. 1, 90 p. 32, 20 'terque quaterque beati': hoc est -m felices. SCHOL. Cic. Bob. p. 115, 11 definiens -m. VVLG. Ezech. 27, 24 *multae nationes erant* negotiatores tui -m involucris hyacinthi *eqs.* (*textu hebr. corrupto*). Hebr. 1, 1 -m et multis modis olim deus loquens patribus (*gr.* πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. ITALAM *v. p. 1584, 30*). MACR. Sat. 7, 12, 20 voluptas *cibi* -m comminuitur. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 21 p. 64, 5 *generis nomen* -m appellari designat. CIL VIII 22672, 15 quod eius innumera circa se ac suos officia . . . Lepcis Magna . . . -m senserit. *al.*

deriv.: multifarius.

***multifārius**, -a, -um. *a* multifariam *formatione retrograda q. d. ut* bifarius *a* bifariam. NOT. Tir. 71, 88 -a *post* quadrifaria. GLOSS. -am: multiplicem. multum loquens verbositas, infinitam. *legitur inde ab* ITALA, TERT. (*in falsa var. supra l. 42. 44. al.* GELL. 5, 6, 1 militares coronae -ae sunt [*codd. dett.*, multae variae *cett.*]) *nonnisi in pedestri serm.; usum vocis vi adi. aurea aetate non usurpatae excusat* HIER. (*v. l. 8*).

i. q. multimodus, varius sim.: TERT. adv. Marc. 1, 4 p. 295, 25 etsi in disperso -um videtur summum magnum. ITALA Eph. 3, 10 (Tert. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 13) -a sapientia dei (*gr.* πολυποίκιλος, *Vulg.* multiformis. *cf.* HIER. *in l.* p. 483C multiplex quippe sapientia dei, quae sermone Graeco πολυποίκιλος et ut ita dicam -a appellatur). PS. APVL. Ascl. 12 (*bis*) multi . . . *philosophiam* -a ratione confundunt (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 8, 60 p. 123, 3 -o modo). IREN. 1, 4, 1 (= 1, 7, 7 H.) passionis . . . -ae et variae (*gr.* πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου) existentis (ORIBAS. eup. 1, 10, 5 Ab p. 416 [*gr.* παντοδαπάς]). 1, 14, 4 (= 1, 8, 5 H.) -um existens (*gr.* πολυμερές). 1, 22, 2 (= 1, 15 H.) detectio atque convictio varia et -a. 2, 11, 2 *haeretici* cessantes a -a sua phantasia. 2, 14, 6 (= 2, 18, 5 H.) reliquorum -am generationem. SOL. 52, 61 beryllorum genus dividitur in speciem -am. CLAVD. DON. Aen. 3, 115 p. 279, 19 commodis. AMBROSIAST. in I Cor. 15, 7 p. 261C ut *deus* -a apparentia fidem resurrectionis firmaret. CHAR. gramm. p. 408, 25 B. glossulae -ae idem significantes. INSCR. RevA. VI 6, 1935, 215 n. 28 balneas . . . vi ignis -a corruptas. *al.* *n. pro subst. i. q. res variae*: ITALA II Macc. 1, 35 (rec. P) rex multipharia[e] plurima (*gr.* πολλὰ διάφορα, *Vulg.* multa bona) accipiebat. IREN. 2, 25, 1 (= 2, 37, 1 H.) propter -um et varium (*gr.* δια το ποικίλον καὶ αλλοῖον).

adv. ***multifariē.** *de orig. et notione*: LVCVLENT. 17 p. 854D (*ad N. T. Hebr. 1, 1, v. infra l. 29*) phari Graece, Latine loqui dicitur; -e dicit multis locutionibus. GLOSS. multis partibus. multiloquie, multis sermonibus. *inde ab* ITALA; *de usu v. p. 1583, 30.* [*falso traditur pro* -fariam *p. 1583, 65. 66. pro* -faria CASSIOD. var. 12, 4, 3, *cf. l. 42.*]

i. q. multimodis, varie sim.: 1 *c. verbis*: ITALA Hebr. 1, 1 (Mutian. Chrysost. hom. 1, 1 p. 237/8) -e (*gr.* πολυμερως, *Vulg.* -fariam) et multis modis olim deus loquutus est patribus nostris (*inde plus minus pendent* PRISCILL. tract. 1, 34 CONC.S IV 2 p. 182, 41. *al. cf.* IREN. 3, 12, 9 [3, 12, 11 H.] quae -e dicta sunt. AMBR. epist. 51, 14 -e deus noster admonet). IREN. 2, 24, 3 (= 2, 36, 1 H.) cum omnis numerus -e in scripturis sit positus. SOL. 11, 19 Ortygia . . . clarissima in Cycladum numero -e traditur. HIL. syn. 62 -e . . . quaesita veritas est. trin. 11, 1 fidei evangelicae sacramentum -e apostolus tractans. AMBROSIAST. in Rom. 7, 5 p. 107B in carne esse -e intellegitur (12, 8 p. 158B. *al. cf.* CASSIAN. conl. 1, 15, 1 concipitur). CASSIAN. conl. 4, 10, 1 vocabulum carnis in scripturis sanctis -e legimus nominari. CANON. Turner II 1 p. 21a IV qui -e paganismum egerunt. SACR. Gelas. 1, 34 p. 538 Leonis -e (-a *var. l.*) invenimus exempla. PS. VIGIL. THAPS. trin. 1, 56 -e adprobans. 6, 18 quod -e a patribus in conspicabili materia visus fuerit. 7, 26 quemadmodum -e unitum nomen trinitatis mihi palam fecisti. ISID. orig. 6, 1, 11 -e dividuntur. *al.* 2 *c. adi.* (*p. p. p.*): SCHOL. Stat. Theb. 3, 142 'multifida' -e fissa. PELAG. in I Cor. argum. *Corinthii* subversi -e a falsis apostolis. CASSIOD. var. 1, 22, 2 polisti . . . forensi cote -e praedicatus ingenium. VIRG. gramm. epit. 6 p. 45, 1 sunt pronomina ignota, quae -e detectiva sunt.

multifer, -a, -um. *a* multus *et* ferre. [*falso trad. pro* -for- OV. met. 12, 158 (*unus e recc.*).] *i. qui multum fert*: PLIN. nat. 16, 31 tam -a sunt, tot res praeter glandem pariunt robora. 19, 138 nullo aeque genere *brassicae* -o, donec fertilitate sua consumatur.

[multificia *falso trad. pro* multifolia *p. 1585, 38.*]

multifico, -ātum, -āre. *a* multus *et* facere, *cf.* multiplico. *i. q. augere*: ITALA deut. 8, 13 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 1) pecoribus et bobus tuis -tis (multiplicatis *var. l.*; *gr.* πληθυνθέντων, *Lugd.* cum repleti fuerint, *Vulg.* habueris . . . ovium greges . . . cunctarumque rerum copiam).

1. multifidus, -a, -um. *a* multus *et* findere. *de notione*: ADNOT. Lucan. 2, 687 -as *faces* alii accipiunt, quod multum fidant ignibus suis; sed melius accipimus, quod multum fissas iaciunt, ut ait Virgilius (*georg. 1, 292*) 'ferroque ⟨faces⟩ inspicat acuto'. SCHOL. Stat. Theb. 3, 142 -a multifarie fissa (id est multifariam *cod. unus*). *gr. resp.* πολυσχιδής, *ubi nihil adnotatur.* *legitur inde ab* OV., SEN. *trag.*, LVCANO, *maxime in serm. poetico.* [*falso trad. pro* -forus OV. met. 12, 158; *pro* multiplicativus BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 26 p. 78, 7.]

i. q. saepe vel varie fissus: 1 *corporaliter*: a *de lignis*: OV. met. 7, 259 Medea . . . -as . . . faces in fossa sanguinis atra tingit (8, 644 LVCAN. 2, 687). SEN. Med. 111 -am . . . succendere pinum. STAT. Theb. 3, 142 cedro. 10, 843 quercum. MART. 14, 25, 2 (*de pectine*) -o (multo fido, mussifido *var. ll.*) buxus quae tibi dente datur. b *de fluviis, rivis sim.*: LVCAN. 3, 202 -i . . . unum caput . . . Histri. 10, 311 undas. MART. 8, 28, 7 Timavum. PANEG. 9, 21, 1 Nili ora -a. AMM. 17, 1, 8 fossas. 24, 3, 14 rivos (*cf.* TVRRIB. epist. 1 p. 693B rivulis). CLAVD. 26, 59 *Aponi* fons -as dispergit opes. RVT. NAM. 1, 478 -os . . . lacus (*i. salinas*) parvula fossa rigat. c *de variis rebus*: PLIN. nat. 11, 128 quibus *animalibus* -i pedes. VAL. FL. 1, 61 *draconem* -as . . . linguas vibrantem. 4, 93 sol . . . -um iubar . . . induitur (*cf.* 4, 661 -us ruptis e nubibus horror effugit *sc. fulgur*. SIL. 14, 420 flamma). AMM. 23, 4, 4 sagitta . . . cannea . . . -o ferro coagmentata. SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299 vitium sine fructibus summitates . . . palmites dicuntur . . . quod in partes -as dividantur ut digiti (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 3 pampinus . . . rationabiliter L-a formatione perfectus est J [LJ *gr.*

[Gruber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

κατέσχισται]). PRVD. c. Symm. 2, 774 iter esse viandi -um variumque, deus cum quaeritur unus (*cf.* 2, 854 altera *pars itinerum* -a est, at simplex altera et una). CLAVD. 10, 103 haec *Gratia* morsu numerosi dentis eburno -um discrimen arat (*cf.* rapt. Pros. 2, 15 *Veneri* -os crinis sinuatur in orbes). PRISC. periheg. 635 *Taurus* -us . . . suos huc colles spargit et illuc. LVX. anth. 289, 3 liber . . . cinctus -o Veneris agmine.

2 *incorporaliter fere i. q. varius*: IVL. VAL. 1, 2 -a . . . vaticinandi scientia (*cf.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 10, 18 harum quinque rerum scientia ramosa quadam et -a vi in omnes sese philosophiae partes infundit). ARNOB. nat. 5, 35 alias *partes fabularum* -as atque allegorici tegminis superiectione velatas. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 31 p. 38, 10 W. una divinitas et non -a maiestas. RVFIN. hist. 4, 7, 13 singulis quibusque sectis . . . evanescentibus vel in -as ac multiformes species diffluentibus (*gr.* πολυτρόπους καὶ πολυμόρφους). MART. CAP. 3, 227 *grammatica* abstrusa nosse carmina numerosque -os crebrae supputationis opere putabatur. CONC.^{S} II 3, 3 p. 116, 20 perniciem. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 19 p. 378^{C} -am (*Migne gr. 44, 192^{D}* πολύχουν) densamque malorum copiam. PRISC. gramm. III 276, 20 -a est cum accusativo constructio.

2. multifidus, -a, -um. *a* multus *et* 2. fides. *i. q. multis fidibus praeditus,* πολύχορδος: 1 *de lyra*: ANTH. 114, 2 *citharoedus* doctus Apollineo disponere carmina plectro gaudet -am pectore ferre chelyn. 2 *tropice de re musica* (*simul in lusu c.* 1. multifidus): CLAVD. 1, 56 non mihi centenis pateant si vocibus ora -usque ruat centum per pectora Phoebus, acta Probi narrare queam. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1, 64, 1 cum prophetae psalterio spiritus sancti canore -um officium nostrae vocis adiungemus. MART. CAP. 2, 117 ante fores quidam dulcis sonus -is suavitatibus cietur . . . nec ex fidibus sonitus . . . deerat (*cf. 9, 920* ex fidibus suavitas. *9, 926* aulica suavitas).

multiflōrus, -a, -um. *a* multus *et* flos. *i. q. multis floribus praeditus*: ISID. orig. 17, 9, 11 squinum . . . fulvum -um.

multifluus, -a, -um. *a* multus *et* fluere. *i. qui multum, magna vi fluit* (*in imag.*): IVVENC. 1, 582 -is . . . diem verbis ducendo fatigant (*cf.* ARATOR act. 2, 1065 sermone). CIL XI 258, 12 (*dactyli; lapis non exstat*) *deus hominem* -is opibus longum ditavit in aevum.

multifolius, -a, -um. *a* multus *et* folium. *i. q. multis foliis praeditus*: PLIN. nat. 18, 58 *frumentum et hordeum* unum folium habet . . ., -a contra faba, cicer, pisum (multificia *codd., corr. Detlefsen e Theophr. hist. plant. 8, 2, 3* πολύφυλλα). *n. pro subst. est nomen herbae*: Ps. APVL. herb. 124 l. 9 sempervivum alii -um *nominant.*

? **multiforābilis** *v. l. 44.*

multiforātilis, -e. *a* multus *et* forare; *cf.* πολύτρητος, multiforatus, multiforus. *i. q. multis foraminibus praeditus*: APVL. met. 10, 32, 2 tibiae -es ([-abil- *trad., edd., corr. Leumann, Adj. auf -lis 66*]. flor. 3 p. 10. SIDON. epist. 8, 9, 1 [multis f. *cod. unus*]).

? **multiforātus,** -a, -um. *a* multus *et* forare; *cf.* πολύτρητος, multiforatilis, multiforus. *i. q. multis foraminibus praeditus*: CIL XIV 2771 ⟨tibia⟩s -as (*in lap.* multi f. *distincte scriptum*).

multiforis, -e *v.* multiforus. **multiforme** *v. p. 1586, 43.*

***multiformis,** -e. *a* multus *et* forma; *ad compositionem cf.* GELL. 11, 16, 4 'multiiuga' dicimus et 'multicolora' et '-ia'. NOT. Tir. 67, 43[1] *post* quatriformis. GLOSS. πολύμορφος. *inde a* CIC., SEN. *philos.*, COLVM. [*falso trad. pro* multifariam PLIN. nat. 36, 202 (*v. p. 1583, 67*).]

i. q. multis formis praeditus (*quae gr. respondent v. l. 66. 84. p. 1586, 37; accedit abl. limit. l. 72. 80. p. 1586, 18. 32. 38. 41,* in *p. 1586, 14*): 1 *incorporaliter*: **a** *de rebus*: **α** *variis*: CIC. ac. 1, 26 *ex principibus qualitatibus* variae ortae sunt et quasi -es *qualitates* (Ps. APVL. Ascl. 34). SEN. dial. 2, 2, 2 *Cato* cum ambitu congressus *est,* -i malo (ARNOB. nat. 1, 1 -bus malis affectum esse genus humanum. AMM. 17, 3, 6). epist. 95, 29 non singulares morbi nascuntur, sed inexplicabiles, diversi, -es (*cf.* TERT. anim. 57, 2 luem). PLIN. nat. 2, 116 radiorum . . . -i iactu flagellatus aër. GELL. 19, 14, 1 aetas M. Ciceronis . . . doctrinarum . . . -ium variarumque artium columina habuit M. Varronem et P. Nigidium (MVTIAN. Chrysost. hom. 33, 3 p. 445/6 novas . . . doctrinas . . ., hoc est -es et multimodas [*gr.* ποικίλαις]. *cf.* ARNOB. nat. 5, 8 Varro . . . -bus eminens disciplinis). APVL. met. 10, 19, 3 matrona . . . -bus ludicris *asini* delectata. 10, 28, 5 tam -e facinus excetrae (*cf.* 10, 34, 3 scelus. CYPR. ad Donat. 10 p. 12, 2 -i genere peccandi). Ps. APVL. Ascl. 25 bonum -i imaginum varietate . . . -is adunata congestio. MIN. FEL. 17, 10 animantium . . . adversus sese tutelam -em. TERT. anim. 20, 2 animam . . . semine uniformem, fetu -em (*cf.* 21, 1 natura animae . . . non -is, quia uniformis . . ., nec triformis *eqs.*). 24, 9 corporalitas. TER. MAVR. 2244 *Aristophanes* saepe metris -bus novis Archilochon arte est aemulatus musica (*cf.* DIOM. gramm. I 500, 23 finita est *metri qualitas,* quae . . . -is structurae conversione decurrit). IREN. 2, 7, 4 (= 2, 6, 2 H.) -em conditionis varietatem. 4, 33, 3 (= 4, 51, 2 H.) -e dei iudicium. CYPR. epist. 58, 6 p. 661, 15 -es septem fratrum poenae (Fort. 11 p. 336, 28 poenas. ARNOB. nat. 2, 30 suppliciorum generibus -es). laps. 4 p. 239, 18 ruinas (26 p. 256, 17). ARNOB. nat. 7, 9 animal . . . -ium morum varietatibus ludicrum. *al.* LACT. epit. 57, 8 voluptas (*inst. 6, 20, 6* varia . . . et multiplex). CHALC. comm. 353 non unam esse in silva potentiam . . ., sed -em. VVLG. Eph. 3, 10 -is sapientia dei (*gr.* πολυποίκιλος). *al.* **β** *de instrumento musico varios sonos edente*: MART. CAP. 9, 913 (*trim. iamb.*) quae (*i. quos sonos*) -e scit ciere barbiton.

b *de hominibus (Nemesi l. 20, diabolo l. 23, mente sim. l. 8 sqq.) varie praeditis, occupatis sim.*: SEN. epist. 120, 22 *animus imprudens* alius prodit atque alius; praeter sapientem autem nemo unum agit, ceteri -es sumus: modo frugi tibi videbimur . . ., modo prodigi. QVINT. inst. 12, 1, 7 nihil est . . . tam occupatum, tam -e, tot ac tam variis adfectibus concisum . . . quam mala mens (*cf.* PHYSIOGN. 132 p. 144, 12 ingenium. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 24, 13 animus. *v. et l. 22*). FRONTO p. 131, 15 v. d. H. (= p. 114 N.) quis ignorat, ut . . . sit . . . inaequalis Accius, Ennius -is ? (*de auctoribus ut*: MIN. FEL. 19, 10 Theophrastus . . . variat . . ., Zenon et Chrysippus . . . sunt et ipsi -es, sed ad unitatem providentiae omnes revolvuntur. SIDON. epist. 8, 11, 6 *Lampridius orator* in comica materia urbanus -isque). ARNOB. nat. 4, 7 *homo* anceps varius mobilis pellax multiplex -is (Ps. AVR. VICT. epit. 14, 6 *Hadrianus* varius multiplex -is. QVEROL. p. 32, 23 R. o genus hominum -e et multiplex; his egomet fuisse arbitror matrem Circen, Proteum patrem). PHYSIOGN. 110 p. 133, 5 *homines misericordes,* moribus autem propemodum -es (unif- *var. l.*). EXC. barb. p. 236, 15 Fr. *Semiramin vocaverunt* alii Nemesim -em, ceteri . . . Ecatin . . . propter innumeram eius atrocitatem. *m. pro subst. i. q. diabolus* (*cf.* FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 15 diabolus calliditate veteris artificii ac -is ingenii): CHRYSOST. hom. V 897^{C} -is callidus discurrit in homines, sapiens autem non illi dat locum gradiendi.

2 *corporaliter*: **a** *de rebus variis* (*fort. versicoloribus l. 36*): COLVM. 3, 1, 1 *arborum* species diversae et -es (*cf.* PLIN. epist. 5, 6, 18 buxum -em). 7, 9, 8 nuces. PLIN. nat. 2, 41 -i haec *luna* ambage torsit ingenia contemplantium (*var. l.* -is . . . ambigua; *cf. 2, 48* multivagos, ut dictum est, flexus). 2, 131 *flatus.* 7, 34 -es pluribus modis inter monstra partūs eduntur (8, 42). 7, 52 quoniam . . . ingenii varietas -es notas imprimat *vultui.* 11, 145 *oculi hominum* animi indicia *sunt,* contuitu quoque -es, truces, torvi *eqs.* APVL. met. 11, 3, 4 corona -is variis floribus. flor. 9 p. 36 ingenii eius *Hippiae* fecunditatem malo doctrinae quam supellectilis -i instrumento aemulari. Ps. APVL. Ascl. 5 -is . . . variaque generis humani species. MIN. FEL. 20, 3 Chimaeram. TERT. virg. vel. 12, 4 calceum (*cf.* PASS. Perp. 10, 8 galliculas -es ex auro et argento factas; *gr.* ποικίλα, *cf. p. 1592, 41*). Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 177, 9 pisces. AMM. 21, 6, 8 donis. 21, 12, 13 telorum. *al.* CONC.^{S} II 2, 1 p. 36, 14 -e corpus est ex ossibus et nervis *eqs.* (*cf. II 4 p. 150, 14* multiplex). *de urbe*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 10 p. 557^{B} Alexandria numerosa daemonibus, biformis Anubibus, idolis -is semihominibus. *n. sg. pro subst. fere i. q. corpus -e*: PRISC. LYD. solut. 9 p. 94, 31 omnino -e et differens materiā incausale quidem *est* ad nos.

b *de deis, daemonibus sim.* (*cf. supra l. 20 et 23*): APVL. met. 11, 5, 1 *Isim* -i specie, ritu vario, nomine multiiugo totus veneratur orbis. TERT. carn. 24 l. 18 -is Christi argumentatores. FIRM. err. 21, 2 invenimus . . . dici εὐοῖ δίκερως δίμορφε, deus iste vester non biformis est, sed -is, in multas enim species venenati oris forma mutatur.

adv. **multiformiter.** *i. q. multis modis, varie*: 1 *c. verbis*: GELL. 9, 5, 7 Plato . . . varie et -r de voluptate disseruit (*cf.* AVG. civ. 20, 21 p. 458, 7 D. dum ea . . . saepe ac -r diceret. BOETH. in top. Cic. 1 p. 271, 4 persequuntur). MAR. VICTORIN. gramm. VI 139, 2 *versus saturnius* a Graecis . . . varie et -r inductus est (*cf.* DIOM. gramm. I 505, 30 *metrum* -r variatur. PRISC. gramm. III 421, 1 -r coniugaverunt). AMM. 28, 1, 10 cum . . . -r quasi in proludiis negotium spectaretur. CLAVD. DON. Aen. 12, 675 p. 625, 30 -r Turnus . . . dolore percussus est, primo quia *eqs.* AVG. trin. 2, 9, 15 deus apparuit . . . non in una eademque specie, sed -r, aliter atque aliter. Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 33 p. 717^{B} quae intra ecclesiam -r spiritus sanctus operatur. CASSIOD. in psalm. 11, 2 (1) animas -r ingravare (*cf.* GREG. M. moral. 6, 45 adversarius . . . nos . . . -r impugnat). GREG. M. moral. 10, 9 charitas *mentem* . . . ad innumera opera -r accendit. 2 *c. adi. vel partic.*: IREN. 5, 20, 2 (1 H.) varie et -r et imbecille facientes iter. Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 22 p. 709^{B} vitae metas -r inaequales. PRISC. LYD. solut. prooem. p. 42, 22 quaestio composita -r.

deriv.: multiformitas.

multiformitās, -ātis *f.* *a* multiformis. *fere i. q. varietas*: AVG. vera relig. 21, 41 temporalium . . . specierum -s ab unitate dei hominem lapsum . . . diverberavit. Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 23 p. 676^{A} -s . . . et magnitudo divinae gratiae.

multiformiter *v. l. 49.*

multiforus, -a, -um *et* **-is,** -e. *a* multus *et* forare. [*falso trad.* -ia *pro* multifariam: PLIN. nat. 25, 93.] *i. q. multis foraminibus praeditus*: OV. met. 12, 158 non illos . . . longa . . . -i (-fidi, -feri *codd. recc.*) delectat tibia buxi (*cf.* SEN. Ag. 358 tibi -a tibia buxo sollemne canit). PLIN. nat. 8, 218 specus, qui sunt -es in terra. PAVL. NOL. carm. 18, 36 -es . . . lychnos.

multifructus, -a, -um. *a* multus *et* fructus. *i. q. multos fructus ferens*: FVLG. myth. 3, 2 *Perdiccas* matrem etiam Policasten habuit quasi policarpen quod nos Latine -am dicimus, id est terram.

multigena, -ae *c.* *a* multus *et* gignere, *cf.* multigenus (*p. 1587, 17*). *i. q. multos (multa) gignens*: VITAE patr. Iurens. 3, 3 p. 154, 29 -a (*codd. praeter unum, qui habet* -is) Abraham patriarcha (*affertur infra V. T. gen. 15, 5*).

[Gruber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(multigener), -ris *adi.* *a* multus *et* genus. *i. q. e multis generibus constans*: PLAVT. Capt. 159 multis et -bus (multis generibus *codd. praeter B; deest A*) opus est tibi militibus. Stich. 383 unguenta -um multa (*Buecheler cft. CE 492, 24* multis generum pomis, *pro* multum g. p.; *v. et Leo, Plautin. Forsch.² 326*; -a *Guietus*). PLIN. nat. 11, 1 multa haec *animalia* et -a (multa genera *duo codd.; cf. ap. eundem* degener *amplius decies usurpatum*, congener *creatum 15, 98*).

[multigenis *v. s.* multigena.**]**

(multigenus), -a, -um. *a* multus *et* gignere, genus; *cf.* multigener. *gen. pl.* -um *l. 14.* **1** *i. q. e multis generibus constans, varius*: LVCR. 2, 335 cunctarum exordia rerum ... -is ... variata figuris. Ps. CYPR. pasch. 34 -is flexos incumbere pomis cernebant ramos. IVL. VAL. 1, 7 -is ... aliis gentibus (1, 31 reges -arum g.). 2, 25 pecua -a seu armenta (*cf.* MART. CAP. 2, 138 animalium membra -um. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 303 bestiis -is et multimodis [*gr. παντοίων καὶ πολυτρόπων*]). 3, 48 -as ... urbes hominum ... notavi. VVLG. sap. 4, 3 -a ... impiorum multitudo. **2** *i. q. multos (multa) gignens* (*gr. πολύγονος*): HIPPOCR. aer. 19 Scythicum ... genus ... minime -um (-us *var. l.*). 21 -am non iudicant esse talem naturam.

cf. multigena.

multigrumus, -a, -um. *a* multus *et* grumus. *fere i. q. tumidus, auctus sim.*: LAEV. carm. frg. 9 (Gell. 19, 7, 14 *inter alia* 'nimium *poetica' Laevius* de tumidis magnisque fluctibus inquit) -is.

multiiugis, -e *et* **-us,** -a, -um. *a* multus *et* iugum; *cf.* biiugis (-us) *sim. et ad compos.* GELL. 11, 16, 4 -a' dicimus et multicolora et multiformia'. *formae III^ae decl. leguntur nonnisi ap.* CIC. (*l. 30*) *et* ISID. (*l. 57*); *nom. omnino deest.*

1 *notione vocis q. e.* iugum *minus perspicua i. q. multiplex, varius sim.*: **a** *de rebus corporalibus*: CIC. Att. 14, 9, 1 *litteras* -is (-es *var. l.*) accepi uno tempore (*cf.* APVL. apol. 36 volumina [CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 18 -is variorum operum voluminibus]. SYMM. epist. 1, 14, 1 -is paginis infantiae meae maciem publicare [1, 45, 1]. MACR. Sat. 2, 1, 8 ex -is libris ... proteramus). GELL. 2, 11, 3 spolia militaria habuit -a, in his provocatoria pleraque. APVL. met. 8, 28, 2 flagrum -is talis ovium tesseratum. SYMM. epist. 1, 49 hostiis. **b** *de rebus incorporeis, actionibus sim.*: GELL. 14, 2, 13 disceptatio ista -ae et sinuosae quaestionis. APVL. apol. 55 -a sacra et plurimos ritus et varias caerimonias. met. 4, 13, 3 singulas species apparatus -i. 6, 2, 3 -is precibus editis. 8, 22, 6 *formicae* commeabant -a scaturrigine. 11, 5, 1 *v. p. 1586, 45.* flor. 15 p. 59 tot tamque -is calcibus disciplinarum ... haustis. 16 p. 70 duplam ... vobis gratiam debeo, immo enimvero -am. Socr. 1 p. 117 *luna* parte altera cassa fulgoris pro circumversione oris discoloris -a pollens speciem sui variat (*an* -a *n. pl. pendens a* pollens? *cf. Geisau, IF 36, 1915, 89*). PANEG. 6, 15, 5 *princeps* -o fultus imperio. 8, 17, 2 o victoria -a. ARNOB. nat. 3, 18 quorum *dentium et labiorum* inflictu et mobilitate -a lingua sonos articulet. SYMM. epist. 1, 61 ais te -is necessitatibus impediri (7, 60, 2. *cf.* 4, 22 officiis. PAVL. NOL. carm. 21, 664 molimine).

2 *notione vocis q. e.* iugum *vigente i. q. multipliciter iunctus*: **a** *de iugis*: LIV. 28, 9, 15 iret alter consul sublimis curru -is, si vellet, equis. GELL. 19, 8, 11 quadrigae semper, etsi -ae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur. **b** *de variis rebus*: FRONTO p. 132, 2 v. d. H. (= p. 114 N.) *historiam scripserunt* verbis Cato -is, Coelius singulis (*cf. l. 59*). GELL. 10, 2, 1 *partum quinque puerorum* esse finem dixit *Aristoteles* -ae hominum partionis. PAVL. NOL. carm. 26, 24 si -ae premerent mea colla catenae. ISID. diff. 1, 495 astra ... sunt stellae grandes ..., stellae autem -es ut Hyades, Pleiades.

? n. sg. pro subst.: CARM. de fig. 52 (*describitur πολυσύνδετον*) -um (-longum *trad., corr. Quicherat*) dico, articulis quod pluribus iungo.

multilago, -inis *f.* *a* multus *secundum* tussilago *sim. derivatum esse putat J. B. Hofmann in schedis, a* multus *et* lac *Ernout, RevPhil. 67, 1941, 88.* *planta quaedam* (*ad rem cf. André, Lex. bot. s. v.*): Ps. APVL. herb. 109 l. 18 -o capraria (Ps. DIOSC. Vind. 4, 6 p. 313, 21 *μουλτιλάγω καπρίνα*). *cf.* mutilago.

multilaterus, -a, -um. *a* multus *et* latus. *i. q. multis lateribus praeditus*: Ps. BOETH. grom. p. 170, 5 My. -a *figura* ..., quae sub pluribus quam quattuor lateribus continetur. *n. sg. pro subst.*: Ps. CENS. frg. 7, 2 -um *est*, quod pluribus *lineis continetur.*

[multilatus *et* **multilocus** *falsae var. ll. pro* mutilatus: VARRO rust. 1, 48, 1.**]**

[multilongus *falso trad. pro* multiiugus *l. 59.***]**

multiloquāx, -ācis *adi.* *e* multiloquus *et* loquax *per contaminationem.* GLOSS. *πολύλαλος* -x verbosus. *i. q. magna loquacitate praeditus*: HIER. interpr. Iob 8, 2 (*cf.* Ps. ORIG. in Iob 2 p. 499^A) spiritus -x est ori tuo (*gr. πολυρῆμον, Vulg.* multiplex). CHROMAT. in Matth. 13, 2, 13 (*ad N. T. Luc. 18, 10 sqq.*) quantum ... distet inter -em et humilem ac simplicem orationem. EVSTATH. Basil. hex. 1, 11, 1 philosophorum -x disputatio (multiplex *var. l.; cf. gr. πολυφωνότατοι πραγματεῖαι*).

multiloquē *v. s.* multiloquus.

multiloquentia, -ae *f.* *a* multus *et* loqui, *cf.* multiloquium *et* magniloquentia *sim.* *i. q. loquacitas, verbositas, πολυλογία* (*quae vox infra respondet*): ITALA prov. 10, 19 (Cypr. testim. 3, 103; *var. l.* multiloquio = *Vulg.*). Luc. 11, 2 (cod. d) quidam ... in -a sua exaudiantur (*deest Vulg., cf. infra l. 13. 26*). CHROMAT. in Matth. 13, 2, 6 -a verborum (13, 2, 15).

? **multiloquiē** *adv.* GLOSS.^L V Abba MV 15 multifarie: -e ('-quio*?*' *Lindsay*), multis sermonibus. *cf.* multiloque.

***multiloquium,** -ī *n.* *a* multus *et* loqui, *cf.* multiloquus. *de notione*: AVG. c. Cresc. 1, 1, 2 p. 326, 6 -um ... est superflua locutio, vitium scilicet loquendi amore contractum. GLOSS. *πολυλογία. legitur ap.* PLAVT. (*iocose formatum ut vid.*) *et inde ab* ITALA.

i. q. πολυλογία (*quae vox infra respondet, ubi nihil adnotatur*): **1** *de facultate loquendi i. q. verbositas, loquacitas* (*plur. non occurrit nisi loco dubio l. 19*): PLAVT. Merc. 31 amori accedunt etiam haec *vitia* ... -um, parumloquium (*cf.* 37 nunc vos mi irasci ob -um non decet). ITALA prov. 10, 19 (Cypr. testim. 3, 103 = VVLG.) in -o (-loquentia *var. l.*) non deerit peccatum (*inde plus minus pendent* HIL. in psalm. 139, 15 PAVL. NOL. epist. 19, 4. *al. cf.* AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 36 exivit -um, peccatum intravit, quia in -o nequaquam qui exeat sermo trutinatur). Col. 3, 8 (Ps. Aug. spec. 89 p. 603, 10) deponite omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, -um (*gr. αἰσχρολογίαν, Vulg.* turpem sermonem). HERM. vulg. mand. 6, 2 superbia et -a et ambitiositas (elloquia *cod. unus, gr. ἀλαζονεία*). Ps. AMBR. prec. 2, 10 ventris ingluvies ... -um ... parturit. GREG. M. in Ezech. 1, 12, 25 p. 936^C *praedicator ostendit*, qualiter -um munitionem cordis destruat (*cf.* moral. 7, 60 grave -um in corde toleramus). moral. 30, 13 aliter nimis taciti, aliter -o vacantes *admonendi sunt. al.*

2 *de eo quod editur loquendo (scribendo infra l. 37. 50. 52. 58) i. q. multa verba*: ITALA Matth. 6, 7 (cod. a b *al.* = VVLG.) putant ... quod in -o suo exaudiantur *ethnici* (*inde plus minus pendent* AVG. epist. 130, 19. BENED. reg. 20, 3 non in -o, sed in puritate cordis ... nos exaudiri sciamus. *al.*). DON. Ter. Eun. 207 amatorium -um et vaniloquium continet ista actio, nam et repetit quod iam dictum est *eqs.* (CASSIAN. conl. 9, 3, 1 detractationes, vaniloquia seu -a, scurrilitates ... amputandae. *cf.* RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 237, 31 vano -o sunt usi qui dicunt [*gr. I 1, 6 p. 159, 3 εἰκῇ πεφλυαρήκασιν*]). Phorm. 440, 2 ne -o frangeretur superiorum comminatio. HIL. ad Const. 2, 6 impietates nostras nobis in populis -is defendimus. in Matth. 5, 1 non -o, sed conscientia admonemur. SYMM. epist. 1, 50, 2 facile erit angustias scriptorum tuorum -o repensare. 1, 75 nunc mihi -o temperandum est. CLAVD. DON. Aen. 1, 80 p. 31, 3 -o tractum tempus. 4, 330 p. 402, 21 ne superfluo -o tereret tempus (QVODV. Aug. epist. 221, 1. *cf.* RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 100, 38 superfluum est -o uti. c. aceph. p. 1222^D ut non superflue ad -um pertrahamur). *al.* AMBR. off. 1, 3, 12 alliga sermonem tuum, ne ... -o peccata sibi colligat. in psalm. 118 serm. 8, 35, 1 ne forte ... lingua sermone labatur aut -o incauto etiam, quod mens non cogitavit, incurrat loquendi facilitate. HIER. in Is. 22, 2 p. 268^A doctrina haereticorum ... in -o et clamore versatur. 32, 9 p. 362^C non -o Iudaeorum, sed brevitate fidei adorent dominum (*cf.* CASSIAN. conl. 15, 3, 2 apostolica -um eius brevitate concludens). PAVL. NOL. epist. 21, 5 -o fatigare te. AVG. c. Iulian. 2, 6, 16 et eos -i (-loquo *var. l.*) strepitu perstringere cupiebas. c. Iulian. op. imperf. 3, 141 mirabili studio brevitatis octo libros uni meo reddis, quem nec tanta -i prolixitate convellis. retract. prol. 2 si quippe incidunt ex -o etiam in falsiloquium (*cf.* RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 101, 30 partes epistulae ... -is falsis plenas). EPIST. pontif. 374 Conc.^S I 2 p. 8, 7 tentus quodam -o labebaris (*gr. I 1, 1 p. 78, 24 πολυλαλίᾳ*). CONC.^S I 2 p. 41, 6 non ad -um tendens (*gr. I 1, 1 p. 29, 8 μακρολογίαν*). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 210, 28 longo -o ... maledixit. CONC.^S I 5 p. 279, 38 respicienda ... erunt non illorum -a (*gr. I 1, 6 p. 146, 6 βατταρισμοῖς*). CASSIOD. hist. 7, 23, 6 epistulas ... hic propter -um non conscripsi (*Socr. 4, 12 p. 485^B διὰ τὸ μῆκος*). Ios. antiq. 3, 198 de quibus praetermittimus enarrare naturam, ne -um legentibus fiat (*gr. μὴ δι' ὄχλου γένηται*). NICET. (?) pasch. 2 rec. B p. 97, 13 id quod quaerere propositum est ... sine molestia -i aperiamus. FACVND. fid. p. 870^D symboli se custodire fidem inani -o iactitant. *al.*

acced. gen. rei: CLAVD. DON. Aen. 11, 480 p. 487, 32 precum. AMBR. Iob 1, 6, 20 sermonis. *in pleonasmo*: RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 218, 43 tui ... -i verba.

cf. multiloquentia.

multiloquus, -a, -um. *a* multus *et* loqui. GLOSS. pollilocus (*i.* polylogus) -us, id est verbosus vel vanilocus (*cf. supra l. 29, infra l. 77*). *v. et s.* ineffabilis. *legitur ap.* PLAVT. (*iocose formatum ut vid.*) *et inde ab* ITALA. [*falsa var. l. pro* -loquii AVG. c. Iulian. 2, 6, 16.]

i. q. multa loquens, loquax: PLAVT. Cist. 149 -a et multibiba est anus. Pseud. 794 coquom ... -om. ITALA Matth. 6, 7 (cod. k *al.*) nolite -i esse sicut ethnici ([*gr. μὴ βαττalογήσητε, Vulg.* multum loqui]. Iac. 3, 1 [Ps. Aug. spec. 51 p. 524, 10; *gr. πολλοὶ διδάσκαλοι, Vulg.* plures magistri]). ANTH. 181, 4 *cattus* -um ... vorax sorbuit ore caput *picae*. AVG. c. Petil. 3, 17, 20 p. 177, 22 pergat ... sermone -o (-loquio *P1*) sed plane vaniloquo (*cf. l. 68*). CAEL. AVR. acut. 2, 2, 10 erit ... tacitus is, qui natura atque sanitatis tempore fuerat -us. ISID. reg. monach. 17, 1 levioris culpae reus est, ... qui -us fuerit. *m. pro subst.*: AVG. mus. 4, 11, 12 -um cave (mutil- *ed. Migne, errore typothetae ut vid.*). ISID. sent. 2, 29, 2 plerumque -orum stultitia reprehenditur.

adv. **multiloquē.** *i. q. verbose*: RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 205, 13 has Irenaeus litteras -e impetens sic adiecit *eqs.*

cf. multiloquax, multiloquie, multiloquium.

[Gruber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multimammius, -a, -um. *a* multus *et* mamma. *i. q. multis mammis praeditus*: HIER. in Eph. prol. p. 441A *Dianam Ephesiam* -am, quam Graeci *πολύμαστον* vocant *eqs.*

multimeter, (-tra, -trum). *a* multus *et* metrum. *i. qui multis metris utitur*: SIDON. epist. 8, 11, 5 *Lampridius,* si orationes illius metiaris, acer rotundus, compositus excussus; si poemata, tener -r, argutus artifex erat; faciebat siquidem versus . . . tam pedum mira quam figurarum varietate *eqs.*

multimīliēs *adv. num. a* multus *et* milies. *fere i. q. saepissime*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 1 p. 15, 12 W. saepe et -s dicuntur ista.

multimodē *v. s.* multimodus.

multimodīs *adv.* [*a* multis modis, *cf.* mirimodis. *J. B. H.*] *de formatione et usu*: CIC. orat. 153 *nostri* sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent: -s *eqs. legitur in prisca latinitate (ap. scaenicos et* LVCR.; *cf. Leo, Plautin. Forsch.² 325) et inde a* FRONTONE *(l. 33). Ciceronis aetate vocem in usu non fuisse patet e loco l. 13 citato, ita ut* CIC. fin. 2, 82 *(cf. Madvig ad l.) et* NEP. Them. 10, 4 *var. ll.* multis modis *probandae sint. aevo cadente occurrit in poesi ter (l. 30. 33. 41). afferuntur omnia exempla, quibus vox aut codicibus sive omnibus sive melioribus aut metro firmatur, praeterea emendationes certiores.* [*variat passim c.* multis modis. *falso traditur pro* multa modis LVCR. 4, 1220. 5, 187 (= 5, 422). *fort.* -s *restituendum* ENN. scaen. 22.]

i. q. multifariam, multiformiter, varie sim.: **1** *c. verbis*: PLAVT. Bacch. 385 -s meditatus egomet mecum sum. Mil. 1190 -s sapis. Persa 706 nomen -s scriptumst tuom. :: ita sunt Persarum mores, longa nomina, contortiplicata habemus. TER. Andr. 939 ne istam -s tuam inveniri gaudeo. Phorm. 465 -s . . . es vituperandus. Hec. 280 filium -s iam expecto. LVCR. 2, 1055 cum . . . semina . . . -s volitent. 3, 115 est aliud . . . in nobis, quod . . . -s agitatur (*cf.* AVIEN. orb. terr. 391 *gentes* -i⟨s⟩ . . . agitantes; *Dionys. periheg. 265 πλεῖστοι*). 4, 1155 -s . . . pravas turpesque *cupidines* videmus esse in deliciis *eqs.* 5, 1406 ducere -s voces. 6, 997 natura viarum -s varians (*cf.* CARM. de fig. 172 fit mutatio -s). FRONTO p. 41, 12 v. d. H. (— p. 46 N.) imagine -s uti (*cf.* SYMM. epist. 3, 23, 1 defruimur). p. 150, 18 (— p. 157 N.) unam eandemque sententiam -s faciunt. EPIT. Alex. 22 *mulierem* repente conspicatus est -sque admiratus *eqs.* (multis modisque *trad.*). CHALC. comm. 329 *silvam* conformari . . . ab introeuntibus -s. DICT. 6, 4 sibi per dissensionem popularium -s periclitanti. FVLG. myth. 1, 12 quod in suo (*i. solis*) processu et occasu eius orbita -s significationem monstret effectus (multimodos *var. l.*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 2 p. 708 dulces . . . -s aquae sunt (*gr. 3, 50 διαφόρως*). PAVL. PELL. 229 -s quisset nostrae prodesse iuventae. VIRG. gramm. epist. 3 p. 132, 14 -s . . . vias intentare. p. 134, 27 verbum -s (*an* multimodas*?*) ac multifarias habet sententias. *? iuxta* esse (*aliter l. 31*), *ita ut in vim adi. vergere videatur*· LVCR. 3, 856 motus materiai -s quam sint (*B, prob. Lachmann, Bailey*; multimodi *cet. codd., prob. multi edd.*).

2 *c. adi., partic.* (*cf. l. 30. 41*): PLAVT. Most. 785 servos -s fidus. TER. Haut. 320 -s iniurius. PACVV. trag. 307 o -s (-diis *trad.*) varie et dubium et prosperum copem diem. LVCR. 1, 895 semina -s inmixta . . . multarum rerum (*sim.* 4, 644. *cf.* 2, 1060 coacta). 3, 588 -s ut noscere possis dispertitam animae naturam (*cf.* 3, 620 -s partitis artubus). DICT. 3, 11 vulnera . . . -s impressa.

deriv.: multimodus.

***multimodus,** -a, -um. *a* multimodis *formatione retrograda q. d.*; GLOSS. -a multiplex, multis modis. *legitur inde a* TERT., *nisi iam* LVCR. 3, 856 *recte trad. (v. l. 45).* [*confunditur c. adv.* multimodis *l. 40. 45; c.* multinodus MART. CAP. 4, 423. *loco corrupto*: APVL. Plat. 1, 7.]

i. q. multiplex, varius sim.: **1** *de rebus*: **a** *incorporalibus* (modis *l. 71*): TERT. anim. 52, 3 ut est -a condicio causarum (*cf.* CASSIOD. Ios. antiq. praef. 1, 8 causis [*gr. πολυτρόποις*]). idol. 10 p. 39, 24 affines illos esse -ae idololatriae. HIL. in psalm. 2, 2 -am . . . sermonum intellegentiam (HIER. in Eph. 6, 11 ingenia). syn. 62 in hac -a plurium sententiarum absolutione. ZENO 1, 12, 5 opes -as ac profundas promittit. PRISCILL. tract. 4, 78 -a veritatis . . . argumenta (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 105, 4 -a veritate rationum). can. 44 p. 128, 16 per -am spiritus sancti gratiam. CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 77, 4 post -um scelus admissum (*cf.* PRVD. cath. 5, 83 plagis. POMER. 3, 20, 1 persecutiones). PAVL. NOL. carm. 10, 9 -is (multamodis *var. l.*) . . . querellis (*cf.* AVG. conf. 13, 1, 1 vocibus). 21, 85 -is inluso carmine metris (*cf.* 23, 30 modis⟩. 23, 101 *quae facta Christus* -a virtute gerit. epist. 23, 33 p. 190, 5 suavitates (*cf.* AVG. civ. 22, 24 p. 615, 16 D. -a et varia pulchritudine. AVIAN. fab. 15, 5 decore). AVG. civ. 22, 22 p. 607, 9 D. -a varietate (doctr. christ. 4, 10, 25. *al.*). conf. 10, 17, 26 vita. MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 1 p. 395/6 fides . . -a (*gr. πολύσημος*) est in hac vita. *al.* **b** *manufactis*: AMM. 24, 2, 13 -a tela fundentes (*cf.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 197, 29 sagittis). HIER. chron. a. Abr. 2381 (= PROSP. chron. I p. 457, 1129) -a nostrae religionis scripta. PRVD. apoth. 989 cuncta . . . contractibus inlaqueata -is (*cf.* CASSIAN. conl. 19, 5, 2 vinculis).

2 *de animantibus, plantis*: NOVATIAN. trin. 1 p. 887A animalia (*cf.* CYPR. GALL. gen. 834 pecudes). PRVD. cath. 3, 64 nos siliqua . . . legumine -o paverit (*cf.* perist. 3, 200 floribus. CYPR. GALL. exod. 153 frugibus). AVG. civ. 10, 11 p. 419, 13 D. *genus daemonum* omniforme, -um. CYPR. GALL. gen. 46 crescite -o ventura in tempora partu (*cf.* lev. 138 gentes. num. 523 pube). *al.*

adv. **multimodē.** *i. q. multifariam, varie sim.*: CHALC. comm. 60 sphaerae . . . similitudo in effigie terrae -e comprehenditur. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 31 p. 852 rem . . . -e incumulabat (*gr. 7, 443 πολὺν ὄγκον ἐπετίθει*). AVELL. p. 306, 2 episcopus . . . -e refutavit (EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 161, 16). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 15, 22 quod -e, immo et omnimode peccetur (*Isid. epist. 5, 21 p. 1337B πολλὰ καὶ παντοδαπά*). CONC.S II 3, 2 p. 85, 23 Dioscorum . . . -e in violatione . . . convictum (*gr. II 1, 2 p. 42, 10 πολλοῖς τρόποις*). EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 151, 15 -e ex interlocutionibus iudicum . . . claruerunt. BOETH. categ. 1 p. 166A ratio quoque -e dicitur (*cf.* divis. p. 889A haec vox non plura significat secundum se, sed -e de singulis praedicatur). *Gruber.*

multinōdus, -a, -um. *a* multus *et* nodus, *cf.* crebrinodus. *i. q. multis nodis sim. praeditus, tortuosus*: APVL. met. 5, 17, 3 immanem colubrum -is voluminibus serpentem. 8, 28, 2 (*per enallagen*) *arripiens flagrum* talis ovium tesseratum . . . sese -is commulcat ictibus. 10, 29, 5 (*de choro*) discursus reciproci -as (*φ*, -es *F*) ambages. PRVD. cath. 7, 139 *Ionas propheta* tectus flagellis -is (-i *var. l.*) germinis (*i. hederae sim.*). *transfertur ad orationem*: MART. CAP. 4, 423 -os (-modos *var. l. metro invito*) . . . anfractus *sermonis* (*antea*: inflexa . . . intimatio).

multinōminis, -e. *a* multus *et* nomen; *cf.* binominis *et gr. πολυώνυμος. i. quae multa nomina habet*: APVL. met. 11, 22, 6 *Isidis* deae -is.

multinūbentia, -ae *f. e* multus *et* nubere *a* TERT. *sec. gr. πολυγαμία formatum; cf.* multinubus *et v. Demmel, Neubildungen . . . bei Tert. 94sqq. fere i. q. repetitio nuptiarum*: TERT. ieiun. 1 p. 274, 12 *psychicorum fidem* tam multivorantiae quam -ae pronam (*antea*: luxuria . . ., qua saepius nubunt). pudic. 1 p. 221, 19 -ae iure.

multinubium, -ī *n. a* multus *et* nubere *vel a* mul inubus, *cf. gr. πολυγαμία. i. q. repetitio nuptiarum* (*adhibetur plur. propter homoeoteleuton*): EPIPHAN. in cant. p. 12 non semetipsam [se] sic abstinuit mulier a -is, sicut haec (*sc. ecclesia*) mundam se custodivit a multis diis.

multinubus, -a, (-um). *a* multus *et* nubere, *cf. π λύγαμος*, binubus *sim. i. qui multas uxores duxit vel qua? multis viris nupsit (m. f. pro subst. l. 38. 42. 45)*: TERT. virg. vel. 3, 5 ne -i (multi nobis *trad., corr. Rigaltius, cf.* multinubentia) scandalizentur, monogamia recusanda est? HIER. epist. 123, 9, 2 uxoris -ae. adv. Iovin. 1, 28 p. 249B Salomonem -um. AVG. bon. viduit. 12, 15 p. 322, 4 in illa . . . resurrectione -ae (multinuptae *var. l.*) istae esse non poterunt. c. Faust. 15, 5 p. 424, 2 (*in imag.*) *Manichaea congregatio* -a tot elementis vel potius meretrix prostituta daemoniis. CANON. Turner II 1 p. 45B (= 122a; *inter titulos canonum conc. Neocaesar.*) de -is (multis nubis, m. nuptiis *var. ll.; gr. Mansi 2, 539 περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 18 p. 376B illam -am mulierem, quae septem fratres habuit (*Migne gr. 44, 188C πολύγαμον*).

? deriv. multinubentia, multinubium.

multinummus, -a, -um. *a* multus *et* nummus. *i. qui magni pretii est*: VARRO Men. 549 nec -us (-tumnum- *var. l.*, -tun- *Buecheler*) piscis . . . helops . . . quivit palatum suscitare. rust. 3, 17, 6 -os asinos (-numinos *trad.*).

? **multinuptus** *v. l. 42.*

? **multio** *ζημία* GLOSS. III 457, 6. 485, 40 (*add.* i. mulcta). *cf.* multa, multatio.

multipartītus *et* **-pertītus,** -a, -um. *a* multus *et* partitus, *f.* bi-, tripartitus. *i. q. in multas partes divisus, multiplex*: PLIN. nat. 6, 66 vita mitioribus populis Indorum -pertita (-part- *var. l.*) degitur; . . . alii . . ., alii *eqs.* TERT. praescr. 7 l. 32 istam sapientiam humanam . . . in suas haereses -partitam (-pert- *var. l.*) varietate sectarum invicem repugnantium. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 10 p. 101A ignearum linguarum -partita distributio. VIRG. gramm. epit. 5 p. 26, 13 qualitas nominum non bipertita . . ., sed -pertita.

***multipeda,** -ae *f. et* **multipēs,** -pedis *c.* [*a* multus *et* pes, *cf. gr. πολύπους. J. B. H.*] *formae I^ae decl.* PLIN. nat. *18^ies et* HYG. (*p. 1591, 4*); *III^cs decl.* PLIN. nat. 11, 249 -bus. 20, 257 -em (*var. l.* -am), *deinde aevo cadente l. 69. 81sqq. de notione*: PLIN. *v. l. 77.* ISID. orig. 12, 5, 6 -s vermis terrenus ex multitudine pedum vocatus, qui contactus in globum complicatur (*cf. l. 77*). GLOSS. -s: *πολύπους. ὀκτάπους.*

1 *de bestiolis, quae multis pedibus praeditae sunt*: **a** *pro subst. i. q. vermis quidam* (*qui appellatur etiam* milipeda, centipeda *vel graece* scolopendra, oniscos, iulos, seps: PLIN. nat. 1, 29, 38. 1, 30, 15. 20, 12. 29, 136. 30, 55): PLIN. nat. 11, 249 -bus *crura obliqua sunt.* 20, 12 *-am* oblongam, pilosis pedibus, pecori praecipue nocivam; morsum tumor insequitur *eqs.* 29, 136 *-a* animal est e vermibus terrae, pilosum, multis pedibus arcuatim repens tactuque contrahens se. *indicantur remedia contra morsum -ae*: PLIN. nat. 20, 12. 41. 22, 122. 23, 55. 28, 160. *al. ipsa -a ad medicamina paranda sumitur*: PLIN. nat. 29, 143. 30, 32. 47. 55. 75. 93. 101. 114. **b** *pro subst. vel. adi. de variis animalibus*: AVG. c. Faust. 21, 10 p. 581, 15 omnis bipes, omnis -s, omnis etiam serpens. quant. anim. 31, 62 reptantem bestiolam -em, longum dico quendam vermiculum (MARCELL. med. 9, 10. 33. 35, 21). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 141, 21 ne quasi quidam -es aut chamae-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leontes colorem secundum petras et folia verterimus (p. 150, 16). Boeth. herm. sec. 2, 8 p. 183, 12 et bipes ... et quadrupes et -s animal.

2 -a *de instrumento gromaticorum quodam multos pedes longo, ut vid.*: Hyg. lim. grom. p. 153, 8 umbras *gnomonis* ... ad -am in tabula describemus.

multipertītus *v.* multipartitus. **multipēs** *v.* multipeda.

***multiplex,** -icis *adi.* [*a* multus *et* -plex, *v. s.* duplex. *J. B. H.*] *compar.* -ior *in schedis nostris deest ante* Ps. Orig. in Iob 3 p. 501C, Avg.; *cf.* magis -x *p. 1593, 74, posit. vi comparativa in locutione* '-x quam' *p. 1593, 71; superl. deest; cf.* maxime ...-x *infra l. 71. 74,* praecipue -x *infra l. 30.* Not. Tir. 65, 48 *post* quadruplex. *de notione*: Avg. civ. 11, 10 p. 476, 32 D. dictus ... spiritus sapientiae -x, eo quod multa in se habeat. Mart. Cap. 5, 469 *causa* aut simplici aut duplici quaestione aut -i continetur; ... -x vero, cum ex pluribus quaestionibus causa consistit. Gloss. *πολύπλοκος, πολυπλασίων, πολυτελής. πολυάριθμος. πολυμερής.* multa in se continens. multotiens plicatum. *al.* *legitur inde a* Plavto, Rhet. Her., Cic., Varrone.

I *praevalente respectu varietatis i. q. ex multis plus minus distinctis partibus constans, multimodis compositus, multiformis, varius sim.* (*distinguitur* multus *l. 67; accedit abl. instr. vel limit. p. 1592, 74. 77. 79, ? gen. gerund. p. 1592, 73,* ad *l. 28,* in *c. abl. l. 54. p. 1592, 72. 74. 76. 78. 82. 84*): **A** *de rebus*: **1** *incorporeis*: Plavt. Epid. 529 -x aerumna me exercitam habet, paupertas, pavor territat mentem animi (Amm. 14, 6, 4 post -es bellorum aerumnas. *al.*). Rhet. Her. 4, 44, 56 res simplex -i ratione tractatur (Cic. Tusc. 5, 11 *Socratis* -x r. disputandi rerumque varietas ... plura genera effecit ... philosophorum. Qvint. inst. 9, 3, 96. *al.*). 4, 54, 67 verborum ancipites aut -es potestates. Cic. Flacc. 6 praeturae iurisdictio, res varia et -x ad suspiciones et simultates (*cf.* Qvint. inst. 3, 9, 1 de iudiciali genere, quod est praecipue -x, sed officiis constat duobus). de orat. 1, 10 *mathematici* quanta in obscuritate rerum et quam recondita in arte et -i subtilique versentur. 1, 222 quarum rerum ... magnam -emque esse disciplinam et multas copiosas variasque rationes. Brut. 119 vagum illud orationis et fusum et -x ... genus (*cf.* orat. 106 huius -is et aequabiliter in omnia genera fusae orationis). orat. 12 curricula -ium variorumque sermonum (Verg. Aen. 4, 189 *Fama* -i populos s. replebat ... et pariter facta atque infecta canebat. *al. cf.* Liv. 5, 18, 9 *Romam* -x fama pervenerat). Cato 64 cum a cuncto consessu plausus esset -x datus. Lael. 88 est ... varius et -x usus amicitiae multaeque causae suspicionum offensionumque dantur (Cels. 5, 25, 4B Plin. nat. 18, 117. 31, 62). Varro Men. 6 auro aut genere aut -i scientia sufflatus (Val. Max. 8, 7 ext. 2. *al. cf.* Svet. gramm. 10, 4 -i variaque doctrina [*al.*]). ling. 8, 2 de huiusce *declinati* -i natura discriminum orae sunt hae: *eqs.* (Cvrt. 7, 4, 26 Bactrianae terrae -x et varia n. est. *al.*). rust. 2, 1, 21 quarta pars est de sanitate, res -x ac necessaria. Catvll. 64, 250 *Ariadna* -es animo volvebat ... curas (Sall. hist. frg. 1, 84 *Lepido* pulso segnior neque minus gravis et -x c. patres exercebat. Sen. epist. 122, 17 simplex recti c. est, -x pravi. Cvrt. 9, 2, 8 CE 375, 2. *al.*). Liv. 3, 32, 4 -i clade foedatus annus (4, 12, 6 sequitur hanc tranquillitatem rerum annus ... -i c. ac periculo insignis, seditionibus, fame *eqs. al.*). 3, 68, 8 ex otio illo brevi -x bellum rediturum (5, 10, 2 b. -x fuit eodem tempore, ad Veios et ad Capenam et ad Falerios *eqs.* 6, 21, 1. 8, 29, 11 in Vestinis -x b. nec usquam vario eventu gestum est. *al.* Iord. Rom. 150 Tarentinum, unum quidem in nomine, sed -x in victoriis). 4, 30, 9 religio. *al.* Vell. 2, 96, 3 excelsissimas ... et -es eo bello victorias. Val. Max. 8, 7 ext. 3 geometriae -es numeros (*aliter p. 1593, 31*). 9, 1, 7 *iudices Clodii voluptatibus corrupti erant*; quo in flagitio tam taetro tamque -i *eqs.* Cels. 1 prooem. 5 medicina. 3, 3, 3 cotidianae *febres* ... variae sunt et -es. 5, 17, 1A cum facultatium materia non ita -x sit, innumerabilia mixturarum genera sunt (Qvint. inst. 2, 4, 20 -i variaque. 2, 21, 8 *ter*). 7, 8, 1 curationem *oculorum*. Sen. dial. 3, 4, 3 mille ... species sunt mali -is. 9, 6, 4 occupatio. epist. 73, 9 -x belli tributum. *al.* Cvrt. 4, 10, 26 *Dareus* -i doloris exspectatione commotus et, quid potissimum timeret, incertus. 4, 16, 10 tot ludibria fortunae, ducum, agminum caedem -em (*aliter p. 1593, 23*). 5, 5, 7 in tam -i variaque fortuna. 6, 1, 9 diei ... unius tam -x casus (Tac. hist. 1, 3, 2 tam -es rerum humanarum c.). Colvm. 1 praef. 28 post hanc tam multarum tamque -ium rerum praedicationem (*seq.*: tam variae tamque vastae scientiae). Plin. nat. 2, 20 *deos pollui* tam tristi atque -i ministerio (*sc. cura humanarum rerum*). 2, 207 gemmarum pictura tam -x. *al.* Qvint. inst. 4 prooem. 6 iudicialium causarum, quae sunt maxime variae atque -es (6, 1, 8 si -x c. sit et pluribus argumentis defensa [*opp.* si breves et simplices fuerint]. *al.* Plin. epist. 3, 9, 2 fuit -x actaque est saepius cum magna varietate). 11, 3, 163 maxime varia et -x actio est probationum. *al.* Tac. ann. 6, 1, 2 patientia (Cypr. patient. 20 p. 411, 20 copiosa et -x). *al.* Svet. Iul. 35, 2 *Pharnacem* -i successu praeferocem. Claud. 21, 4 gladiatoria munera plurifariam ac -ia exhibuit (*cf.* CIL VIII 22733 ob -em eius erga rem publicam munificentiam). Galba 3, 3 *avus Galbae* -em nec incuriosam historiam edidit (Isid. chron. II p. 424, 1 *Eusebii et Hieronymi. cf.* Don. vita Verg. l. 75 Br. Aeneidem ..., argumentum varium ac -x). Gell. 6, 17, 13 in verbo tam -i (*sc.* 'obnoxius') unam tantummodo usurpationem eius notasse. Apvl. mund. 35 *imperium* aerumnosum et -x et curarum innumerabilium videtur esse (*gr. 400 b 8 πολυκίνητον*). Tert. adv. Val. 14 p. 194, 1 passioni ... -i atque perplexae (*Iren. 1, 4, 1 πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου, lat.* multifariae et variae). Itala I Petr. 3, 7 (Hier. adv. Iovin. 1, 8 p. 222B) coheredes -is gratiae (*gr. ποικίλης, quae vox deest in parte codd. nec translata est in Vulg.; cf.* Hier. *l. c.* quod significantius graece dicitur *ποικίλης*, id est 'variae'). Firmil. Cypr. epist. 75, 4 p. 812, 19 tantus est numerus prophetarum, ut -x et divina sapientia per multos distribuatur (Hier. hom. Orig. in cant. 2, 9 p. 54, 15 s., cum pro intellectus varietate sit -x, in subiacenti una est. Avg. civ. 12, 19 p. 542, 24 D. simpliciter -x et uniformiter multiformis). *al.* *de ipsa varietate sim.*: Vitr. 10, 8, 6 *pinnae hydrauli* -bus modulorum varietatibus sonantes excitant voces (Colvm. 2, 6, 2 -x v. frugum. Sen. epist. 95, 15. Sol. 27, 25 v. -x inest oculis *hyaenarum* [*Plin. nat. 8, 106* o. mille esse v.]. *al.*). Plin. nat. 2, 215 lunaris differentia. 9, 66 rubentium squamarum -i mutatione. Qvint. inst. 10, 5, 10 -i personarum, causarum, temporum ... diversitate (Firm. err. 26, 4). *al.*

-um (Persa 739. *al.* TER. Ad. 460 -mum). Rud. 453 illud mali (*sc. leno*) -s nobis vivit (*i. magis viget, aliter l. 29*) quam ratae *sumus*. Truc. 733 *v. p. 1611, 22. al.* TER. Haut. 668 nisi me animus fallit -um, haud -um a me aberit infortunium (CIC. Verr. II 1, 88 -um te ista fefellit opinio et quidem -is in locis). CIC. Quinct. 21 quo utebatur iste -mum (S. Rosc. 27 Verr. II 1, 139. *al.*). Manil. 13 non -um ... differant. leg. agr. 2, 91 -um in posterum providerunt, quod ... urbem ... reliquerunt (Mur. 81 Rab. Post. 1. *al. cf.* Mur. 59 prospicientes). div. 2, 142 tam -um dormiens. *al.* VARRO Men. 548 risi -um, lusi modice. CAES. Gall. 4, 1, 8 neque -um frumento, sed maximam partem lacte ... vivunt -umque sunt in venationibus. VERG. georg. 1, 94 -um adeo ... iuvat arva *occans*. Aen. 6, 481 -um fleti (*i. πολύκλαυτοι*). HOR. carm. 1, 25, 5 amat ... ianua limen, quae prius -um faciles movebat cardines (*v. Kießling-Heinze ad l.*). SEN. epist. 93, 4 vita nostra non -um pateat, sed -um pendeat. PETRON. 117, 9 ut -mum tussiat. ITALA Is. 55, 7 (Cypr. testim. 3, 11 p. 122, 11) *deus* relinquet -um peccata vestra (-a M^2, in -um *LB et edd. vet., gr. ἐπὶ πολύ*, VVLG. -us est ad ignoscendum [*cf.* HIER. in Is. 55, 6/7 p. 534^B -us est in misericordiis et facilis ad i.]). HERM. Pal. vis. 1, 3, 1 ut -um corrumperentur (*gr. δεινῶς, vulg.* saeve). PS. AMBR. nat. rer. 109 Migne suppl. 1, 615 -um scire velim, quid *eqs. al.* **β** *c. respectu temporis -i vergit in notiones q. s. saepe vel diu* (GLOSS. V 118, 14 -um: diu): TER. Hec. 236 ut cum matre -s una esset ([DON.: diu ac maiorem partem]. Phorm. 194 domum ire pergam: ibi -mum est [CELS. gramm. frg. Char. gramm. p. 274, 18 B. *ad l.*: nunc adverbium est pro 'ibi saepe, ibi frequenter est']. CIC. Verr. II 2, 49 *seq.* semper. Brut. 178. fam. 2, 10, 2 -um est ... in his locis: 'hicine est ille ...?'. ad Q. fr. 1, 2, 14. *al. cf. l. 11*). CIC. Brut. 310 id ... faciebam -um ... Latine, sed Graece saepius. CAES. Gall. 4, 3, 3 -um (-i *altera classis codd.*) ... mercatores ventitant. NEP. Chabr. 3, 4 Conon -mum Cypri vixit (AVG. in psalm. 137, 17 -s hic viveret, sed in aeternum non viveret [*infra*: paulo amplius]. *aliter l. 1*). VERG. Aen. 10, 838 -a ... rogitat -umque (SERV.: pro 'saepe') remittit, qui revocent *eqs.* ITALA Matth. 9, 14 *v. infra l. 49.* SCHOL. Iuv. 6, 275 rare ac -um. *in circumscribenda multinubentia*: TERT. castit. 7 l. 6 cautum est in levitico: 'sacerdotes mei non -s nubent'; possum dicere etiam illud '-s' esse, quod semel non est *eqs.* CANON. Turner II p. 28 qui -um nubserint. *distinguendi gratia accedit* tempore: INSCR. Gall. Wuilleumier 290, 8 (*s. VI*) -um t. egretudinebus laboravit. **γ** -s *per ellipsin fere i. q. eo magis, potius*: SEDVL. carm. pasch. 4, 239 cum damnare parat *Pharisaea manus* ..., -s liberat (*op. pasch. 4, 19* damnare cupiens liberavit).

b *plur.* -a *fere i. q. valde, identidem* (*exempla certiora; v. etiam l. 16. p. 1618, 80*): LIV. ANDR. carm. frg. 22 nexabant -a inter se flexu nodorum dubio (*cf. Hom. ϑ 378 ὀρχείσθην ... ταρφέ' ἀμειβομένω et Schol. V ad l. πυκνῶς πλέκοντες εἰς ἀλλήλους. v. Fränkel, Herm. 67, 1932, 306*). ENN. ann. 49 -a manus ... tendebam (*Vahlen cft. Apoll. Rhod. 1, 248 πολλὰ μάλ' ... χεῖρας ἄειρον, sed* -a *nom. sg. f. putat Ges. phil. Schr. I 400*). CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 2 qui -a deos venerati sint contra eius *Caesaris* salutem. PROP. 2, 26, 28 *v. p. 1616, 83.* ITALA Matth. 9, 14 (cod. d) ieiunamus -a (*gr. πολλά, cod. k* -um, *al. et Vulg.* frequenter).

2 *coniungitur c. nominibus, fere adi., partic.* (*adv. infra l. 74. p. 1618, 2; hic illic accedunt adminicula verbalia, ita ut ad totam sententiam referri possit, ex. gr. l. 81*): **a** *c. positivo*: **α** -um (-a *l. 62*): PLAVT. Aul. 124 haud falsa sum nos odiosas haberi; nam -um loquaces ... omnes habemur. Capt. 87 *parasiti sumus* odiosicique et -um incommodestici. 272 non -um fuit molesta servitus (Men. 572 hoc utimur maxime more moro molestoque -um). Men. 731 -um et audax et mala es. *al.* ENN. ann. 625 -um ante alias infelix littera (APVL. apol. 16 admirabilis). CIC. leg. agr. 3, 13 vir -um bonus. off. 1, 109 -um dispares (*cf.* HOR. sat. 2, 5, 92 similis. epist. 1, 10, 3 dissimiles [PLIN. nat. 2, 125]. 2, 2, 62 diversa [IVV. 10, 3. TAC. Agr. 11, 3. SVLP. SEV. chron. 1, 4, 6 -a diverso ... ritu]. LVCAN. 6, 687 discordia. 9, 190 inpar. TAC. ann. 1, 13, 1 discrepans. 3, 24, 1 haud -um distanti [*al.*]). HOR. sat. 2, 3, 147 -um celer atque fidelis. SVLPICIA Tib. 3, 16, 1 securus -um (FRONTO p. 223, 5 v. d. H. [= p. 235 N.] satis quietum et -um securum). OV. met. 4, 155 o -um miseri. PERS. 3, 86 -um ... torosa iuventus. PLIN. nat. 4, 115 fabulosus. PLIN. epist. 1, 9, 7 -um ineptos labores. FRONTO *saepius*. GELL. 13, 20 (19), 8 iam -um senex. 19, 10, 14 grammaticus sudans -um ac rubens -um. APVL. met. 10, 26, 6 saucius. LACT. inst. 5, 1, 23 parum facilis et minus comptus et -um obscurus. AVG. in psalm. 89, 14 -a et -um mala ... temporalia (*per polyptoton ut*: ROMVL. fab. 60, 1 rec. vet. meretrix ... perfida -um [*om. recc. gall. et W*] -is). *al.* **c.** *adv.*: CIC. Att. 9, 9, 3 non -um secus. HERM. Pal. sim. 6, 4, 2 -um (*om. vulg.*) exiguum ... cruciantur (*gr. ἐλάχιστον*). ITIN. Anton. Plac. 10 recc. AB non -um longe (12 recc. AB. 25 rec. A [-um *om. rec. B*]. AVG. serm. coll. Morin p. 610, 6). AVG. in euang. Ioh. 36, 5 -um alte. SORAN. praef. p. 3, 16 -um breviter. ORIBAS. syn. 7, 1, 13 Aa p. 132 -um utiliter (*gr. πολύχρηστος*, La -um utiles). 9, 16 La p. 303 -um valde (*gr. 9, 15, 13 ἱκανῶς*). FERRAND. epist. 7, 16 p. 944^D -um veraciter. **β** -s: PLAVT. Aul. 420 homo nullust ..., quoi ego de industria amplius male -s lubens faxim. Cas. 677 tibi infesta solist -s quam cuiquam (IREN. 2, 17, 10 [= 2, 22, 4 H.] -s caecos q. se. 4, 38, 4 [= 4, 63, 3 H.] -s irrationales sunt q. muta animalia. *cf.* HOR. sat. 1, 3, 52 truculentior atque -s aequo liber). ENN. scaen. 308 -s miser sim. TERT. spect. 17 p. 19, 3 *meretrices* -s miserae in praesentia feminarum. *al.* **c.** *adv.*: VAL. MAX. 5, 4, 3 -s iusto aspere. ITALA eccles. 7, 24 (Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 75, 2) sapientia longe facta est a me, longe -s quam erat (*gr. μαχρὰν ὑπὲρ ὃ ἦν*, VVLG. longius ... -o magis). ALC. AVIT. epist. 18 p. 49, 30 adhortatorie -s quam aspere. *concise* -s quam: CIC. Phil. 2, 31 eos ... -s q. sicarios, -s q. homicidas, -s etiam q. parricidas esse. LIV. 2, 58, 5 -s q. paterno odio. 10, 28, 4 prima ... proelia -s q. virorum, postrema minus q. feminarum esse. *al.* LVCAN. 1, 1 ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 35. *al. vice versa*: ALC. AVIT. epist. 51 p. 79, 32 q. -s paternam declamationem, quam maxime hereditariam benignitatem (qua *ed. Sirm. bis*). **γ** -mum: TERT. apol. 7, 8 -mum mendax *fama*. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 4 libido promiscua et -mum nuda. spect. 27 p. 26, 20 conditis pulmentis et bene saporatis et -mum dulcibus. uxor. 1, 5 l. 11 *onera* nobis ... -mum importuna, quantum fidei periculosa. GARG. MART. med. 28 p. 162, 15. FIRM. math. *saepius*. ADNOT. Lucan. 8, 635. AVG. civ. 5, 3 p. 194, 25 D. -ma -mumque diversa. cons. euang. 2, 42, 90 SORAN. p. 67, 13 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 33. 4, 6, 85. 5, 1, 13. ACT. Archel. 31, 1 homo ... dives -mum.

b *c. comparativo* (*adverbiis vi compar. praeditis l. 30*): **α** -um (*var. l.* -o *l. 25. 26 et probabilior* OV. trist. 5, 11, 7 STAT. Theb. 6, 701; *v. p. 1616, 25*): PLAVT. Most. 824 -um (*P deficiente A; 'a Plauto alienum' Leo* -o *substituens cum Italis*) improbiores. CIC. de orat. 3, 92 maius (LVCAN. 2, 225 SIL. 13, 708. HIPPOCR. aer. 12 p. 29, 6 meliora et m.; *gr. πολύ*]). PLIN. nat. 2, 34 inferiorem. *al.* SIL. 13, 683 STAT. Theb. 6, 583. 9, 559 silv. 3, 4, 12. 5, 3, 201. QVINT. inst. 10, 1, 94 -um (-o *P*) [et] est tersior ac purus magis Horatius. IVV. 10, 197 (-o *Explan. in Don. gramm. IV 492, 15*). 12, 66 AVG. serm. 66, 5. CONC.^{S} I 5 p. 264, 19 -um valde doctius (p. 151, 37 -o, *gr. I 1, 6 p. 124, 1 πολὺ λίαν*). SIDON. epist. 4, 18, 4. CAES. AREL. serm. 45, 2 p. 193, 29 -um -s. *al.* *cf.* PLIN. nat. 28, 108 -um infra (33, 119). QVINT. inst. 12, 6, 1 -um ante. **β** -s (-s magis *vel* m. -s *v. p. 68, 65*): CIL IX 1681, 7 (*a. 257*) -s ... beneficia uberiora. SCHOL. Iuv. 10, 350 ('carior') -s ... cariores. VVLG. II reg. 6, 22 vilior fiam -s quam factus sum. Sirach 23, 38 oculi domini -o -s lucidiores sunt super solem (*gr. 19 μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι*). AVG. serm. coll. Morin p. 162, 20. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 5 vanissimus et -s iusto inflatior. HESYCH. in lev. 13, 1sqq. p. 931^B -s quam prius latior. COMM. apol. 5 -s eram quam palea levior. SORAN. p. 23, 10 obstetrix sedeat in humiliori sella ... et in aliquantum apertis pedibus suis, -s tamen humilioribus. THEOD. PRISC. log. 71 PHYSIOGN. 21. ROMVL. fab. 21, 5 rec. gall. -s (*om. recc. vet. et W*) ... melior (RVF. podagr. 31. *cf.* HIST. Apoll. rec. A 16 non potest esse melius, non esse dulcius -s isto [*rec. B* n. p. m., non potest d.]). MART. CAP. 7, 727 -s solito laetior. VEN. FORT. Mart. 1, 55 -s aqua frigidior. *al.* **γ** -mum: MART. CAP. 6, 614 latitudo ... -mum minor est. 6, 640 angustior -mum ([*Sol. 2, 23* artissima]. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 67 nunc intervallis longioribus ..., nunc angustioribus -mum vel parum). MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 3 p. 393/4 -mum inferiora illis (*gr. τοσοῦτον ἐκείνων ἀπολιμπανόμενα*). *cf. p. 1619, 12.*

c *c. superlativo* (*cf. abl. mens. p. 1616, 46*): **α** -um: GRATT. 133 mater ... -um pulcherruma. **β** -s: *usu explicativo*: HERM. vulg. mand. 5, 1, 6 animaequitas dulcissima est -s quam mel (*gr. γλυκυτάτη ... ὑπέρ, Pal.* melle dulcior). *usu pleno*: ORIBAS. syn. 2, 12 La p. 99, 4 Mø. medicamen in -ma[m] utilem, nihil enim -s utilissimus est ([*gr. εἰς πολλὰ χρήσιμον ... πολυχρηστότερον*, Aa in -is utilissimus ... -s desiccatibum]. 2 add. p. 140, 11). *concise* -s quam (*cf. supra l. 5*): ALC. AVIT. epist. 49 p. 78, 1 -s, si dici potest, q. piisimi domni. CIL IX 1876 homo -s q. benignissimus.

B *abl.* -o *v. p. 1616, 62.*

C *iuncturae praepositionales notionem q. e. valde exprimentes*: in -mum: ITALA psalm. 50, 4 (Ambr. in Luc. 3, 38 p. 127, 8) in -mum lava me (*gr. ἐπὶ πλεῖον*, cod. 400 et -um, Hier. psalt. sec. Hebr. -um [-e *Hafn.*], *Vulg.* amplius). in -um: IREN. 3, 7, 1 ut non nunc in -um avocemus mentem nostram a proposito. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 18 in -um ... proficit nomen Christi ad fidem. SORT. Sangall. 6, 12 in -um tibi consentit. 29, 10 amicus te in -um diligit. PS. HIER. epist. 3 (= PAVL. NOL. epist. app. 1, *fort.* PELAG.), 8 p. 435, 14 quia ⌊in -um⌋ abundavere tribulationes ..., superabundavit bonitas (⌊⌋ inultum *vel* -um *var. ll.*). *cf. p. 1617, 16 et* PAVL. NOL. carm. 21, 786 in -um referente deo, quod sumpserat a te. in -a: EXPOS. mundi 26 Caesarea *Palaestinensis* civitas est ... abundans omnibus et dispositione civitatis in -a eminens; tetrapylon enim eius nominatur ubique *eqs.* in -o: SORT. Sangall. 2, 3 in -o[s] gloriaris. 8, 9 si taces, in -o gratulaveris.

D ut -mum *i. q. plerumque ad redd. gr. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*: PS. AMBR. philos. epist. p. 1152^A cuiusmodi fuerit dux, tales ut -mum subditos fieri necesse est. p. 1154^A Graeci ... ut -mum sapientibus viris observandis minus dediti, aspernantur ea, quae ab his recte fuerint elucubrata.

? adv. **multē.** *i. q. multum, valde* (*contextu barbaro*): HIPPOCR. aer. 1 p. 3, 9 ea qualitatem virtutes -e differunt (*sic P^1*, et qualitate virtutum -a d. P^2, et qualitate virtutis -um a se d. *A; gr. ἡ δύναμις διαφέρει πολὺ ἑκάστου*). *v. et l. 62.*

? adv. compar. **plūrius.** *i. q. plus*: AVG. catech. rud. 4, 4 si hoc etiam in turpibus amoribus, quanto -s in amicitia? ([*sic legi in codd. Vaticanis et ed. Amerbachii*, purius *in plerisque codd. dubitanter adno-*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tant Maurini; plus *cett. et edd.*]. epist. 192, 1 *caritas* tanto maior adquiritur, q. -s redditur [pluribus P^2]). SACR. Gelas. 1,20 p. 514 (= Greg. 3, 5) quanto magis fragiliores sumus, tanto his *adiumentis* -s indigemus (*sic* Gelas. *V et Miss. Franc.*, Greg. C^2 [*v. Lietzmann, ed. p. XXXI*], pluribus *cett.*).

adv. superl. **plūrimē.** [*falsa var. l.* CIC. fam. 2,3,2.] *i. q. plurimum, maxime*: **1** quam -e (*cf. p. 1613, 4*): GROM. p. 365, 25 ex tertia hora . . . stagnum finalem constituimus, et q. -e contra tertiam horam. EXPOS. mundi 36. CHIRON 73 abstineto iumentum . . . q. -e ab aqua (*Veg. mulom. 2, 17, 2* vel maxime). DIOSC. 4, 188 p. 93, 2 ubique, q. -e locis aquosis. ORIBAS. syn. 4, 33, 4 Aa p. 37 q. -e . . . humidior (La multum . . . h., *gr. τὰ πολλὰ . . . ὑγρότερα*). 7, 31, 2 Aa *et* La p. 173 sq. (*gr. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*). 7, 40 La p. 183 (*Aa* q. maxime, *gr. τὸ . . . πλεῖστον*). PHILVM. med. 1 p. 114, 8. *notione q. e. summum* (*cf. p. 1615, 44*): ORIBAS. syn. 3, 210, 2 La das ex eo *medicamento* q. -e l. IIII (*gr. τὸ πλεῖστον*). RVF. podagr. 19. **2** si -e: CHIRON 737 quibus necesse erit si -e (*'ubi plurimum' Buecheler*, sic -e *Oder*) subvenire. **3** *nude*: SORAN. app. 58 quod appositum -e prodest.

deriv.: multesimus, multisper, multitudo, multogenti, multotiens; pluralis, pluralivus, pluries, pluritas, plusculus.

compos.: multangulus, multannus; multibibus, multicavatus, multicaulis *sim.*, *?* multoditatus; permulti, perplurimi; pluspetitio, plusquam, plusscius; complures (quam p.); plurifariam, plurifarius, pluriformis *sim.* *B.*

CIL IV 4885 **muluiu mului** *sub imagine avis* (*an milvi?*); muluius *bis scriptum fuisse confirmat Sogliano in ed. pr.*

ˢmūlus, -ī *m.* [*i. q. gr. μυχλός 'equus admissarius', cf. Hesych. μύκλοι . . . οἱ λάγνοι, alban.* mušk *'mulus', avest.* Sāi-mūžōiš *'qui mulas vel asinas varii coloris possidet'. J. B. H.*] *de origine*: ISID. orig. 12, 1, 57 a Graeco tractum vocabulum . . ., Graece enim hoc vel quod iugo pistorum subactus 'tardas (tardus *var. l.*) molendo ducat in gyro molas' (*frg. inc. auctoris ut vid.*). *scrib. graec. litt.*: PAP. Corp. 275, 6 *μούλους*. *formas dat. (abl.) plur. ambigui generis v. infra l. 53. 54. 64. al.* PLIN. nat. 1, 29, 14 sqq. *medicinae ex* -is (*item* 1, 30, 8 sqq.; *sed in ipsis libris dicuntur et* -i *et* -ae). *cf.* IVLIAN. dig. 32, 62 (*ex Sulp. Ruf.*) -orum appellatione etiam mulae continentur. *vocativus p. 1620, 22.* GLOSS. *ἡμίονος ἐξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου. ὀρεύς.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, LVCIL., CIC. [*it.* mulo, *sard. centr. et mer.* múlu, *raet. occ.* mül, *or.* mul, *francog. vet., prov., cat.* mul, *hisp.* mulo, *port.* mú (mulo*?*); *cf. M.-L. 5742. Battisti-Alessio IV 2527. Wagner II 136. Corominas III 475 sq. Machado II 1551 sq. G.*] [*variat c.* mula CARM. pop. Gell. 15, 4, 3 (*v. p. 1620, 77*). COLVM. 6, 27, 9. *falso trad.*: TITIN. com. 140 vende thensam atque -os (hinnulos *Haupt recte*). MART. 6, 77, 7 *var. l. pro* ginno (*cf. vol. VI 2, 1996, 30*). *e coni. dub.*: PLAVT. Truc. 551 ite hac simul -i eri damnigerulae (*sic Palmerius*, mulierei *codd. deficiente A, 'qui mulieri damnum nostrum geritis' Leo*).]

A *usu sollemni de animali ex asino et equa nato* (*opp.* hinnulus *vel* hinnus VARRO ling. 9, 28 rust. 2, 8, 1. 6 PAVL. FEST. p. 33 PLIN. nat. 8, 172. *cf. l. 37 et ad rem Olck, RE VI 655 sqq.*): **1** *proprie*: **a** *in universum*: PLAVT. Aul. 494 ego faxim, -i, pretio qui superant equos, sint viliores Gallicis cantheriis. 501 mihi . . . aequomst purpuram atque aurum dari, ancillas, -os, muliones, pedisequos (*cf.* LIV. 7, 14, 7 -is strata detrahi iubet . . ., agasones . . . imponit. *v. et p. 1620, 79*). CATO agr. 62 iuga . . . -orum (LVCIL. 435). 138 -is, equis, asinis feriae nullae, nisi si in familia sunt. LABER. mim. Tert. apol. 48, 1 (p. 366 Ribb.^{3}) hominem fieri ex -o, colubram ex muliere. CIC. Verr. II 5, 83 ubi -i, ubi tabernacula, ubi tot tantaque ornamenta magistratibus . . . permissa et data (leg. agr. 2, 32 SVET. Aug. 36). nat. deor. 2, 159 longum est -orum persequi utilitates. fam. 7, 1, 2 quid . . . delectationis habent sescenti -i in Clytaemestra *fabula*? 16, 9, 3 equum et -um Brundisi tibi reliqui. CAES. Gall. 7, 45, 2 magnum numerum impedimentorum . . . -orumque. VARRO ling. 9, 28 -us aut mula (rust. 2, 8, 4 PLIN. nat. 29, 106. 30, 80 LAMPR. Alex. 42, 4. *al. v. etiam infra l. 76*). rust. 1, 20, 4 *in arando* alii asellis, alii vaccis ac -is utuntur. 2, 1, 28 -orum fetura. 2, 8, 5 in grege -orum (2, 8, 6. 2, 9, 2). HOR. sat. 1, 6, 105 ire licet -o vel si libet usque Tarentum. epist. 1, 6, 61 *ut e foro* referret emptum -us aprum. 2, 2, 72 festinat calidus -is gerulisque redemptor. *al.* *in mythologia*: PAVL. FEST. p. 148 -us vehiculo Lunae habetur, quod tam ea sterilis sit quam -us vel quod, ut -us non suo genere, sed equis creatur, sic ea solis, non suo fulgore luceat (*cf. ἡμίονον Lunae in solio Iovis Olympici sculptum Paus. 5, 11, 8*). *nota gen. explic.*: ISID. orig. 12, 1, 57 ut -orum nova contra naturam animalia nascerentur.

b *epitheta*: *α adi.*: PLAVT. Most. 780 -os clitellarios (*al. v. vol. III 1355, 75 sqq. cf.* HOR. sat. 1, 5, 47 -i . . . clitellas tempore ponunt. COLVM. 6, 37, 11 clitellis aptior -us, illa *mula* quidem agilior). PLIN. nat. 8, 174 ginnum id est parvum -um. TERT. uxor. 1, 4 l. 41 Gallicos. VOPISC. Aurelian. 7, 7 (*ex epist. imp. Aureliani*) centuriatum. EPIST. Alex. l. 96 H. castrensium. AVSON. 419, 77 p. 374 P. aulicis. *? β gen.*: CIC. Att. 15, 18, 1 petii ab eo de -is vecturae (*si locus sanus est*).

c *respicitur deformitas vel vilitas* (*cf. p. 1621, 14 sqq.*): TERT. adv. Hermog. 40, 2 nemo se apud tonsorem pro homine -um inspexit, nisi si qui putat in hac extructione mundi disposita⟨e⟩ iam et compta⟨e⟩ informem et incultam materiam respondere. VEREC. in cant. 9, 11 in -o deferuntur, qui ex haereticis convertuntur; -i enim animalium vario genere procreantur, ex equo videlicet et asella, aut ex asello et equa; si quis ergo de Christo renatus est, sed . . . haereticus factus, si postea reatum corrigat, ex equo et asella dicitur generatus.

d *in proverbiis*: *α a consuetudine -orum inter se scabendi, sc. de hominibus, qui se mutuo mirantur*: POMPIL. epigr. 1, 3 ridiculum est, cum te cassum tua dicit amica . . .; dic rursum pusam, sic fiet 'mutua -i'. VARRO Men. tit. mutuum -i scabunt, *περὶ χωρισμοῦ* (AVSON. 340 A p. 158 P. *var. l.* scalpant. SYMM. epist. 10, 1, 3). *β a similitudine -orum cum asinis, sc. de rebus non multum inter se differentibus*: TERT. adv. Val. 19 p. 198, 11 -um de asino pingere et Ptolemaeum describere de Valentino. *γ alia*: LVCIL. 435 hunc iuga -orum protelo ducere centum non possunt (*v. Otto, Sprichw. p. 341*). CIC. fam. 9, 18, 4 potes -o isto, quem tibi reliquum dicis esse, quoniam cantherium comedisti, Romam pervehi (*cf. proverb. gr. ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους*).

2 *in imag. et translate* (*cf. supra l. 2; dub. an huc pertineat* CIL IV 2016 -us hic muscellas docuit [*cf. p. 1621, 16*]): **a** *de hominibus stupidis* (*cf.* VVLG. psalm. 31, 9 [= Tob. 6, 17] nolite fieri sicut equus et -us, quibus non est intellectus [EVCHER. form. 4 p. 27, 5 *ad l.*: -us, irrationabilis quisque. *aliter ad eundem locum* HIER. in Zach. 3, 14 p. 1539^C steriles atque lascivos]): CATVLL. 83, 3 illi fatuo . . .; -e, nihil sentis (*cf. Svennung, Catulls Bildersprache 98*).

b -i Mariani (*cf. Kempf, Rom. serm. castr., Jbb. f. Philologie, Suppl. 26, 1901, 370 et Heraeus, ALL 12, 1902, 258; solam significationem l. 30 sqq. notatam admittit Otto, Sprichw. p. 233*): *α de furculis, quibus sarcinae portabantur*: PAVL. FEST. p. 24 *aerumnularum* usum quia C. Marius retulit, -i M. postea appellabantur. p. 148 -i M. dici solent a C. Mari instituto, cuius milites in furca . . . onera sua portare assueverant. *? β de ipsis militibus hoc modo sarcinas portantibus* (*cf. Plut. Mar. 13, 1 ὥστε . . . τοὺς φιλοπόνους καὶ σιωπῇ μετ' εὐκολίας τὰ προσταττόμενα ποιοῦντας ἡμιόνους Μαριανοὺς καλεῖσθαι*): FRONTIN. (?) strat. 4, 1, 7 *Marius sarcinas furcis imposuit*, unde et proverbium tractum est '-i M.'

B *usu rariore de hinno* (*cf. p. 1621, 20*): PAVL. FEST. p. 33 -i ex equo et asina. VEREC. in cant. 9, 11 *v. supra l. 3.*

in lusu verb. c. mulier *p. 1619, 56.*

f. **ˢmūla,** -ae. *scribitur* mo-: CIL IV 2204 *μολα φουτουτρις* (*cf. p. 1621, 16*). VITAE patr. 3, 128 nisi pistor -ae oculos operiret (*verba exstant ap. editores, desunt codicibus; gr. Nau 1912 p. 208 n. 322 τοῦ κτήνους, cf. 5, 15, 80 et 7, 15, 1* animalis). *graec. litt.* (*cf. l. 38 et gr. μούλη*): HIPPIATR. gr. I 403, 11 *μάλαγμα τὸ καλούμενον 'ἄμβλα* (*i. ambula*) *μοῦλα'*. THEOPHIL. inst. Iust. 4, 3, 10 *μοῦλα, ζεῦγος μουλῶν.* *dat.* (*abl.*) -abus (*testantur* PROB. inst. gramm. IV 48, 8 DIOM. gramm. I 304, 24. *al.*, *postulat* SERV. gramm. IV 434, 8 propter testamentorum necessitatem. *sed cf. p. 1619, 36*): TERT. uxor. 2, 8 l. 21 CAPITOL. Ver. 5, 4 CLAVD. carm. min. 18 tit. MAX. TAVR. serm. 15, 2 M. ENNOD. carm. 2, 124 tit. -is (*formas ambigui generis v. p. 1619, 33*): VARRO rust. 2, 1, 25. 26 COLVM. 6, 38, 4 MART. 8, 61, 7. 14, 197, 1. GLOSS. *ἡμίονος. ὀλκάς.* *legitur inde a* PLAVTO (*p. 1621, 16*), CATVLLO, CIC., VARRONE. [*it., sard. centr. et mer.* mula, *raet. occ.* müla, *or.* mule, *francog.* mule, *prov., cat., hisp.* mula, *port. vet.* mua (*port.* mula*?*); *cf. M.-L. 5742. Battisti-Alessio IV 2528. Wagner II 136. Corominas III 475 sq. Machado II 1551 sq. G.*] [*variat c.* mulus *infra l. 77.* COLVM. 6, 27, 9. *falso trad.*: PS. APVL. herb. app. 43, 2 (*cod. Vratisl.*) perniones . . ., hoc est -as (*an* lumas*?*).]

A *usu sollemni de animali nato ex asino et equa* (VARRO ling. 9, 28 *v. p. 1619, 48.* COLVM. 6, 37, 3 -a . . . non solum ex equa et asino, sed etiam ex asina et equo, itemque onagro et equa generatur. *al.*) *vel ex onagro et equa* (COLVM. *l. c.* PETRON. 38, 4. PLIN. nat. 8, 174 generantur ex equa et onagris mansuefactis veloces in cursu, duritia eximia pedum, verum strigoso corpore, indomito animo). *de toto hoc genere animalium, sc. ita ut muli simul intellegantur, dictum esse videtur* (*fortasse quia -ae magis idoneae erant ad usum*): COLVM. 6 praef. 6 (*v. p. 1621, 4*). 6, 35, 2 (*v. ibid.*). 6, 36, 1 (*cf. epitomen loci* PALLAD. 4, 14, 1 mulorum). *al.* PLIN. nat. 8, 167. 171. 174. *al.* *iuxta* mulus *p. 1619, 62.* *ad rem cf. Olck, RE VI 656 sqq.*

1 *proprie*: **a** *in universum*: CATVLL. 17, 26 supinum animum in gravi derelinquere caeno, ferream ut soleam tenaci in voragine -a (SVET. Nero 30, 3 argenteis). 97, 8 rictum, qualem diffissus in aestu meientis -ae cunnus habere solet. CIC. div. 1, 36 partus -ae *inter prodigia habetur* (2, 49 *fusius de hac re. ibid.* -am peperisse [2, 61 LIV. 26, 23, 5. 37, 3, 3 PLIN. nat. 8, 173. *al.*]. *cf.* VARRO rust. 2, 1, 25 in -is . . ., ubi nec admissurae nec feturae observantur. 2, 1, 27 *ter.* IVV. 5, 66 *sanctum virum* fetae comparo -ae. SVET. Galba 4, 2 [*inter ἀδύνατα ut* GARG. MART. cur. boum 14 CARM. Marcell. med. 8, 191]). CARM. pop. Gell. 15, 4, 3 -as qui fricabat, consul factus est (*sic Q*, -os *cett.*; *cf. Hafftter, Herm. 87, 1959, 92 sqq.*). ALF. dig. 9, 1, 5 -a calcem reiecit (*cf. l. 84*) et crus agasoni fregit (*sed iuxta* muliones 9, 2, 52, 2. *cf.* FIRM. math. 8, 19, 9 mulio vel -arum pastor). VERG. catal. 10, 19 *Sabinum mulionem ipsum* iugum tulisse, laeva sive dextera strigare -a[s] sive utrumque coeperat. HOR. sat. 1, 5, 13 dum -a ligatur. 1, 5, 18 retinacula -ae. 1, 5, 22 caput. PHAEDR. 3, 6, 1 musca in temone sedit et -am increpans 'quam tarda es' inquit. SEN. dial. 5, 27, 1 si -am calcibus repetat et canem

[L. Löfstedt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

morsu (*cf.* PLIN. nat. 30, 149 -as non calcitrare, si *eqs.*). epist. 87, 4 *tardissimae* -ae vivere se ambulando testantur (*cf. p. 1620, 43*). 87, 8 quid ad rem pertinent -ae saginatae unius omnes coloris? COLVM. 6 praef. 6 paramus in consortium operum ... bovem, -am, equum, asinum. 6, 35, 2 -arum greges. *al.* PLIN. nat. 8, 170. 173. *al.* MART. 1, 79, 3 si res et causae desunt, agis, Attale, -as. 3, 62, 6. *al.* IVV. 7, 181 mundae nitet ungula -ae. SVET. Vesp. 23, 2 ad calciandas -as. APVL. met. 7, 14, 5 *asinus* daturus dominis equarum inscensu generoso -as alumnas. VLP. dig. 21, 1, 38, 13 iugum -arum. *saepius.* **b** *epitheta*: VARRO rust. 3, 17, 7 celerius ... ex equili educeres redarias ... -as quam e piscina barbatum mullum. PLIN. nat. 8, 174 -ae veloces in cursu (*cf.* AVSON. 403, 16 p. 235 P. celeres). MART. 9, 22, 13 lutulenta. 14, 197 tit. pumilae. CLAVD. carm. min. 18 tit. Gallicis. ISID. orig. 20, 16, 5 sagmaria (*cf. l. 3*).

2 *translate c. detrectatione dictum*: **a** *de viro* (*cf. Hofmann, Umgangsspr. 194*): PLAVT. Most. 878 (*servus servo*:) iam hercle ire vis, -a, foras pastum. **b** *de muliere*: CIL IV 2203 futui -a(m) hic. 2204 *v. p. 1620, 38*. 8185 -a fellat. **c** *ad utrum genus pertineat, non liquet*: INSCR. tess. lusor. Röm. Mitteil. 11, 1896 p. 231 n. 47. p. 232 n. 74. *cf. Buecheler, Kl. Schr. III 246.*

B *usu rariore de hinno fem. generis* (*cf. p. 1620, 35*): COLVM. 6, 37, 3 *v. p. 1620, 59*. PLIN. nat. 8, 171 ex equo et asina, sed effrenis et tarditatis indomitae.

in lusu verb. c. mullus *l. 11.*

deriv.: mulinus, 1. mulio, 1. muscella. *compos.*: mulomedicus. *cf. gr. μουλάριον.* *L. Löfstedt.*

mulzium *v.* musteus *p. 1712, 13.*

[munārium, munārius *pro* mim-, *ut vid.*, GLOSS. II 586, 48 (*v. p. 987, 1*). 590, 25.**]**

***?munctio,** -ōnis *f. ab* emunctio *retrograde. i. q. actio mungendi*: ARNOB. nat. 3, 13 sequitur, ut habeant *dei* ... suspensum imbricem narium, -bus muculentis (unctionibus munculentis *trad., corr. Sabaeus in ed. pr.*) et spiritali commeabilem tractui.

1. mundālis *v.* mundialis.

2. mundālis, -e. *ab* 4. mundus. *i. q. ad mundum Cereris pertinens*: CIL X 3926 (*Capuae*) sacerdos Cerialis -is.

***mundānus,** -a, -um. *ab* 3. mundus. *vocativus infra l. 50; gradus compar. non exstant. legitur apud* CIC. (*semel, sc. versionis causa fictum, l. 45*) *et inde ab* APVL. (*p. 1622, 54*), *adamatur ab ecclesiasticis; in poesi habent* TIBERIAN., AVIEN., PRVD., CYPR. GALL., MART. CAP., RVT. NAM., PROSP., SEDVL., ALC. AVIT., DRAC., VEN. FORT. *cf.* mundialis.

i. q. ad mundum pertinens: **I** *c. respectu terrae*: **A** *generatim*: **1** *de hominibus*: **a** *m. pro subst.*: **α** *sing. c. acumine dictus ad reddendum gr. κοσμοπολίτης*: CIC. Tusc. 5, 108 Socrates ... cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, '-um' inquit; totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur (*cf. Socr. ap. Arrian. Epict. 1, 9, 1 κόσμιος*). **β** *plur. fere i. q. homines* (*aliter p. 1622, 44 sqq.*): ANON. in Matth. 9 p. 31, 14 cum apparuerit ... caelestibus ac -is *deus*. ALC. AVIT. carm. 4, 219 Noe -is veniam mundo nolente petebat. **b** *adi.*: IVL. VAL. 1, 9 p. 17, 15 rex profecto -e! (*Hist. Alex. M. I p. 17, 14 Kr. κοσμοκράτωρ*).

2 *de rebus* (*v. et p. 1623, 9 sqq.*): CAPITOL. Gord. 26, 2 *post terrae motum* Cordus ... dicit inspectis libris Sibyllinis ... -um malum esse sedatum. IVL. VAL. 1, 5 p. 10, 26 *Antipho docuit* filium mox ei *Philippo* fore, qui omnem mundum obiret ...; hunc [post ambitum -i laboris] ... periturum; 'draco quippe', ait, 'est regale animal; ovum vero forma mundialis est' ([] *om. Hist. Alex. M. I p. 11, 17 Kr., postea ᾠὸν παραπλήσιον κόσμῳ. cf.* SYMM. or. 3, 7 p. 331, 22 cum magno Alexandro -am paene militiam philosophorum comitatus exegit). AVIEN. Arat. 216 *Hippolytum* -as revocat ... in oras *Aesculapius*. 1443 flabra procellarum, -i tramitis iras. AMM. 14, 6, 3 tempore, quo ... in -um fulgorem surgeret *Roma*. 20, 11, 29 iridis formam rebus apparere -is. 22, 9, 1 velut -am cornucopiam Fortuna gestans. 25, 4, 14 quievere nationes omnes immobiles, ac si quodam caduceo leniente -o (-a *Valesius*). 29, 2, 15 fastorum monumenta -a. CONC.^{S} I 5 p. 89, 1 a sancta et -a synodo ([*gr. I 1, 7 p. 87, 1 οἰκουμενικῆς, quae vox ubique respondet in his actis*]. p. 96, 25 [*I 2 p. 66, 11. al.* universali]. II 2, 2 p. 7, 35. *cf.* II 2, 2 p. 12, 22 concilium [*II 2, 2 p. 64, 13. al.* universali]. p. 14, 10 ecclesia). p. 95, 28 sciat haec omnia (*sc. incarnationem etc.*) causas fuisse salutis -ae (*gr. I 1, 7 p. 95, 11 οἰκουμενικῆς, I 2 p. 58, 25. al.* mundi, *II 3, 1 p. 210, 22* universalis). NOVELL. Anth. 2 pr. quoniam ... -is compendiis proficit, ut circa regendum utrumque orbem id praecipue custodiendum credamus *eqs.* NOVELL. Iust. 23, 2 si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex -is provisionibus *eqs. al.* *n. pl. pro subst.*: ALC. AVIT. carm. 4, 554 *diluvio finito mare* in chaos antiquum linquens -a redibat.

B *aetate Christiana fere contemptim dictum i. q. saecularis, paganus sim.* (*in lusu verborum c.* 1. mundus: AVG. civ. 7, 26 p. 308, 27 D. VEN. FORT. Mart. 2, 420. *c.* mundatorius: AVG. serm. 164, 8, 12):

1 *de rebus*: PS. APVL. Ascl. 12 futurae aeternitatis spe animae in -a vita periclitantur (GAVDENT. serm. 20, 2 G.). IREN. 5, 22, 2 *docuit apostolus nos* nec divitiis nec gloria -a (mundi *var. l.*) ... capi (GAVDENT. serm. praef. 5 G. *opp.* dei gloria. FVLG. myth. 2, 11 p. 51, 22 [*gr. Thaletis frg. ficticium κοσμικῆς*]. VITA Caes. Arel. 1, 2). ARNOB. nat. 2, 16 dum ... properamus humana, ex -is circulis sequuntur nos causae, quibus mali simus (*cf.* EVAGR. vita Anton. 44 p. 907 conversatione [*al.*]). ZENO 1, 3, 4 praestigiae. 2, 21, 2 voluptas (2, 45, 1. *al.*). *al.* OPTAT. 3, 3 p. 75, 22 Tyrum Carthaginem esse etiam -ae litterae protestantur (p. 79, 13. CASSIOD. inst. 1, 21, 2 *syn.* saecularium, *opp.* divinis). GAVDENT. serm. 1, 13 G. evocans nos in lucis opera de tenebris actuum -orum (CE 1516, 14 NICET. vigil. 3 p. 58, 19). 18, 1 et -ae sapientiae litteris eruditus es et veram dei sapientiam per sacras litteras didicisti (EVAGR. vita Anton. 93 p. 973 FVLG. Theb. p. 183, 24. *al.*). RVFIN. hist. mon. 7 p. 412^{C} desideria. Orig. in cant. 1 p. 150, 16 *si anima* a divinis studiis declinaverit, necesse est eam dare operam studiis -is et sapientiae saeculi (MART. CAP. 2, 141 IVNIL. praef. p. 468, 3 CASSIOD. in psalm. 135 praef.). AVG. serm. 277, 3, 3 philosophia. PS. AVG. serm. ed. Mai 50, 1 (*inde* SACR. Leon. 823) moriuntur -ae eruditionis ignari et existunt doctrinae caelestis auctores (VITAE patr. 5, 10, 5, *ubi gr. Cot. p. 354*^{A} *τοῦ κόσμου*). *al.* FORT. Aug. c. Fort. 11 p. 89, 25 quamdiu *anima* peccatis ac vitiis et -is rebus deservit (CONC.^{S} II 3, 2 p. 178, 23 [*gr. II 2, 2 p. 157, 12 βιωτικῶν*]. *al.*). EVSTATH. Basil. hex. 3, 1, 8 cogitationes (*gr. τοῦ βίου*). SEDVL. op. pasch. 5, 12 p. 284, 23 gestabat harundinem *Christus*, -o regno sceptrum vere consimile, quod pro motatione ... fragile (*cf. carm. pasch. 5, 170* sceptrum quia mobile terrae). *al.* *n. pl. pro subst.*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 30 p. 1063^{A} sive in aeternis sive in -is. EPIST. pontif. 212 Hil. coll. antiar. p. 91, 2 cuncta -a ... calcare (*cf.* LEO M. serm. 51, 5 p. 311^{C} -a spernens et terrena fastidiens [CE 700, 6]). AMBR. epist. 4, 4 p. 890^{A} non -a, sed intelligibilia. parad. 11, 50 dum in saecularibus -isque requiescimus. AVG. conf. 5, 5, 8 vanitas est, -a ista ... profiteri. PS. AVG. quaest. test. II nov. 61 p. 446, 11 omnis error ex visibilibus et -is. CYPR. GALL. iud. 474 tectus tumulo -a reliquit (PASS. Theclae epit. IV 2 p. 151, 16. CIL XIII 2359 [*a. 454?*]). *al.*

2 *de hominibus, qui saeculi moribus indulgent, paganis, laicis sim.*: PS. CYPR. singul. cler. 30 p. 206, 22 *clerici* habent spiritum sanctum, quem -i homines non habent (GAVDENT. serm. 12, 6 G. [*ad Luc. 22, 52 sq.*] potestas ... huius mundi est vel h. -orum, qui in tenebris perfidiae constituti lumen nolunt aspicere veritatis. AVG. in psalm. 68 serm. 1, 9. *al.*). PRVD. psych. 496 vitium, quod tantis cladibus aevum -i involvat populi (CASSIOD. in psalm. 118, 30). AVG. c. Adim. 11 p. 137, 16 sicut ... nostri auctores, divinarum scilicet litterarum, de rebus maxime cogitaverunt, sic -orum auctorum prope omnis cura de verbis est (CASSIOD. inst. praef. 1. *cf.* anim. praef. p. 1280^{D} doctores). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 18, 40 p. 41, 29 angeli perditi, amatores virginum -arum. ALC. AVIT. hom. 7 p. 117, 10 lacrimas dignas rege -o (*opp.* Christiano principi [*aliter p. 1621, 50*]. *cf.* CONC. Matisc. a. 585 p. 168, 14 -i principes). *al.* *m. pl. pro subst.*: AMBROSIAST. in I Cor. 1, 31 p. 192^{A} sapientes *sumus* per id, quod -os dicimus imperitos. 4, 10 p. 203^{B} *Photinus* sapiens videtur -is. in Tit. 2, 11 p. 501^{D} impietatem -orum fugientes. PS. AVG. quaest. test. I 126, 3 p. 393, 21 *iusti* contemptibiles iudicati sunt a -is. PETR. CHRYS. serm. 66 p. 389^{C} hoc de votis omnium loquitur -orum. 146 p. 593^{D}. SALV. gub. 4, 33 -i ... et infideles. CASSIOD. in psalm. 69, 6 illos divites fuisse -os. var. 8, 24, 6 -i coerceantur humano iure, vos sanctis moribus oboedite.

II *c. respectu universi mundi, qui caelum terramque complectitur*: **A** *strictius pertinet ad caelum*: APVL. mund. 29 divina mens -as varietates (*i. cursus stellarum sim.*) ad instar unius concentionis relevat. 33 *locus dei est* in -o fastigio, quem Graeci *οὐρανὸν* recte vocant. Plat. 1, 10 temporis spatiis mensuras -ae conversionis intellegi (MACR. somn. 1, 18, 4. *cf.* 1, 18, 8 volubilitatis [1, 18, 19]). IVL. VAL. 1, 6 p. 11, 7 Nectanabus inspectans ... coelites cursus, notans etiam -a secreta (*Hist. Alex. M. I p. 12, 4 Kr. aliter*). ARNOB. nat. 6, 10 ventos aëris esse fluorem pulsi et -is rationibus concitati (AMM. 25, 10, 3 peritos -ae rationis). CHALC. comm. 123 -i ambitus (MART. CAP. 2, 208). ZENO 1, 16, 8 p. 381^{A} *luna* carpit pensa -a. AVIEN. Arat. 671 lux ... ignis -i (*item de sole*: MART. CAP. 1, 29 lampadem -i splendoris. 2, 185 [vers.] -us ... oculus ..., ultramundanum fas est cui cernere patrem. *cf.* PRVD. apoth. 113 lumina [*i. sidera*]). AMM. 22, 16, 17 consideratio -i motus et siderum (23, 6, 33. 26, 1, 8 IVNIL. 2, 4). SERV. georg. 1, 218 ortus et occasus duo sunt, unus *ἡλιακός*, id est solaris, et alter *κοσμικός*, id est -us. FAV. EVL. 21, 2 W. (= p. 14, 28 H.) -ae harmoniae (25, 1 [= p. 18, 3]. *cf.* BOETH. mus. 1, 2 p. 187, 24 ea *musica* quae est -a, in his ... perspicienda est, quae in ipso caelo vel compage elementorum vel temporum varietate visuntur). MACR. somn. 2, 11, 12 -us dicitur *annus*, quia mundus proprie caelum vocatur. *al.*

B *latius pertinet ad rerum naturam*: **1** *generatim*: CHALC. transl. p. 28^{C} -i operis fundamenta constituens *opifex mundi* ([*gr. non respondet*]. comm. 29 ZENO 2, 50. 52. AMBR. hex. 6, 10, 75 -i o. summa conclusa est [*postea*: -ae creaturae]. ANON. in Matth. 12 p. 36, 2. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 1, 6, 2 diem -ae creationis [*gr. τοῦ κόσμου*]). p. 31^{B} -i corporis fundamenta ([mundi *var. l., gr. τὸ τοῦ παντὸς ... σῶμα*]. p. 32^{B} [*gr. idem*, universi corpus *Cic. 14*]. comm. 31. 100. *al.* AVG. civ. 22, 29 p. 629, 19 D. -a c. ... caeli novi et terrae novae. SALV. gub. 1, 20 quo *exemplo* ipse *deus* summam -i c. gubernaret). comm. 190 administrationis. 348 mundi corpus, quod situm est loco, quem complet -a moles (*al. v. p. 1343, 71 sqq. cf.* AVG. civ. 21, 22 p. 491, 23 D. molimina). AVIEN. Arat. 47 -i ortus mens inmemor (*i. se*

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

e mundo ortam esse). Avg. civ. 7, 23 p. 302, 27sqq. D. (*ter*) pars animi -i (*cf.* Macr. somn. 1, 12, 6 -ae animae fabrica [1, 17, 8. 2, 16, 26]). 7, 33 p. 316, 1 *daemones* creaturarum specie -arum deos se putari cupientes (*cf.* 21, 7 p. 501, 5 -as ... potestates). *al.* *n. pro subst.*: Chalc. comm. 144 legem, quae mundi naturam sequitur et qua reguntur -a omnia. 251. Clavd. Mam. anim. 2, 12 p. 145, 2 ubinam ... quaeremus caelum trans omne -um? **2** *speciatim in doctrinis philosophorum de materia prolatis* (Ps. Apvl. Ascl. 7 quod ὑλικὸν Graeci, nos -um dicimus): Ps. Apvl. Ascl. 8 *cum deus videret hominem* non posse omnium rerum esse diligentem, nisi eum -o integimento contegeret, texit eum corporea domo (*cf.* Mar. Victorin. adv. Arium 4, 11 p. 1121B *anima* in hylen mersa et -is elementis ... implicata). 10 *ut* parte, qua ... divinus est, ... inscendere posse videatur in caelum, parte vero -a, quae constat ex igne, aqua et aëre, mortalis resistat in terra. 11 exutos -a custodia, nexibus mortalitatis absolutos. 18 substantia. 37 *templum Asclepi*, in quo eius iacet -us homo, id est corpus. *ibid.* terrenis ... diis atque -is facile est irasci, utpote qui sint ab hominibus ex utraque natura facti. *al.* *n. pl. pro subst.*: Ps. Apvl. Ascl. 40 eventus ... vel fors insunt omnibus permixta -is. Mar. Victorin. adv. Arium 4, 11 p. 1121C nihil sit vel in aeternis vel in -is aut hylicis, quod non pro natura sua vivat.

compos.: extra-, super-, trans-, ultramundanus. *Baer.*

mundātio, -ōnis *f.* *a* mundare. *in fig. etymol. sec. hebr.*: Itala num. 14, 18 (Aug. quaest. hept. 4, 58) -e non mundabis reum, id est non dices mundum eum, qui immundus est (*gr.* καθαρισμῷ οὐ καθαριεῖ τὸν ἔνοχον). *plur. infra l. 70.* *vox ecclesiasticorum, inde ab* Itala, *persaepe ap.* Avg. (*cf. infra l. 81*). [*falsa var. l. pro* undatio: Theod. Prisc. eup. faen. 64. *variat c.* emundatio: Vvlg. lev. 14, 32. *v. et l. 44.*]

i. q. καθαρισμός (*quae vox respondet, ubi infra nihil adnotatur*): **I** *de actione mundandi*: **A** *corporaliter*: **1** *generatim*: Avg. in euang. Ioh. 57, 6 l. 24 impetrate -em pedibus nostris (*sec. Ioh. 13, 5 sqq.*). serm. 45, 1 laborem -is carnis et spiritus (*sec. II Cor. 7, 1, v. p. 1628, 77*). 106, 1 ne in corporis -e putarent esse iustitiam. Mvtian. Chrysost. hom. 16, 2 p. 343/344 non ... corporalis erat -o, sed spiritalis. *ibid. saepius.* **2** *de curatione leprosorum*: Itala Luc. 5, 14 (cod. f l *al.*; *Christus ad leprosum sanatum*) offer illi *sacerdoti* pro -e tua (emund- *alii codd. Italae et Vulg.*, purg-, purific- *cett.*; *de eodem miraculo*: Op. imperf. in Matth. 21 p. 748 Greg. M. moral. 5, 28. *al.*).

B *translate fere i. q. expiatio* (*quae vox iuxta ponitur infra l. 68. 74*): **1** *vi corporali mundandi per allegoriam, ritum sim. servata*: **a** *mundantur homines*: **α** *generatim*: Hier. hom. Orig. in Luc. 18 p. 111, 19 statim ut pro -e eius (*sc. Christi modo nati, cf. Luc. 2, 22* αὐτοῦ. emund- *var. l.*) sacrificium oblatum est. Avg. quaest. hept. 4, 33 p. 340, 22 ad eorum ... -em, qui mortuum tetigerint. **β** *de baptismate* (*cf.* Avg. epist. 44, 10 p. 118, 12 perfecta ... -o ... in nomine domini baptisma est. gen. c. Manich. 2, 21, 31 baptismum, hoc est -em a mortuo. in psalm. 94, 11 l. 31 adscendentium de lavacro, id est ... de -e): Avg. conf. 1, 11, 17 dilata est ... -o mea, quasi necesse esset, ut adhuc sordidarer *eqs.* epist. 187, 28 p. 105, 10 lavacri. c. Iulian. op. imperf. 3, 199 in parvulorum -e et exsufflatione. pecc. mer. 3, 9, 17 p. 142, 24 -is sacramenta (in psalm. 92, 3 l. 36 non ... ad sacramentum tamquam -is pertinebat, quod lavit *Christus* eis pedes). Canon. Migne 13, 1188B.

b *mundatur templum Iudaeorum*: Itala II Macc. 1, 18 (recc. BMP) -em templi (2, 19 [recc. BM]). 2, 16 (recc. BM) dies -is. *cett. et Vulg. his locis aut* purg- *aut* purific- *exhibent.*

2 *pleno usu spiritali* (-o spiritalis *l. 67; cf. supra l. 33. 36*): **a** *vario*: Avg. civ. 14, 5 p. 12, 27 D. animarum (quant. anim. 33, 73 p. 1076. *cf.* c. Cresc. 2, 18, 23 p. 382, 29 conscientiae [epist. 23, 4 p. 68, 15]. epist. 171 A, 1 p. 634, 9 cordis [serm. 106, 1]). 20, 25 p. 473, 11 eis ... igne mundatis, quibus talis -o necessaria est (*sim. indicatur, quo modo -o fiat: ibid.* 22, 25 tit. per purificatorias poenas. Mvtian. Chrysost. hom. 16, 2 p. 343/344 per aquam [*gr.* τὴν δι' ὕδατος κάθαρσιν]. Orig. in Matth. ser. 95 p. 214, 13 per calicem irae). 20, 26 p. 475, 32 qui non -e, sed damnatione sunt digni. c. Cresc. 2, 13, 16 p. 375, 12 -o spiritalis (quaest. hept. 4, 33 p. 343, 24). 3, 8, 21 p. 428, 8 de ipsa correctorum expiatione vel -e. serm. 261, 10, 10 quotidiana nostra -o dominica oratio. *al.* Greg. M. moral. 6, 32 *Christus* verae -is hostia. Orig. in Matth. 12, 20 p. 114, 15 sacrificia pro peccato et -es. *al.*

b *indicatur res tollenda*: Itala Hebr. 1, 3 (Mutian. Chrysost. hom. 1, 2 p. 239/240) -em peccatorum nostrorum ([*Vulg.* purg-]. Avg. epist. 190, 21 p. 156, 17 Fvlg. Rvsp. epist. 2, 14. *cf.* Pomer. 3, 14, 3 p. 495C inquinamenti). Vvlg. lev. 16, 30 in hac die expiatio erit vestri atque -o ab omnibus peccatis vestris (*cf. l. 48*).

II *de re ad mundandum apta*: Itala II Macc. 1, 36 (rec. B, *cf.* M) vocaverunt hoc (*sc. aquam crassam olei similem, quae facile ardebat*) qui cum Nehemia erant neptan, quod interpretatur -o (*recc. LXP et Vulg.* purific-).

mundātor, -ōris *m.* *a* mundare. *vox ecclesiasticorum praeter p. 1624, 3; persaepe ap.* Avg. (*cf. l. 27*). [*variat c.* emund- *p. 1624, 10.*]

i. qui aliquem (aliquid) mundat: **1** *corporaliter*: **a** *generatim*: Avg. in euang. Ioh. 80, 2 *Christus* se ipsum -em palmitum ostendens 'iam vos' inquit (*Ioh. 15, 3*) 'mundi estis ...'; ecce et ipse -r est palmitum, quod est agricolae, non vitis officium. serm. 261, 4, 4 si terra tibi in oculum caderet ..., prius tui oculi quaererent -em. Gloss. II 566, 21 ambulator: -r areae ('*vertitur* ὁδοικόρος' *Goetz in Thes. gloss. cf. infra l. 27*). **b** *spectat ad sanationem leprosorum*: Avg. serm. 176, 1, 1 decem leprosos mundatos ... et unum gratias agentem -i suo.

2 *spiritaliter*: **a** *de deo* (*Christo*): Avg. civ. 10, 32 p. 459, 5 D. veracissimus potentissimusque -r atque salvator. in euang. Ioh. 63, 2 l. 24 exeunte ... immundo (*sc. Iuda*) omnes mundi remanserunt et cum suo -e manserunt. c. Pelag. 2, 2, 2 p. 461, 13 Pelagiani dicunt deum non esse omnium aetatum in hominibus -em (emund- *var. l.*), salvatorem, liberatorem. c. Petil. 3, 43, 52 p. 204, 17 *ut* Christum -em iustificatorem hominum esse credamus. in psalm. 88 serm. 2, 11 quaest. euang. 2, 40. serm. 353, 4, 2 detestamini ... mundatam et vacantem domum, quo nequiores ... spiritus ... adducuntur ...; vos vestrum -em tenete habitatorem. Carm. adv. Marc. 5, 227 -r carnis serae (*sic Fabricius*, ferae *ed. Migne contra usum poetae producta littera* e) mortisque fugator. Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 18, 7 -r seu expiator. Pomer. 1, 4, 1. **b** *c. acumine dictum de ventre Manichaei a carnium usu se abstinentis*: Avg. c. Faust. 6, 5 p. 292, 2 ventrem vestrum non deum, sed, quod sceleratioris audaciae est, dei -em dicere non timetis.

f. **mundātrīx,** -īcis. *i. quae mundat*: Avg. in psalm. 88 serm. 2, 9 caro illa (*Christi*) non peccatrix, sed peccatorum -x (142, 8 carnem mundam -em). trin. 15, 24, 44 fide cordium -e (*sec. Vulg. I Tim. 1, 5* caritas de corde puro ... et fide non ficta).

deriv.: mundatorius.

mundātōrius, -a, -um. *a* mundator. *i. q. ad mundandum aptus*: Avg. serm. 164, 8, 12 operarii boni circumeunt aream et ea, quae foris excussa sunt, quibusdam -is trahunt et revocant in aream...; -a instrumenta sunt leges istae mundanae. Orig. in Matth. ser. 79 p. 190, 27 (*ad Marc. 14, 13*) *homo* portans -am aquam ... aut certe potabilem aquam subministrabat. *n.* mundātōrium, -ī *pro subst.*: Avg. *l. 28.* Plin. Val. 2, 25 -um colerum et provocatorium ventris epithymum decoques. Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 18, 17 *Christi* sanguinem -um esse peccatorum, redemptionem ... ab ... iniquitate.

mundātrīx *v. l. 21.* **mundē** *v. p. 1633, 18.* *v. Kamptz.*

mundiālis (mundālis), -e. [*ab* **3.** mundus *sec.* materialis *sim. J. B. H.*] -dual-: Vita Anton. 36 p. 49, 14. *?* -ī-: Isid. carm. 1, 1 sunt hic *in bibliotheca* plura sacra *scripta*, sunt mundialia plura (*vix recte def. Beeson, ed. p. 149*; hic -ialia *AVC*; -dalia *NE m* [*praemisso* hic *N*, et *m*]). -dal-: Itala Tit. 2, 12 (cod. g). Vita Anton. 20 p. 35, 11. Sedvl. carm. pasch. 3, 329 (*metro firmatum*; mortalis *var. l., sed cf. op. pasch. 3, 27* mundanae). Visio Pauli 40 rec. Sang. p. 144, 20 S. *in var. lect.*: Hier. epist. 43, 2, 1 Cassiod. in psalm. 64, 10. Gloss. *v. p. 1625, 7.* *compar.* -ior *v. p. 1625, 17; superl. non exstat.* *legitur in litt. paganis ap.* Ivl. Val. (*p. 1625, 28*); *ap. ecclesiasticos inde ab* Itala, Tert., *satis frequenter; in poesi habent* Prvd., Sedvl., Isid.

i. q. ad mundum pertinens, κοσμικός (*quod ubi infra respondet, non notatur*): **1** *fere in malam partem, contemptim dictum* (*i. q. saecularis, naturalis, paganus sim.*): **a** *de rebus*: Itala Tit. 2, 12 (cod. g) -ia desideria (saecularia *var. l. ut Vulg. cf.* Vict. Vit. prol. 2 amoris. Caes. Arel. serm. 73, 4 cupiditatum). Tert. ieiun. 13 p. 292, 6 ex providentia imminentium sive ecclesiasticarum temptationum sive -ium plagarum. adv. Marc. 4, 26 p. 509, 20 -is spiritus ([*i. naturalis, opp.* spiritum sanctum]. Ps. Mar. Victorin. phys. 18 p. 1305A [*ad exod. 14, 21*] ventus, sp. -is). adv. Prax. 12 p. 246, 9 sermo vera lux, quae inluminat hominem venientem in hunc mundum, et per illum -is quoque lux (Mar. Victorin. verb. script. 2 p. 1010C *opp.* vera. Cassiod. in psalm. 62, 4). resurr. 47 p. 95, 18 haec ... erit vita -is, quam veterem hominem dicit (*Rom. 6, 6*), confixum [esse] Christo, non corporalitatem, sed moralitatem (Hil. coll. antiar. p. 99, 12 amoenitatem v. -is et bona saeculi. Ps. Hier. epist. 6, 2 p. 78B [= Max. Tavr. epist. 2]. 34, 5 p. 246D). Iren. 1, 16, 3 (= 1, 9, 3 H.) vacantes eos non deo, sed -bus quaestionibus inveniens. 1, 30, 9 (= 1, 28, 5). 1, 30, 13 (= 1, 28, 7) *discipuli putabant* eum in corpore -i resurrexisse (*cf. ibid.* carnis). Hil. psalm. instr. 5 -em sensum et prudentiam saeculi. in psalm. 124, 10 -ium negotiorum *vincula* (Hier. epist. 43, 2, 1. Rvfin. epist. Clement. 5, 1 [*gr.* βιωτικῷ]. Salv. gub. praef. 1 p. 1, 12. *al.*). Prisc ill. tract. 1, 15 stultitiae. 1, 36 vitia (Sacr. Gelas. 3, 105 p. 762). 7, 114 -is mali vitiis obligati (Orig. in Matth. 37 p. 69, 3). Ambrosiast. in I Cor. 7, 35 p. 224C -i cura et sollicitudine (Hier. hom. Orig. in Ezech. 3, 1 p. 349, 22. Rvfin. epist. Clement. 6, 1 [*gr.* βιωτικαῖς]. Visio Pauli 40 rec. Sang. p. 144, 20 S. impedimenta et -es c. [*rec. P* i. mundi]. *al.*). Tract. de trin. fid. 182, 18 illud -e sofisticum (*cf.* Ps. Hier. epist. 19, 8 p. 196A philosophia [Fvlg. Rvsp. ad Monim. 3, 2 p. 196B]. Philipp. in Iob 27 p. 695B scientiam. Orig. in Matth. 16, 9 p. 504, 3 sapientia). Prvd. cath. 1, 90 gloria. perist. 1, 41 ductor aulae (*i. imperii*) -is (*14, 62* caelestis aulae. *cf.* Orig. in Matth. 16, 4 p. 473, 2 in regno -i). Sidon. epist. 9, 4, 2 minas undasque -ium sperne nimborum (*infra*: amaritudinum terrenarum). Ps. Vict. Vit. pass. 8 multa, quae solent insipientium animas aucupante diabolo visco -i captare. Cassiod. in psalm. 64, 10 -is aqua ..., dei vero fluvius *eqs.* 103, 15 vinum (*opp.* sanguinem Christi). *al.* *n. pro subst.*: Iren. 1, 30, 5 (= 1, 28, 3 H.) omnia -ia *generata sunt.* 1, 30, 13 (= 1, 28, 7) -ia ... remisisse eum (*sc. Iesum*) in mundo. Vita Anton. 20 p. 35, 11 iterum conversus sapiat

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de⟨nuo⟩ -ia (*Euagr.* mundanis rursus desideriis obligari). Ps. Hier. epist. 6, 1 p. 77A (= Max. Tavr. epist. 2) -ium rapiebatur ardore. Max. Tavr. serm. app. 9 p. 862C nihil in eo -e introire iam poterat, ubi dominus cuncta compleverat. Op. imperf. in Matth. 49 p. 913 propter aliquid . . . -e scientes ad mendacia transierunt. *al.*

b *de animantibus (hominibus, daemonibus sim.; cf.* Gloss. V 604, 64 -is: homo mundi statu): Iren. 1, 30, 8 (= 1, 28, 4 H.) hos *filios serpentis* septem daemonas -es esse dicunt. Svlp. Sev. chron. 1, 1, 4 historicis (2, 14, 6). Bachiar. repar. laps. 11 p. 1047C sub -is principis dominatione (*de diabolo ut* 18 p. 1056A. *de hominibus*: Orig. in Matth. 16, 8 p. 494, 3 tyranni et crudeliores principibus -bus [*gr. τῶν ἀρχόντων tantum; antea*: principum mundi; *opp.* p. populi Christiani]. p. 497, 2 ecclesiarum principes principum -ium imitatores esse non debent [*gr. τῶν ἐθνῶν*]). 13 p. 1049B hominum (Salv. epist. 9, 11 non ad -es tantum h., sed etiam ad paenitentes *eqs.* Orig. in Matth. 13, 22 p. 241, 3 infirmos et -es. *cf.* in Matth. ser. 49 p. 107, 15 eos . . ., qui corporaliores et -iores fuerunt, dicere mulieres, qui autem . . . meliores fuerunt, viros fuisse). *m. pl. pro subst.*: Salv. eccl. 2, 42 quidam religionem professi . . . non debere se sicut ceteros -es substantiam suam domino *arbitrabantur.* Op. imperf. in Matth. 48 p. 903 mundus -bus nocet (*opp.* qui sunt extra mundum).

2 *in neutram partem dictum*: Tert. nat. 2, 4, 10 Zeno materiam -em a deo separat ([*infra*: de statu mundi]. Ambr. hex. 1, 7, 25). 2, 5, 17 ⟨universa neg⟩otiatio -is. anim. 54, 4 hos *inferos* Plato velut gremium terrae describit in Phaedone, quo omnes labes -ium sordium confluendo et ibi desidendo exhalent. adv. Marc. 5, 4 p. 580, 15 elementorum (spect. 9 p. 11, 20 quae *species idololatriae* e. -bus profanatur. Ivl. Val. 1, 1). Ivl. Val. 1, 5 *v. p. 1621, 57.* Priscill. tract. 4, 102 dispensationem -ium rerum. Ps. Ambr. serm. 35, 2, 2 ut plana mundi facies oculorum eminus subtraheretur aspectu, ad hoc in ornatum -is fabricae nemorosi colles . . . constituti sunt (Ps. Avg. serm. 102, 3). Ps. Avg. serm. 120, 1 cum per has . . . temporum girantium rotas -e curriculum volveretur. Ps. Orig. tract. 18 p. 197, 3 sex diebus domini . . . -is . . . operatio exercetur. Greg. Tvr. Franc. 10, 31 p. 449, 25 summa annorum -ium.

adv. **mundiāliter.** *i.q. modo mundiali*: Tert. resurr. 46 p. 95, 17 (*ad Col. 2, 20* velut viventes in mundo) non ad mortuos scribens, sed ad eos, qui desinere deberent -r (in mundo aliter *T*) vivere.

compos.: supermundialis.

mundicors, -rdis *adi.* *ab* 1. mundus *et* cor *sec.* misericors (*l. 48*) *ab* Avg. *in vertendo Matth. 5, 8 conformatum esse videtur* (*cf. Mohrmann, Altchristl. Sondersprache 220*).

i. q. cor mundum habens (pro subst. praeter l. 54): **1** *in vertendis verbis euangelii*: Itala Matth. 5, 8 (Aug. c. Adim. 9 p. 133, 27. 28 p. 190, 23 civ. 20, 21 p. 457, 28 D. *al.*) beati -es (mundocordes *pars codd., var. ll.* mundi cordis, mundi corde [*cf. infra*], mundo corde *sicut aliae verss. et Vulg.; gr. οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ*). Avg. conf. 11, 1, 1 ut simus . . . misericordes et -es (*var. l.* mundi corde) et pacifici. in euang. Ioh. 111, 3 non . . . eum *deum* cognoverunt, qui licet non -es . . .; cognoscendus est a mundis corde. serm. 53, 6, 6 -es, hoc est, qui mundi corde sunt. 53, 10, 10 videbunt *deum* qui mundo sunt corde; quis autem -es dicat spiritus immundos? **2** *cetera exempla*: Ps. Orig. hom. in Matth. 1, 6 p. 245, 17 ut hunc *Iacob* -em merito benediceret *angelus.* p. 245, 20 ut *Christus* morte sua . . . immortalitatem -i (mundo corde *var. l.*) populo condonaret. Isid. in exod. 55, 2 *in caelo* et -bus apparere poterit *deus.*

mundificātio, -ōnis *f.* *ab* **3.** mundus *et* facere *sec. gr. κοσμοποιία.* *i. q. creatio mundi*: Evstath. Basil. hex. 4, 4, 4 nostrae -is sermo (*gr. κοσμοποιίας. item* 9, 1, 7). 9, 6, 14 socium -is adloquitur *deus Christum* (*gr. δημιουργίας*).

mundifico, -āvī, -ātum, -āre. *ab* 1. mundus *et* facere. *i. q. mundum facere, purgare*: **1** *incorporaliter*: Ps. Hier. epist. 13, 8 p. 170B cum universos artus mundaveris ab omni sorde peccati et toto fueris -ta corpore (*loco gemino Sulp. Sev. epist. app. 2, 10 p. 239, 15* sanctificata). Cassiod. anim. 11 p. 1300B istis . . ., qui se caelesti conversatione -ant, virtus supernae miserationis conceditur. in psalm. 40 praef. *sacramenta* animas nostras caelesti purificatione -ant. **2** *corporaliter*: Alex. Trall. 2, 68 tigmata (*i. στύμματα*) id est potiones -antes (*gr. non respondet*).

mundiger, -a, -um. *ab* 3. mundus *et* gerere. *i.q. mundum gerens, sustentans*: Anth. 240, 12 (*loq. Cupido amans*) volitabo per axem -um caelique plagas pontique procellas umbriferumque chaos; . . . poenam mundus amet *eqs.*

mundipotēns, -entis *adi.* *ab* **3.** mundus *et* potens *ad redd. gr. κοσμοκράτωρ*; *cf.* omnipotens *sim. et* munditenens, *nisi forte vox disiungenda est* (*cf. Hil. in Matth. 11, 5 angeli* saeculi sunt potentes mundique dominantes; *sed v. Waszink ad loc. p. 1626, 4 citatum*). [*e coni. dub.*: Ivl. Val. carm. 1, 4 Ditis -is (*Kroll*, D. mundi potentius *TP*, Dite potentius ipso *Kuebler ceteros codd. secutus, ut vid.; Hist. Alex. M. I p. 33, 15 Kr. ⟨Αἰὼν⟩ Πλουτώνιος*).]

i. q. κοσμοκράτωρ (usu fere subst.): Itala Eph. 6, 12 (Hil. in psalm. 118 samech 5 p. 489, 20; *cf.* 128, 2 [mundi huius potentes *PT*]. 143, 9) adversus potestates et -es harum tenebrarum (*gr. κοσμοκράτορας, Vulg.* mundi rectores. *cf.* Tert. resurr. 22 p. 56, 20 luctari habens cum -bus. Hil. in psalm. 127, 11 *in mundo* -es sunt h. t. 134, 17. 135, 15 ab angelis eius *diaboli*, . . . a -bus. *v. et infra l. 16*). *inde laxius ad redd. gr. κοσμοποιός in doctrina gnostica* (*cf. l. 19*): Tert. anim. 23, 2 *animas discipulorum Carpocratis* despectrice⟨s⟩ -ium principatuum (*cf. Iren. 1, 25, 2* [= *1, 20, 1 H.*] *τῶν κοσμοποιῶν ἀρχόντων, lat.* mundi fabricatores).

munditenēns, -entis *adi.* *ab* 3. mundus *et* tenere *ad redd. gr. κοσμοκράτωρ.* *ad conformationem cf.* omnitenens, mundipotens *et ex. gr. Euseb. Emes. serm. 19, 38 p. 75, 22* tenentis mundum promissio. *i. q. κοσμοκράτωρ* (*loci infra allati ad Eph. 6, 12 spectant, cf. p. 1625, 81 sqq.; usu fere subst.*): Tert. fug. 12, 5 dominus . . . illum (*hominem*) redemit ab angelis, -bus potestatibus, a spiritalibus nequitiae *eqs.* (*sic dist. Bulhart per litteras*; ab angelis -bus, ⟨a⟩ potestatibus *Thierry*). adv. Marc. 5, 18 p. 642, 1 adversus -es luctatio si nobis, o quanti iam dii creatores? cur enim non et hoc vindicem, unum -em nominari debuisse, si creatorem significabat; . . . potestates et -es tenebrarum istarum (*cf. p. 1625, 83*), quae et nos diabolo deputamus; . . . an sicut duo dii ita et duo diaboli, et pluraliter potestates et -es? adv. Val. 22 diabolum . . . opus demiurgi adfirmant et -em appellant *Valentiniani* (*cf. Iren. 1, 5, 4* = *1, 1, 10 H. διάβολον καὶ κοσμοκράτορα καλοῦσιν, lat.* cosmocratorem; *v. et l. 4*).

munditer *v. p. 1633, 61.*

ˣmunditia, -ae *et* **munditiēs,** -ēī *f.* *ab* 1. mundus. *formae V^ae decl.* (-s, -em, -e *tantum*): Catvll. *infra l. 44.* Ov. *p. 1627, 21* (*I^ae decl. p. 1627, 22 sq.*). Gell. *p. 1627, 38 (?). 70* (*I^ae decl. saepe*). Hier. epist. 24, 5, 2 -s (*formae I^ae decl. saepe*). Avg. *infra l. 79* (*I^ae decl. saepe*). Macr. Sat. *p. 1627, 40.* *praevalet plur. sub 1 a* (*sec.* sordes; *sing.* Plin. nat.) *necnon sub 2.* Not. Tir. 101, 13 -ae. Gloss. II 334, 36 *καθαριότης*: subtilitas, -a, puritas. *legitur inde a* Plavto, Catone, Cic., Varrone; *e poetis post Plautum habent* Catvll., Hor., Manil., Mart., Clavd., Pavl. Petric. [*it.* mondezza. *cf. M.-L. 5747 a. Battisti-Alessio IV 2494. G.*] [*vix recte trad.*: Frontin. aq. 88 -arum facies (munda viarum f. *Heinrich, Krohn*). Fronto p. 197, 8 v. d. H. (= p. 207 N.), *v. vol. VII 1, 499, 63.*]

i. q. status mundus, puritas (in fig. etym. infra l. 58, cf. p. 1630, 31. 1631, 71; per oxymoron p. 1627, 41, cf. infra l. 79): **1** *sensu strictiore de defectu sordium*: **a** *corporaliter* (*v. et infra l. 66*): *α vario usu*: Plavt. Stich. 347 -as volo fieri, ecferte huc scopas simulque harundinem, ut operam omnem araneorum perdam *eqs.* (Cato agr. 2, 4 pratum purgari . . ., -as f. 39, 2 -as facito. Herm. Pal. sim. 9, 10, 3 iussit . . . locum scopari et commundari; tunc virgines . . . acceptis scopis -as fecerunt [*gr. ἐσάρωσαν, vulg.* mundaverunt totum]. Bened. reg. 35, 7. *cf.* Vita Eugen. 10 p. 612A -as adhibere). 678 lectis sternendis studuimus -isque apparandis. Catvll. 23, 18 (*v. p. 1630, 31*). Sen. epist. 86, 10 hoc . . . aediles fungebantur officio intrandi *balnea* . . . exigendique -as *eqs.* Colvm. 9, 14, 15 nec quamvis amantissimas (*sc. apes*) -arum offendunt odore suo *aves* occisae (*cf.* Plin. nat. 11, 25 mira -a amoliuntur omnia e medio *apes*). Plin. nat. 10, 92 notabili -a egerunt excrementa *hirundines.* 28, 27 vetabant . . . -arum causa deflare *cibum e manu prolapsum.* 34, 7 nullo -arum dispectu. Apvl. apol. 8 contendat maiorem curam -arum pedibus quam dentibus inpertiendam (103 'dentes splendidas'; ignosce -is. *cf. l. 54 sqq.*). *al.* *β metonymice de ipsis rebus -am efficientibus: i q. dentifricium*: Apvl. carm. frg. 2, 2 misi, ut petisti, ⟨tibi⟩ -as dentium (*add. Dousa, cf. quae seq.* apol. 7 cum -as oris . . . accusaret et dentifricium tanta indignatione pronuntiaret). *c. acumine dictum de pulvere a sepulcro sancti absterso, quo leprosi quasi lavabantur*: Ven. Fort. virt. Hil. 4, 13 p. 9, 4 sepulcri -ae mundaverunt maculas leprae.

b *in imag. et translate ap. ecclesiasticos i. q. integritas, castitas, sanctitas sim.* (ab *aliqua re infra l. 79*): *α vario usu*: Tert. adv. Marc. 3, 22 p. 416, 20 ecclesiarum sacramenta et -ae sacrificiorum. orat. 13 p. 188, 20 quando et ipsis manibus spiritales -ae sint necessariae . . .; hae sunt verae -ae. pudic. 6 p. 230, 8 quae (*sc. caro, in quam sermo dei descendit*) -as suas aquis traderet (resurr. 9 p. 37, 27 cuius *carnis* -as amat *deus.* Iren. 5, 6, 2 c., quae cum sanctimonia perseverat et -a). spect. 13 p. 16, 4 *spiritus et animae* -a magis ad deum pertinet quam intestinorum. Ambr. in Luc. 5, 68 temperantia cordis habet animi . . . -am (Vvlg. prov. 22, 11 Rvfin. Orig. in gen. 6, 2 p. 67, 14 Avg. in psalm. 33 serm. 2, 8. *al. cf.* Rvfin. Orig. in num. 16, 7 p. 150, 6 mentis. Pomer. 1, 4, 1 humanorum pectorum). Hier. in psalm. 31 quamquam ad perfectum -ae venire non valeat *homo.* Vvlg. gen. 20, 5 in simplicitate cordis mei et -a manuum mearum feci hoc (II reg. 22, 21 retribuit mihi dominus secundum iustitiam meam et secundum -am m. mearum reddidit mihi. 22, 25. Iob 22, 30 [= Hier. interpr. Iob]). sap. 7, 24 *sapientia* attingit . . . ubique propter suam -am (*gr. καθαρότητα*). Avg. civ. 20, 26 p. 475, 29 D. erit -a . . . in inmortali carne ac mente sanctorum. epist. 140, 19 *concupiscentia* est in sordibus vetustatis, tu autem quaeris -am novitatis. serm. 4, 14, 14 lenitas *Iacob significat* . . . mansuetudinem, id est -em a peccatis. 181, 3, 3 *Pelagiani* cum tota -a sua foris remanserunt (*ironice dictum*). Petr. Chrys. serm. 114 p. 514B iustitiae, pudicitiae ac -ae. Favst. Rei. epist. 5 p. 192, 7 per -am corporis, per custodiam castitatis (Greg. M. epist. 9, 228. *al.*). Orig. in Matth. ser. 22 p. 38, 21 scientiae (*v. p. 1631, 71*). *saepius.* *β c. gen. explic.*: Greg. M. moral. 5, 39 p. 700B dum de castitatis -a ex-

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tollitur *hypocrita*, sorde avaritiae foedatur (7, 34 p. 784C). 8, 32 p. 820B ipsi . . . maculas inquinationis habent, qui per -am sanctitatis lucent.

2 *praevalente sensu latiore i.q. elegantia, nitor, decor sim.*: **a** *in universum*: **α** *de cultu corporis, vestitu sim.* (*hic illic cum nota vitii, ex. gr. infra l. 12. 25*; -a *quasi dea infra l. 6*): Plavt. Cas. 225 qui quom amo Casinam, magis niteo, -is -am antideo (q. quam a. C., m. inicio [*vel* initio] -is munditianti deo *trad.*; qui quam . . . magis, tanto *Seyffert, 'sed Munditiam se anteire, id satis amplificationis est' Leo*): myropolas omnes sollicito *eqs.* Poen. 192 Aphrodisia hodie sunt . . ., oculos volo meos delectare -is meretriciis. 247 nos sumus . . . insulsae admodum atque invenustae sine -a et sumptu. Pseud. 173 vos, quae in -is, mollitiis deliciisque aetatulam agitis. Stich. 747 mulier meretrix repperit odium ocius sua inmunditia, quam in perpetuom ut placeat -a sua. Cic. off. 1, 130 adhibenda praeterea -a est non odiosa neque exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem et inhumanam neglegentiam (Hier. epist. 22, 29, 1 nec affectatae sordes nec exquisitae -ae conveniunt christianis). Varro ling. 5, 129 mundus muliebris dictus a -a (Liv. 34, 7, 9 -ae et ornatus et cultus, haec feminarum insignia sunt . . ., hunc m. muliebrem appellarunt maiores nostri). Hor. carm. 1, 5, 5 Pyrrha, . . . cui flavam religas comam, simplex -is? Ov. medic. 28 (*contextu dubio*). ars 1, 513 -e (-ae *pars codd.*) placeant *viri*: fuscentur corpora Campo, sit bene conveniens et sine labe toga. 2, 677 illae *mulieres* -is annorum damna rependunt et faciunt cura, ne videantur anus. **3, 133** -is capimur: non sint sine lege capilli *eqs.* Liv. 28, 35, 6 habitus . . . corporis (*Scipionis*) non cultus -is, sed virilis vere ac militaris. Sen. contr. 1 praef. 8 mollitia corporis certare cum feminis et inmundissimis se excolere (extollere *trad.*) -is nostrorum adulescentium specimen est. Sen. dial. 4, 33, 3 *Caligula* -is eius (*sc. filii splendidi equitis cuiusdam*) et cultioribus capillis offensus. nat. 1, 16, 3 *Hostius Quadra speculo utebatur in obscaenis voluptatibus*; i nunc et dic speculum -arum causa repertum. 7, 31, 2 lēvitate et politura corporum muliebres -as antecessimus (Svet. Otho 12, 1 -arum . . . paene m. *aliter infra l. 49*). epist. 5, 4 contra naturam est . . . faciles odisse -as et squalorem adpetere. 122, 18 elegantia cenarum, -is vehiculorum *luxuriosi homines se a ceteris distinguunt*. Mela 1, 41 *incolis Catabathmi* victus asper et -is carens. Mart. 10, 90, 3 quid vellis vetulum, Ligia, cunnum? . . . tales -ae decent puellas. Tac. ann. 4, 28, 2 inluvie ac squalore obsitus . . . pater . . ., adulescens multis -is (Gell. 1, 5, 2 quod multa -e [-ae *A*, -a *cett.*, *in tit. capitis formae I^{ae} decl. bis*] et circumspecte compositeque indutus . . . esset *Hortensius; cf. de eodem* Macr. Sat. 3, 13, 4 fuit . . . vestitu ad -em curioso). *al. per oxymoron*: Hier. epist. 45, 5, 1 tibi placet lavare cotidie, alius has -as sordes putat.

β *de quibuslibet lautitiis* (*elegantia vitae, eruditione, urbanitate sim.*): Plavt. Men. 353 sternite lectos, incendite odores; -a inlecebra animost amantium. Pseud. 1253 ita victu excurato, ita magnis -is divis dignis, itaque in loco festivo sumus festive accepti. Cic. fam. 9, 20, 2 Verrium tuum et Camillum, qua -a homines, qua elegantia! Sall. Iug. 63, 3 non Graeca facundia neque urbanis -is sese exercuit *Marius*. 85, 40 (*or. Marii*) -as mulieribus, laborem viris convenire (*aliter l. 31*). Nep. Att. 13, 5 elegans, non magnificus, splendidus, non sumptuosus; omnisque diligentia -am, non affluentiam affectabat. Manil. 5, 267 -ae cultusque . . . artesque decorae et lenocinium vitae praesensque voluptas. Sen. dial. 5, 34, 1 cibos, potiones horumque causa paratas in (*Madvig*, paratam *A*) ambitionem -as. Tac. ann. 3, 30, 2 *C. Sallustius* diversus a veterum instituto per cultum et -as copiaque et affluentia luxu propior. Svet. Iul. 46 -arum lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt. Capitol. Maximin. 29, 3 (*epist. Alexandri Aurelii*) timeo, ne soror mea Graecis -is erudita barbarum socerum ferre non possit, quamvis ipse adulescens . . . scolasticus et ad Graecas -as eruditus esse videatur. Firm. math. 4, 19, 9 amatores -arum (Amm. 30, 9, 4 *Valentinianus* a. -arum laetusque non profusis epulis sed excultis). *al.*

b *spectat ad verba, sermones sim.*: Cic. orat. 79 removebitur omnis insignis ornatus . . ., elegantia modo et -a remanebit, sermo purus erit et Latinus *eqs.* Hor. epist. 2, 1, 159 horridus ille defluxit numerus Saturnius et grave virus -ae pepulere. Qvint. inst. 8, 3, 87 sunt quaedam veluti tenui diligentia circa proprietatem significationemque -ae. Gell. 1, 23, 1 *historia de Papirio Praetextato scripta est a Catone* cum multa . . . venustate atque luce atque -a verborum. 9, 3, 3 libri epistularum eius (*Philippi regis Macedonum*) -ae et venustatis et prudentiae plenarum. 10, 3, 4 brevitas . . . et venustas et -s orationis *Gracchi* est, qualis haberi ferme in comoediarum festivitatibus solet. 10, 24, 2 *Augustus* -arum . . . patris sui in sermonibus sectator. Macr. Sat. 1, 4, 17 nisi cui videtur *Ennius* inter nostrae aetatis politiores -as respuendus.

in paronomasia c. 2. mundus *l. 17*, *c.* mollitia *l. 12*.

cf. Onom.

CIL XIV 352a, 18 patrono **munditiario** *incertum.*

munditiēs *v.* munditia.

mundivagus, -a, -um. *ab* 3. mundus *et* vagari. *i.q. per mundum vagans*: Inscr. christ. Rossi II p. 111, 69, 11 (*trad. in codice; 'epitaphii . . . stilus aetatem haud sapit exeunte saec. sexto antiquiorem' ed.*) -is penitus nullis inlectus abenis (*i.* avenis) *presbyter.* *Baer.*

***mundo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* 1. mundus. *de formis: imper. praes. pass.* -are: Itala Matth. 8, 3 (cod. a *al.* = Vvlg., *gr.* καθαρίσθητι). Marc. 1, 41 (cod. b *al.*). Luc. 5, 13 (cod. b *al.*). Inscr. christ. Diehl 1513e. -amini: Vvlg. gen. 35, 2 (-abimini *var. l.*). Is. 52, 11. *stirpis perf. brevioris* (*formae longiores inde a* Moreto 49): -asti: Avg. serm. 47, 9 Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 1 p. 247, 32 Pass. Barth. 7 p. 146, 13. -arit: Tert. pudic. 19 p. 263, 30. -asset: Ps. Orig. tract. 7 p. 84, 10 Gavdent. serm. 9, 45 G. Leo M. serm. 84, 2 p. 434A. -asse: Filastr. 156, 1 Pass. Petr. Paul. long. 20. *de notione*: Evcher. form. 8 p. 49, 1 (*ad Matth. 8, 3; v. infra l. 47*) '-are' vitiis expurgare. Gloss. καθαρίζω. φιλοκαλῶ. *legitur singulis locis in* Moreto *et apud* Colvm., Petron., *frequenter in libris s. scripturae et apud ecclesiasticos* (*inde a* Min. Fel., Tert.). [*it.* mondare, *sard. centr. et mer.* mundare, -ai, *raet. occ.* mundar, -er, *francog.* monder, *francoprov.* mõdá, *prov., hisp., port.* mondar. *cf. M.-L. 5744. Battisti-Alessio IV 2494. Wagner II 136. Corominas III 421. Machado II 1526. G.*] [*confunditur in codd. c.* emundare (*infra l. 28. al.*), inundare (Prvd. apoth. 880), mandare (Cic. Tusc. 2, 13. *al.; falso trad.* Ps. Cypr. singul. cler. 37 p. 213, 12; *restit.* Lex vic. Furf. CIL I^2 756, 6 Carm. de Iona 43).]

I *i.q. mundum reddere, purgare,* καθαρίζειν (*quae vox infra respondet, ubi nihil adnotatur; res, quae tollitur, indicatur per* ab *infra l. 50. 74. p. 1629, 10. 18*, ex *infra l. 78. p. 1629, 19, abl. infra l. 38. 51. 79 sqq., gen. infra l. 82 [cf. p. 1629, 65]; res effecta per* in *c. acc. p. 1629, 29, cf.* ad purum *infra l. 81; adhibetur reflexive infra l. 77.* Avg. bapt. 3, 19, 26 p. 219, 10 [*ad Vulg. II Tim. 2, 21* si . . . emundaverit se]; *acced. dat. eth. infra l. 44*): **A** *proprie*: **1** *generatim* (*in imag. l. 35*): Moret. 49 infert inde foco *moretum*, Scybale -verat aptum ante locum. Colvm. 12, 3, 8 culinam et bubilia nec minus praesepia (emund- *S. cf.* Firm. math. 4, 13, 17 stabula). Petron. 47, 8 *mensas.* Min. Fel. 22, 7 W. (24, 10 M.) tergetis, -atis, eraditis *imagines deorum.* Itala Mal. 3, 3 (Aug. civ. 20, 25 p. 471, 26 D.) argentum et . . . aurum ([*Vulg.* emund-]. Cassiod. in psalm. 11, 8 [7] decoctione). Matth. 12, 44 (cod. a *al.* = Vvlg.) *domum* scopis -tam ([*gr. σεσαρωμένον tantum; item* Luc. 11, 25]. Luc. 15, 8 [cod. b *al.; gr. σαρῶσαν*]. *cf.* Amm. 28, 1, 42 curia -batur. Schol. Iuv. 14, 61 parietes vel camarae. Hier. in Matth. 26, 19 coenaculum). 23, 26 (cod. a *al., cf.* Vvlg.; *in imag.*) -a primum, quod intra calicem est. Cypr. epist. 69, 12 p. 761, 5 ablui et -ari corpusculum (*cf.* Cael. Avr. salut. praec. 37 corpus). *saepe.* *c. abl. separ.*: Vvlg. num. 4, 13 altare -bunt cinere. Marcell. med. 34, 104 nucem . . . cute interiore. *sine obi.*: Veg. mulom. 4, 9, 2 si . . . in ungues descenderit *sanguis*, . . . inter duos ungues aperies et -bis intus. Theod. Prisc. eup. faen. 45.

2 *speciatim*: **a** *de terra purganda i. q. exstirpare*: Itala Ios. 17, 15 (Rufin. Orig. in Ios. 22, 4 p. 435, 13) ascende in saltum et -a tibi ipsi et para locum in terra (*gr.* ἐκκάθαρον, emunda *Lugd., cf. vol. V 2, 541, 37; Vulg.* succide). **b** *de morbo (fere lepra) tollendo, i. q. sanare* (*cf. l. 84 sqq. p. 1629, 43 sqq.*): Itala Matth. 8, 2 sq. (cod. a *al.* = Vvlg.) domine, si vis, potes me *leprosum* -are; et . . . tetigit eum Iesus dicens: volo, -are; et confestim -ta est lepra eius (10, 8 *et* 11, 5 [cod. a *al.* = Vvlg.]. Luc. 17, 15 [cod. a *al.* = Vvlg.; sanatus, curatus *alii; gr.* ἰάθη]. *cf.* Hier. in Matth. 8, 4 qui -ti fuerint a lepra [Ps. Avg. quaest. test. I 60. *al.*]. Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 1 p. 247, 32 leprā [*ad* Vvlg. IV reg. 5, 10 sqq.]). Itin. Anton. Plac. rec. A (= B) 25 daemoniaci -antur. Evgipp. Sev. 34, 1 elefantiosus . . . rogans eius *Severini* se oratione -ari.

B *translate* (*vi corporali servata ex. gr. infra l. 61. 70. 84 sqq., cf.* Tert. bapt. 4 p. 204, 26 et spiritus . . . corporaliter diluitur et caro . . . spiritaliter -atur. Avg. civ. 10, 25 p. 441, 4 D. per cor . . . caro -atur [*affert Matth. 23, 26, v. supra l. 35*]): **1** *i. q. expiare, sanctificare* (*iuxtapos. p. 1629, 26*): **a** *-antur homines* (*mens, anima l. 67. 72*): **α** *notione generali*: Ⓘ *in univ.*: Itala psalm. 50, 9 (Veron. *al.* = Vvlg.) asparge me isopo et -bor. Ier. 30, 11 (Hier. in Ier. 6, 6, 1 *ex interpretatione Symmachi*) -ans non -bo te (*Vulg. aliter, gr. non exstat. cf.* 49, 12 [cod. 180] dum -ta videris, non -beris [*gr. 30, 6* ἀθῳωμένη . . . ἀθῳωθῇς, *Vulg.* innocens *bis*]). act. 15, 9 (Ambr. spir. 2, 10, 110; *cf.* Avg. enchir. 20, 75) -ans per fidem corda eorum ([*Vulg.* purificans]. Hier. psalt. sec. Hebr. 73, 13 [*Vulg.* iustificavi]. Vvlg. Ezech. 16, 30). Cypr. epist. 69, 12 p. 761, 7 mens hominis per fidei merita -atur (Avg. civ. 8, 3 p. 323, 25 D. in euang. Ioh. 111, 3 l. 49 fide). Filastr. 156, 1 (*ad Is. 6, 7, cf. p. 1629, 57*) *angelum* ignem accepisse et -asse prophetam (*cf.* Avg. civ. 20, 25 p. 473, 11 D. igne. 20, 26 p. 474, 19 igne iudicii novissimi). Avg. civ. 10, 10 p. 418, 11 D. *dei cultu* -antur *animae* (10, 24 p. 438, 29 serm. 241, 6, 6. *al.*). *saepius.* *sine obi.*: Avg. civ. 10, 24 p. 438, 21 D. non . . . caro *Christi* per se ipsa -at, sed per verbum *eqs.* Ⓘⓘ *indicatur res, quae tollitur*: ab: Itala Ios. 22, 17 (Lugd.) *non* pusillum vobis peccatum Phogor, quia non sumus -ti ab eo usque in hunc diem (*Vulg. aliter*). II Cor. 7, 1 (cod. d *al.* = Vvlg.) -emus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. Gavdent. serm. 13, 30 G. ab omni peccato. *et saepe.* ex: Vvlg. Ezech. 36, 33 ex omnibus iniquitatibus. *abl.*: Tert. pudic. 19 p. 263, 30 delicto (*cf. Löfstedt, Zur Sprache Tert. s 18, 1*). Cassian. conl. 9, 30, 1 qui necdum . . . vitiorum potuerunt ad purum labe -ari. Petr. Chrys. serm. 18 p. 248A sanguine. *gen.* (*sec. gr., v. et p. 1629, 65*): Ps. Ignat. Trall. 8, 2 ut nos . . . -ret antiquae impietatis (*gr.* δυσσεβείας).

β *speciatim -antur homines, qui morbo spurco vel rerum im-*

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mundarum contactu contaminati sunt (*cf. p. 1628, 45 sqq.*): ITALA lev. 12, 8 (Lugd. = VVLG.) -bitur (purg- *Aug. quaest. hept. 3, 40 p. 273, 23*). 14, 4 (Lugd.) qui -tus erit (*Vulg.* qui purificatur). VVLG. lev. 12, 7 -bitur (emund- *Lugd.*, purg- *Aug. l. c. p. 273, 18*). 14, 2 hic est ritus leprosi, quando -andus est (*Lugd.* mundus erit). 22, 7 qui tangit . . . quodlibet immundum . . ., immundus erit usque ad vesperum . . .; sed cum laverit carnem suam aqua . . ., tunc -tus *eqs.* (*sim.* num. 19, 12 *iuxta* emundari; *Lugd.* mundus erit). Is. 52, 11 -amini, qui fertis vasa domini! AVG. civ. 9, 16 p. 389, 18 D. eos, a quibus contaminantur, -are non possunt *daemones*. SVLP. SEV. epist. app. 2, 10 p. 237, 11 -a ab omni inquinamento caput . . ., -a frontem . . ., -a collum . . ., et cum universos artus -veris ab omni sorde peccati *eqs.* *pressius i. q. hominem leprosum mundum pronuntiare* (AVG. quaest. hept. 4, 58 [*ad* lev. 13, 6] id est mundum habebit, mundum iudicabit; *cf. p. 1623, 25 et opp.* inquinare *vol. VII 1, 1814, 24*): ITALA lev. 13, 6sqq. (Lugd. = VVLG.), *ubi fusius agitur de hoc ritu sacerdotum Iudaicorum.*

b *-antur res* (*in imag. l. 11 sq.*): ITALA II par. 34, 3 (Complut., *cf.* VVLG.) Iudam . . . ab sculptilibus *eqs.* (*cf.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 289 si ex hominibus maculatis Aegyptus -retur [*gr. ἀνδρῶν καθάρῃ*]). I Macc. 4, 36 (rec. B) -emus templum sanctum ([rec. L *et* VVLG. -are sancta]. LACT. ira 24, 14 [*in imag. ut* HIER. in Matth. 21, 12sq. p. 152A]. VVLG. II par. 34, 8. *al. v. et l. 24*). 13, 47 (rec. L, *cf.* B) domos, in quibus fuerant simulacra ([*rec. X et Vulg.* emund-]. II Macc. 14, 36 [rec. L *al.* = VVLG.; rec. B templum, *rec. P* emund-]. *al.*). act. 10, 15 (cod. d *al.*) quae deus -vit, tu ne communia dixeris (*Vulg.* purificavit). CYPR. epist. 70, 1 p. 767, 14 -ari et sanctificari aquam *lavacri* . . . a sacerdote (*ibid.* l. 20. OPTAT. 1, 8 p. 10, 18. *cf.* SEDVL. carm. pasch. 2, 160 sancto . . . corpore -vit *Christus* latices [*op. pasch. 2, 12* purificans]). OPTAT. 5, 1 p. 120, 14 ut inquinatus totus orbis . . . lavacro interveniente in faciem pristinam -retur. HIER. epist. 65, 6, 1 (*ad psalm. 44, 2*) opera sua regi . . . confitetur, ut . . ., si mala sunt, -et. VVLG. exod. 29, 36 -bis altare, cum immolaveris expiationis hostiam ([*Itala Lugd.* purificabis]. Ezech. 43, 20 *et* 26 *iuxta* expiare). *al.* *? 2 i. q. decentem reddere* (*sc. obscaenitate sublata; cf. p. 1633, 75*): DON. Ter. Eun. 143, 2 -at (*B*, munde *cett.*, munde ait *Sabbadini*) Terentius, ut solet, res huiusmodi per *ἔλλειψιν* suam.

II *i. q. purgando tollere* (ex *l. 39. 56*, de *l. 60; acced. dat. eth. l. 52*): **A** *proprie*: **1** *sordes sim.*: ITALA Ezech. 16, 9 (Apon. 1 p. 6) lavi te aqua et -vi sanguinem tuum ex te (*gr. ἀπέπλυνα*, *Vulg.* emund-). HIER. in Eph. 6, 11 p. 547A spurcitias cloacarum. VVLG. III reg. 14, 10 -bo reliquias domus Hieroboam sicut -ari solet fimus usque ad purum. APIC. 7, 326 stercus. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 178, 39 ad forum purgandum me deputent, ut . . . plateae pulverem -em. **2** *morbos spurcos* (*sc. sanando*): ITALA Matth. 8, 3 (cod. a *al.* = VVLG.) *v. p. 1628, 48* ([*Itala Lugd.* sanabit]. CARM. adv. Marc. 3, 169 [*ad IV reg. 5, 14*] *Elias* -vit . . . lepras. VVLG. lev. 14, 3. AVG. serm. 176, 6, 6 [*in imagine*]. *al.*). PLAC. med. 12, 2 rec. *α* plagas. THEOD. PRISC. log. 67 p. 170, 10 fricationes . . ., quibus reliquiae causarum possint -ari facilius. DIOSC. 3, 11 p. 382, 5 clavos corporis -at et formicas (*gr. 3, 11, 2 μυρμηκιῶν . . . ἴαμα εἶναι*). 3, 99 p. 420, 98 pustulas e corpore ([*om. gr. 3, 89, 2*]. 3, 160 p. 442, 23 corporis [*gr. 3, 150, 2 λεῖα οἰδήματα στέλλει*]). 5, 112 p. 214, 11 livores corpori -at.

B *translate*: TERT. pudic. 2 p. 223, 19 delicta -antur, quae quis in fratrem . . . admiserit (PELAG. in Rom. 5, 15 p. 47, 4 baptismum -at antiquum illud d.). ITALA deut. 19, 13 (Lucif. Athan. 1, 7 p. 77, 17) -bis sanguinem innocentis ex illis ([*Lugd.* auferens, *cf. Vulg.*]. VVLG. Ioel 3, 21). Is. 6, 7 (Hier. in Ier. 1, 5, 1 = VVLG.) peccata ([*gr. περικαθαριεῖ*]. AVG. serm. 9, 11, 18 AVELL. p. 564, 21 SACR. Leon. 599 Greg. 62, 3. *al.*). AVG. serm. 195, 3 *Christus* venit . . . in carne, carnis vitia -turus. PASS. Barth. 7 p. 146, 13 omnia pollutionum genera de isto templo -asti. *al.*

p. p. p. **mundātus**, -a, -um *pro adi. vel subst.* SYNON. Cic. p. 438, 7 politus. comptus. limatus. tersus. -us. elegans. lautus. *fere i. q. mundus*: TERT. paenit. 9, 6 *deus hominem* cum squalidum facit, magis -um reddit. PS. AMBR. serm. Sess. 2, 3 sordium -is caeleste regnum est praeparatum. AVG. conf. 10, 37, 60 quam sim ab ista peste -ior (purgatior *V*). serm. 176, 2, 2 Iesus . . . ingratos improbat, -os in cute, leprosos in corde.

deriv.: mundatio, mundator (-trix).

compos.: circum-, com-, e-, per-, remundo.

mundulus, -a, -um. *ab* 1. mundus *deminutive*. *i. q. aliquantulum mundus, ironice dictum*: PLAVT. Truc. 658 nunc ego istos -os urbanos amasios . . . eiciam foras ('*pronuntiandum videtur* mundlos' *Leo, id quod fieri posse negat Lindsay initium versus corrigens*).

adv. **mundulē**. *i. q. aliquantulum munde*: ACC. trag. 602 *Dircaeo fonte* -e nitidantur bigae (*Buecheler*, vulgo *trad.*) . . . sonipedum. APVL. met. 2, 7, 3 *Photis* linea tunica -e amicta et altiuscule . . . succinctula.

mundum, -ī *n.* *v. s.* 2. mundus.

1. *mundus, -a, -um. [*a* *mudnos '*lautus*' *derivat W. Schulze, KZ 45, 1913, 235 = Kl. Schr. 471; cf. sanscr.* mútram *n.* '*urina*', *slavon.* myti '*lavare*', *gr.* μιδᾶν '*uvidum esse, putere*' *al. J. B. H.*] *compar. p. 1630, 32. al., superl. p. 1630, 18. al.*; sat(is) -us *p. 1630, 25. 1632, 28. 42, cf. p. 1633, 47.* *huc pertinere vid.* NOT. Tir. 101, 12 -um (*seq.* munditiae, inmundum). *de notione*: PAVL. FEST. p. 143 lautus et purus. GLOSS. *καθαρός. καθάριος. φιλόκαλος.* purus. *v. et p. 1632, 74 sqq.* *legitur adi. inde a* PLAVTO, ENNIO (*p. 1631, 41*), CATONE (*infra l. 37*), TER. (*p. 1631, 21*), CIC. (*l. 38. p. 1631, 22*); *deest in poesi heroica* (VERG., LVCAN., VAL. FL., SIL., STAT.), *cf. Axelson, Unpoet. Wörter 106 sq.; ap. ecclesiasticos demum saepius usurpatur, sed omnino multo rarius quam* purus. *de formula q. e.* in -o *et de adverbiis v. infra.* [*it.* mondo, *raet. or.* mond, *francog. vet.* mont, *prov.* mon, *hisp.* mondo. *cf. M.-L. 5784. Battisti-Alessio IV 2495. Corominas III 421. G.*]

i. q. purus, καθαρός (*quae vox ubi infra respondet non notatur; accedit* ab *p. 1631, 3. 1632, 14. al.*, ex *p. 1632, 61, abl. separ. l. 81. p. 1632, 34, limit. l. 43. p. 1631, 57. 1632, 19 sq.*, in *aliqua re p. 1632, 20*, ad *p. 1632, 8*, de *l. 27*; non -us *i. q. immundus l. 22, cf. var. l.* VVLG. gen. 7, 2): **I** *praevalente vi corporali*: **A** *strictius*: **1** *spectat ad defectum sordium sim.*: **a** *-ae sunt res*: *α variae fere corporales*: PLAVT. Truc. 557 metuit ne apud nos non (*sic temptavit Buecheler, trad.* publicos) -issimum sit, puras sibi esse volt aedes. frg. inc. 27 age sparge, -um esse hoc vestibulum volo . . ., nolo hoc pulveret (*sim. de locis*: COLVM. 7, 3, 8 stabula. 7, 9, 14 cubile. APVL. apol. 58 domum. *al.*). HOR. epist. 1, 5, 7 splendet . . . tibi -a supellex. PRIAP. 68, 7 *μερδαλέον* . . . nisi res non -a vocatur *eqs.* (*debuit* non -a non vocatur, *cf. S. Mariotti, Lanx Satura Terzaghi 262 sqq.*). SEN. epist. 92, 12 -ae vestis electio appetenda est homini, natura enim homo -um et elegans animal est ([HIER. epist. 22, 27, 3 v. nec satis -a. *aliter infra l. 76*]. *cf.* COLVM. 9, 8, 11 vestimento. PS. APVL. herb. 103 l. 6 in linteolo -o de tela [*i. recenti*]. *al.*). COLVM. 7, 8, 4 -issimis tabulis. 8, 3, 4 aqua (8, 9, 4. *al. aliter infra l. 69*). 8, 5, 20 -issimis vasis et quam purissimam praebebimus aquam (SCRIB. LARG. 122. *al.*). SCRIB. LARG. 74 pilo. *al.* *β ipsa mundities sim.* (*c. acumine dictum*): CATVLL. 23, 18 a te sudor abest, abest saliva . . .; hanc ad munditiem adde -iorem, quod culus tibi purior salillo est (*cf. l. 45*). OV. fast. 4, 108 *Venus* prima feros habitus homini detraxit, ab illa venerunt cultus -aque cura sui. *n. sg. pro subst.* (*in lusu verb. c.* 3. mundus): SYMPH. 252 (*de scopa*) -i magna parens.

b *-i sunt animantes*: *α ipsi* (*animalia l. 40; fere i. q. munditiae curans l. 37. 39*): CATO agr. 143, 2 *vilica* -a siet, villam conversam mundeque habeat (*aliter p. 1632, 28 sqq.*). CIC. ad Q. fr. 2, 3, 7 *domum* tuam in Carinis -i habitatores Lamiae conduxerunt. PROP. 4, 2, 38 -us demissis institor in tunicis. IVV. 7, 181 mulae. TERT. bapt. 2, 1 p. 201, 25 homo in aquam demissus et . . . tinctus non multo vel nihilo -ior resurgit. idol. 18 p. 52, 7 -us esse non poteris *per tunicam inquinatam*. CYPR. eleem. 2 p. 374, 20 cute . . . et corpore -um esse. *al.* *β partes corporis*: CATVLL. 97, 3 nilo -ius hoc *os*, niloque immundior ille *culus*, verum etiam culus -ior et melior (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 487 omnibus e membris pars -ior illa putatur). SCRIB. LARG. 72 digito. APVL. apol. 8 linguam. CHIRON 766 virginale *equae*. VVLG. Iob 9, 30 si fulserint velut -issimae manus meae (HIER. interpr. Iob: mundatus fuero -is m.). *al.*

2 *spectat ad defectum quarumlibet rerum alienarum, i. q. non vitiatus, merus, electus sim.*: **a** *adi.*: *α deficientibus fere materiis vilioribus vel spurcis -i sunt*: ① *cibi: frumenta sim.*: COPA 20 est hic *in taberna* -a Ceres. COLVM. 1, 6, 23 *frumenta* eventilata -iora sunt lapillisque carent et glaebulis. EDICT. imp. Diocl. III/IV 1, 7 speltae. 1, 32 cymini. panis (*cf. Blümner, Privataltert. 163*): LAMPR. Alex. 37, 3 usus convivii diurnus hic fuit: ... p. -i pondo triginta, p. sequentis ad donandum pondo quinquaginta (*cf.* 42, 3 annonas). VOPISC. Aurelian. 9, 6 (*ex epistula Valeriani*) p. militares -os . . ., p. militares castrenses *eqs.* VEG. mulom. 2, 102. VICT. VIT. 1, 20 -issimus ac similacius (*ibid.* -issimum *tantum. cf.* 1, 21 simila -a). *in imag.*: IREN. 5, 28, 4 (3 H.) frumentum sum Christi et per dentes bestiarum molor, ut -us dei p. inveniar. *cf.* COD. Theod. 14, 17, 5 bucellis (*opp.* panibus sordidis). RVF. podagr. 12 clibanites . . . de farina confectus et non satis -us, sed unifarinius de tritico trimestri. *alia*: AMM. 21, 9, 2 nullius cibi indigens -ioris, sed paucis contentus et vilibus (29, 9, 7 c. -issimo fovebatur). AVG. serm. 210, 9, 11 *sunt, qui liquores non fermentatos vino praeferant*; non ut potus -ior eligatur, sed ut frugalior improbetur? GREG. TVR. Franc. 9, 21 p. 441, 20 panem ordeacium cum aqua -a adsumi *tempore rogationum. cf. p. 1631, 44.* ② *metalla*: CYPR. eleem. 14 p. 384, 11 (*ad apoc. 3, 18*) ut sordibus tuis tamquam igne decoctis esse aurum -um possis (VVLG. exod. 25, 11 -issimo. 25, 17. 37, 6. 11. 17. 23 II par. 3, 4. 4, 16. *al. v. et p. 1631, 1*). VVLG. II par. 4, 16 vasa . . . ex aere -issimo (*Complut.* aeramenti puri). Is. 13, 12 pretiosior erit vir auro, et homo -o obryzo. ③ *vestis quaedam imperatoris Romani* (*cf. Mommsen, Staatsr. I³ 417, 4*): CIL VI 8548 *servus* a veste -a (8549. 37746). ④ *varia*: GELL. 19, 12, 8 *agricola rubos, fraxinos sim. caedit*, ut ager . . . -us purusque fiat. PS. APVL. Ascl. 22 *homines* ex parte corruptiore mundi et ex divina *facti opponuntur* diis ex -issima parte naturae effectis (23). CLAVD. DON. Aen. 5, 525 p. 483, 22 inter liquidas nubes, hoc est -as, cum neque fulgura exstarent et aëris esset nulla turbatio (*cf.* 7, 140 p. 23, 1 *tonuit* -o nubibus caelo). VVLG. exod. 37, 29 thymiama de aromatibus -issimis *composuit* (*cf.* LIB. iubil. 16, 22 species -as *aromatum*). Tob. 13, 22 ex lapide candido et -o (apoc. 15, 16). Iob 28, 19 tincturae -issimae (HIER. interpr. Iob:

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auro -o). CONC.S I 2 p. 48, 33 sacrificium (*gr. I 1, 1 p. 37, 24 ἀναίμακτον, I 3 p. 30, 35* sine sanguine, *I 5 p. 240, 8* incruentam). *β desunt res incorporales*: PS. SORAN. quaest. med. 132 pulsus ... -us a febre non invenitur, sed aliquae reliquiae febris in pulsu inveniuntur. ORIBAS. syn. 5, 47, 5 Ab p. 85 sicci ... pulmonis ... sunt et vocis sunt -ae (*i. non raucae, gr. ξηρότητες ... καθαραὶ τῷ φθέγματι*). ORIG. in Matth. ser. 137 p. 282, 18 vinum -um ab omni acerbitate et amaritudine.

b *n. sg. pro subst.*: *α i.q. margo paginae a scriptura vacuus*: SERV. auct. Aen. 3, 204 hi versus circumducti inventi dicuntur et extra paginam in -o. *β i.q. exemplar emendatum, correctum*: COD. Iust. 4, 21, 17 pr. (*a. 528*) contractus *scriptos* ... non aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in -um recepta *sint* ..., ut nulli liceat ... vel a scheda conscripta ... vel ab ipso -o, quod necdum est impletum et absolutum, aliquod ius sibi ... vindicare. *ibid.* 1 instrumentis ... vel in scheda vel in -o conscriptis.

B *latius transit ad notionem q.e. lepidus, lautus, elegans* (*iuxta* lautus *l. 30. 58*, elegans *l. 22. 27. 32; opp. tam* deformis *l. 39 quam* ornatus *l. 29*): **1** *vario usu*: **a** *de hominibus* (*v. et p. 1630, 25*): *α de feminis*: PLAVT. Cist. 55 numquam ego te tristiorem vidi esse ... neque -a adaeque es, ut soles, ... et pallida es. TER. Eun. 934 *meretrices* dum foris sunt, nihil videtur -ius nec magis compositum quicquam nec magis elegans; ... harum videre illuviem, sordes *eqs.* HOR. sat. 1, 2, 123 candida rectaque sit, -a hactenus, ut neque longa nec magis alba velit quam dat natura videri. PROP. 4, 8, 40 crotalistria Phyllis (*latet aliud nomen*) *erat apud nos*, et (haec *Baehrens*) facilis spargi -a sine arte rosā (*vix rosa -a dicitur*). POMPON. dig. 34, 2, 21, 1 *nardo*, quo elegantiores sint et -iores, unguuntur. VLP. dig. 34, 2, 25, 10 (*quae praecedunt v. p. 1633, 81*) mulier potest esse -a, non tamen ornata *eqs.* (*syn.* commundata). PAVL. sent. 3, 6, 83 per quae -ior mulier lautiorque efficitur (HIER. epist. 21, 13, 5 cum -a fuerit effecta [*ad Vulg. deut. 21, 12* radet caesariem et circumcidet ungues]). *β de viris*: CIC. fin. 2, 23 *asotos* -os, elegantes, optimis cocis, pistoribus ... vitantes cruditatem. HOR. sat. 2, 2, 65 *sapiens neque luxuriosum neque avarum imitabitur*; -us erit, qua non offendat sordibus atque in neutram partem cultus miser. 2, 7, 12 *Priscus adeo sibi non constabat, ut* aedibus ex magnis subito se conderet, unde -ior exiret vix libertinus honeste. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 190 ('ex modico ... acervo tollam') ut -um se, non prodigum fuisse demonstret. CASSIOD. in psalm. 48, 18 quam deformem in illa patria respicies, quem hic -issimum pretiosa veste miraris!

b *de rebus*: ENN. ann. 144 Ostia munita est, idem (*sc. Ancus Marcius*) loca navibus pulchris (celsis *var. l.*) -a facit nautisque. HOR. carm. 3, 29, 14 -ae ... parvo sub lare pauperum cenae. epist. 1, 4, 11 -us victus non deficiente crumina (AVSON. 419, 36 p. 362 P. v., vestitum, supellectilem -a, non splendida. AMM. 29, 5, 37. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 764 ['laute'] lautitias dicunt -um v., quod neque abundet sordibus nec squaleat egestate [*seq.* HOR. *l. c.*]. *cf. p. 1630, 52 sqq.*). 1, 20, 2 Sosiorum pumice -us *liber*. LIV. 8, 15, 7 Minucia Vestalis suspecta ... propter -iorem iusto cultum. SEN. epist. 70, 21 *Germanus quidam, ne in spectacula prodiret, se ipse occidit spongio latrinae in gulam farto* parum munde et parum decenter ...; praeferendam esse spurcissimam mortem servituti -issimae. 86, 12 postquam -a balnea inventa sunt, spurciores sunt *homines*. PLIN. epist. 2, 17, 9 *cubiculis* plerisque tam -is, ut accipere hospites possint. TERT. coron. 13 l. 57 quam sacer sanctusque, quam honestus ac -us sit habitus iste (*ironice, sc. coronandi lupanaria, latrinas sim.*). pall. 5, 3 si quid calceatus inducitur, -issimum opus est. ITIN. Alex. 12 Cydnum amnem ... -um facie, acutum frigore. AMM. 16, 8, 8 lautum convivium ... et -um. PS. ORIG. in Iob 3 p. 481B (*verba ficta uxoris Iob*) sepulturam -am eis *filiis* facere minime valui, illis, a quibus mihi honorabilem sepulturam speravi. *al.*

2 *c. respectu generis dicendi*: **a** *de poeta*: PROP. 4, 5, 43 -i Thais pretiosa Menandri. **b** *de dictione*: OV. ars 3, 479 -a, sed e medio consuetaque verba, puellae, scribite; sermonis publica forma placet. GELL. 17, 2, 12 'in Gallos' (*Quadrig. hist. 1*) -ius subtiliusque est quam 'cum Gallis' aut 'contra Gallos', nam pinguiora haec obsoletioraque sunt. 19, 9, 10 versus ..., quibus -ius, venustius, limatius, tersius ... nihil quicquam reperiri puto (*cf. p. 1633, 47*). ORIG. in Matth. ser. 22 p. 38, 21 Paulus, qui non solebat a foris calicis ... mundare, sed ab intus (*sec. Matth. 23, 25 sq.*), imperitum se confitetur 'sermone, sed non conscientia' (*II Cor. 11, 6*); et erat sermo ipsius rusticus quidem, tamen -us propter scientiae munditiam.

3 *c. vi quadam augendi*: PETRON. 41, 11 (*loq. libertus*) -um frigus habuimus, vix me balneus calfecit. MART. 3, 58, 45 sub urbe possides famem -am (*i. fundum non fertilem*). AVG. c. Petil. 2, 26, 60 tantum ... valet -a fallacia (*sc. omni veritate carens*). PS. SORAN. quaest. med. 196 spatium ab accessione *mali* usque ad accessionem aliam ... dicitur -um intervallum (*i. q. nulla accessione interruptum*). CAEL. AVR. chron. 3, 8, 119 -ior atque vera hydropum curatio. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 405A caloris quod est -issimum et humoris quod tenuissimum est.

II *praevalente vi spiritali, fere in rebus sacris*: **A** *sublucente plus minus sensu corporali*: **1** *ap. Orphicos sim.*: APVL. apol. 56 lana ... iam inde Orphei et Pythagorae scitis profanus vestitus est; sed enim -issima lini seges ... non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque rebus sacris usurpatur. **2** *ad reddendum hebr.* ṭahôr: ITALA lev. 7, 19 (Lugd., *cf.* VVLG.) caro, quaecumque tetigerit omnem immundum, non manducabitur ..., omnis -us manducabit carnem. 11, 36 (Lugd., *cf.* VVLG.) congregationes aquae -um erit. 11, 47 (Lugd., *cf.* VVLG.) discernere inter -um et immundum. deut. 12, 22 (Lugd., *cf.* VVLG.) communis et -us similiter edetis. 14, 11 (Lugd., *cf.* VVLG.) omnem ... avem -am manducabitis. VVLG. I Esdr. 6, 20 purificati ... fuerant sacerdotes ..., omnes -i ad immolandum pascha *erant*.

B *pleno usu fere ap. ecclesiasticos spectat ad integritatem, castitatem sim.* (*variat c.* innocens *infra l. 24; in lusu verb. c.* mundanus, 3. mundus *l. 33. 34*): **1** *-i sunt homines*: **a** *ipsi*: TERT. cult. fem. 2, 11 l. 25 timebis pauperior videri, ex quo locupletior facta es (*sc. fide Christ. assumpta*), et sordidior, ex quo -ior? idol. 17 p. 50, 21 Ioseph et Daniel -i ab idololatria (*cf.* COMM. apol. 682 [*ad deut. 6, 14*] ab idolis). orat. 14 p. 189, 9 omnibus licet membris lavet quotidie Israel, numquam tamen -us est. *al.* ITALA Iob 14, 4 (Tycon. reg. 3 p. 20, 20; *cf.* Hier. interpr. Iob) nemo est ... -us a sorde (*gr. ἀπὸ ῥύπου*, VVLG. quis potest facere -um *eqs.*). psalm. 23, 4 (Veron.) innocens manibus et -us corde ([PSALT. Rom. *al.* = VVLG. -o c.]. *cf. l. 35 et* AMBR. fid. 1, 20, 133 [*ad Is. 6, 7*] fide -us. GREG. M. moral. 8, 61 in cogitatione [*ad* VVLG. Is. 8, 6 si -us et rectus incesseris]). prov. 20, 9 (Tycon. reg. 3 p. 20, 26) a peccato (*gr. ἀπὸ ἁμαρτιῶν, Vulg.* purus). Matth. 27, 24 (Hesych. in lev. 4, 6 p. 823B) a sanguine ([*gr. ἀθῷος ... ἀπὸ κτλ., cod. a al. et Vulg.* innocens]. act. 20, 26 [cod. d *al.* = VVLG.]. *al.*). Marc. 12, 22 (cod. k, *cf.* c; *deest Vulg.*) cui remanet mulier -a? omnes enim septem *fratres* illam habuerunt (*sim. de mulieribus*: II Cor. 11, 2 [Epiphan. in cant. p. 12] virginem [*gr. ἁγνήν, Vulg.* castam]. CE 1874, 3 que vixi -a cum byro meo. 1988, 9 *ancilla erat* -a domi, sat -a foras. CIL X 3305 a superis [*i. ad superos*] -a transiit). VVLG. Ios. 2, 20 erimus -i ab iuramento, quo adiurasti nos (*Itala Lugd.* innocentes iurisiurandi). I reg. 21, 4 -i sunt pueri, maxime a mulieribus. AVG. agon. 31, 33 p. 136, 5 super doctrinam apostolicam (*I Tim. 5, 14*) se praedicant esse, qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se potius quam -os vocarent. VEN. FORT. carm. 3, 23A, 11 inlecebris mundi -us. *al. m. pro subst.*: ITALA Matth. 5, 8 (cod. c *al.*) beati -i corde ([cod. a *al.* = VVLG. -o c.]. AVG. perf. iust. 15, 36 p. 36, 22 interesse inter rectum c. [*psalm. 124, 4*] et -um c. *cf. supra l. 19*). AMBR. paenit. 1, 1, 3 doctores Novatianorum, qui -os se appellant (*cf.* HIER. in Os. 14, 1 p. 941B ipsi *καθαρούς*, id est -os, se vocant, cum sint omnium immundissimi). AVG. soliloq. 1, 1, 2 deus, qui nisi -os verum scire noluisti (*cf.* 2, 20, 34 quod videre nisi -issimus non potest). **b** *partes corporis, mens sim.*: TERT. orat. 13 p. 189, 5 satis -ae sunt manus, quas cum toto corpore in Christo semel lavimus (VVLG. Iob 17, 9 [*Hier. interpr. Iob* purus manibus]). paenit. 2, 6 quidquid error vetus inquinasset ..., id paenitentia averrens ... -am pectoris domum ... spiritui sancto paret (*cf.* CE 908, 10 corda lavent, pectora -a gerant). pudic. 6 p. 230, 12 *caro* nova emergit ... ex aqua pura et spiritu -o (VVLG. sap. 7, 23. *al.*). ITALA psalm. 50, 12 (Psalt. Rom. *al.* = VVLG.) cor -um crea in me, deus, et spiritum rectum innova *eqs.* (*v. supra l. 19. 35*). I Tim. 3, 9 (Epiphan. in cant. p. 79) habentes mysterium fidei ex -a conscientia (*Vulg.* pura). VITA Anton. 14 p. 30, 12 puros et -os mores. *al.*

2 *-ae sunt res*: **a** *variae*: TERT. anim. 39, 3 nulla ... nativitas -a est *ab idololatria*. orat. 28 p. 199, 1 innocentia integram, castitate -am *orationem* (AVG. perf. iust. 9, 20 p. 20, 18 iter nostrum ... -a mundat o. *aliter p. 1631, 62 sqq.*). PS. HIL. libell. 11 p. 84, 11 etiam in laica vita conversationem suam -issimam exhibere. HIER. epist. 49, 20, 1 -iorem virginitatem ... esse quam nuptias. 54, 16, 3 (*de habitu viduae*) sordes ... omnibus saeculi cultibus -iores. VVLG. prov. 20, 11 si -a et si recta sint opera eius. sap. 14, 24 neque vitam neque nuptias -as iam custodiunt (AVG. nat. et grat. 63, 75 p. 291, 1 *ecclesia* ducat -issimam v. CE 1439, 2 -a quod ex omni crimine v. fuit). PS. AVG. haer. 5, 7 veritas. CE 913, 2 -ior amne fides. *? n. sg. pro subst. i. q. status castus sim.*: ACT. Pauli frg. 2 l. 2 felices -i conscientia ..., felices qui ⌊in -o⌋ (*cod. Monac.*, -um *cod. Vat.*) corpus custodierunt, quia templum dei erunt (*sec. I Cor. 3, 16*). **b** *numerus impar sec. doctrinam philosophorum*: HIER. adv. Iovin. 1, 16 p. 236A non esse bonum duplicem numerum, quia ab unione dividat ...; unde in arca Noë omnia animalia, quaecumque bina ingrediuntur, immunda sunt; impar numerus est -us ...; septena, quae -a sunt *eqs.* (*cf. retractationem* epist. 49, 19, 1). *de eadem re brevius* epist. 22, 19, 6.

pro subst.: masc. supra l. 35 sqq., neutr. p. 1630, 35. 1631, 8 sqq. et fort. supra l. 63.

dubitanter huc rettulerimus formulam priscam **in -o** *i. q. in promptu. cf.* PAVL. FEST. p. 109 in -o dicebant antiqui, cum aliquid im promptu esse volebant intellegi. CHAR. gramm. p. 261, 17 B. (*ex Romano*) in -o pro palam et in expedito ac cito (*affert* PLAVT. *p. 1633, 9*, CAECIL., ENN.). GLOSS.L IV Ps. Plac. I 24 in -o: in expedito vel ad manum, ⟨in⟩ procinctu. *locutio a* PLAVTO, ENNIO, CAECILIO (*de comico dubitans Caecilium Cornutum quendam coni. Cichorius, Röm. Stud. 267; nec facile verba tradita in versus rediguntur*) *usurpata qua ratione c.* 1. mundus *cohaereat, non satis perspicitur, quoniam neque ad notionem solitam neque ad usus peculiares l. 64. p. 1631, 10 notatos quadrare videtur; vix melius applicari potest ad* 2. 3. 4. mundus (*Buecheler, Kl. Schr. I 631. Gulick, HarvSt. 7, 1896, 242 sq.*).

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *aliquid* in -o est (situm e. *l. 8; copula subauditur l. 9. 11*) *alicui*: PLAVT. Asin. 264 quantum ex augurio ... intellego, aut mihi in -o sunt virgae aut atriensi Saureae. 316 *scapulae* hariolari ... occeperunt sibi esse in -o malum (CAECIL. com. 278 namque ⟨mihi⟩ [*?*] m. in -ost, ere [in -o is ire *cod., corr. Buecheler*]). Cas. 565 stultitia magna est ... hominem amatorem ullum ad forum procedere, in eum diem quoi quod amet in -o siet (*de distinctione v. Leo ad l.*). Epid. 618 ego, quoi libertas in -o sitast. Poen. 783 (*Lycus ad advocatos*) vae vostrae aetati. :: id quidem ⟨in⟩ -o est tuae. Pseud. 499 sq. pistrinum in -o scibam, si dixem, mihi (p. in -o fore *afferre videtur* CHAR. *l. c.*). :: non a me scibas pistrinum in -o tibi, cum ea mussitabas. ENN. ann. 468 tibi vita seu mors in -o est. CAECIL. com. 276 (*si sanum*) profecto qui nobis in -o futurum lectum. 2 in -o habeo *aliquid*: PLAVT. Persa 45 quaeram, ... si quis credat *argentum tibi*. :: nempe h. in -o (*sc. promissum auxilium pro argento iam certo sumens*). :: si id domi esset mihi, iam pollicerer. Stich. 477 (*parasitus Epignomum quasi ad cenam vocans*) quid gravare? censeas: nescio quid vero h. in -o.

adv. **mundē**, -ius, -issimē. *posit.* (*confirmatus a* CHAR. gramm. p. 265, 27 B. [*ex Romano; affert* TITIN. *l. 41*; pro munditer *add. p.*]) *legitur ap. scriptores liberae reipublicae* (PLAVT. *l. 40* [*iuxta* munditer], TITIN. *l. c.*, POMPON. *l. 43*, LVCR. *l. 44*), *deinde ap.* SEN. *philos. l. 31*, COLVM. *l. 30*, GELL. *l. 47*, NON. *l. 61*, *frequentius ap. ecclesiasticos l. 50 sqq.; compar. ap. ecclesiasticos tantum l. 35 sqq. 52*, *superl. ap.* CATONEM *l. 28 et* COLVM. *l. 32*. [*francog. vet.* mon '*tantum, modo*'. *cf. M.-L. 5746. G.*]

i. q. mundo modo, pure (*in lusu verb. c.* 3. mundus *l. 44*): 1 *usu generali*: **a** *strictius, sc. ita ut sordes desint*: CATO agr. 66, 1 quam -issime purissimeque fiat *oleum*, vaso aheneo neque nucleis ad oleum ne utatur (COLVM. 12, 18, 4 ut omnia qui mustum conficiunt pure -eque faciant. 12, 38, 8 si modo -e et diligenter id feceris). 143, 2 *v. p. 1630, 38*. SEN. epist. 70, 20 *v. p. 1631, 51*. COLVM. 12, 53, 3 aromata in pila quam -issime contundito. ORIG. in Matth. 16, 18 p. 537, 19 ut -e incedentes terram et terrenarum rerum pulverem nequaquam contingant (*gr. καθαροῖς ... ⟨ποσί⟩*). *in imagine*: MAX. TAVR. serm. 22ª, 1 M. -ius misericordia detersit peccata quam puteus (*bis*). GREG. M. moral. 5, 35 p. 698ᴰ deus diu praevalere iniquos patitur, ut iustorum -ius vita purgetur. 10, 47 p. 946ᴮ pressus exterius ad penetranda quae intus sunt -ius liquatur *animus*. **b** *latius fere i. q. lepide, laute, eleganter*: PLAVT. Poen. 1178 tanta ibi (*in fano Veneris*) copia venustatum aderat, in suo quique (quicque *A*) loco sita -e ([*cf. 235* munditer]. TITIN. com. 130 verrite aedis, spargite, -e facite in suo quique [quisque *cod.*] loco ut s. sint). POMPON. Atell. 54 aptate pueri -e atque ampliter convivium. LVCR. 4, 1281 morigeris ... modis et -e corpore culto *femina viros allicit*. PS. APVL. Ascl. 11 *hominem* -e mundum servando, deum pie colendo ... dei voluntati parentem (*postea*: eius *mundi* pulchritudinem qui diligentia servat). *de oratione*: GELL. 10, 17, 2 *Laberii* versibus ... satis -e atque graphice factis (*cf. tit.* pure admodum et venuste).

2 *in rebus sacris i. q. puro animo, caste* (*iuxta* caste *l. 60*): IREN. 2, 32, 5 (= 2, 49, 3 H.) nec invocationibus angelicis facit aliquid *ecclesia* ..., sed -e et pure et manifeste orationes dirigens ad dominum (*cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 7, 5 -ius exorandus est *deus*). 4, 18, 3 (= 4, 31, 2 H.) si ... quis solummodo secundum quod videtur -e et recte et legitime offerre *sacrificium* tentaverit; secundum autem suam animam *eqs.* (COMM. apol. 350 qui sine cruore offerunt meo nomini -e). ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 5 p. 499 neque ... ullus alter ita se -e ab omni iactantia subduxit (*gr. καθαρὸς ἀλαζονείας ἦν*). RVFIN. Orig. in gen. 6, 3 p. 69, 8 Abimelech, id est qui -e et philosophice vivebat (AVG. nat. bon. 47 p. 887, 13 -ius vivere contra suos libros conantur *Manichaei*. in psalm. 57, 21 l. 25). PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 3 p. 265, 17 caste et -e.

adv. **munditer.** NON. p. 510, 29 -r pro munde (*affert* PLAVT. *l. c.*). PRISC. gramm. III 70, 2 *inter adv. in* -iter *desinentia, quibus* PLAVT. *usus est*. [*var. lect. l. 19.*]

i. q. mundo modo, pure: 1 *strictius*: PLAVT. Poen. 235 numquam lavando ... scimus facere finem. :: ... quom sedulo -r nos habemus, vix ... amatorculos invenimus (*cf. 1178* munde). CHIRON 710 *in dorso pulmunculo exorto* de spina decarnare incipies sic, ne quid pulmonis relinquas, -r, ne[c] cutem laedas. DAMIG. lapid. auct. 64 -r gestatus *lapis* facit ... daemonia apparere. MARCELL. med. 26, 30 sanguinem eius *hirci* excipies -r. 29, 45 filum -r recondes. SORAN. app. 40 *caseolum* -r reponat. PS. THEOD. PRISC. add. p. 330, 9 colabis -r. ORIBAS. syn. 9, 5 add. Aa p. 279 lavatas et purgatas -r radices. eup. 4, 88 Aa p. 606 -r (mundus La) dare *ossa* cum piper et sale (*gr. 4, 86, 9 καθαριωτέροις ... ἁλῶν καὶ πεπέρεως μιγνύειν*). 2 *de oratione fere i. q. decenter* (*cf. p. 1629, 33*): APVL. apol. 33 feminal nullo pacto repperiens -r dicere ad mea scripta confugit *eqs.* (*opp.* sordide).

deriv.: munditia (-es), mundo, mundulus.

compos.: 1. immundus, permundus; mundicors, mundifico.

2. ˢmundus, -ī *m.* (-um *n. p. 1634, 5*). *orig. inc.; an recte iungatur c.* 1. mundus, *non liquet*. *de origine*: VARRO ling. 5, 129 -us muliebris dictus a munditia (*cf. p. 1634, 32 et* VLP. dig. 34, 2, 25, 10 -us muliebris est, quo mulier mundior fit: continentur eo specula *eqs.* [*sim.* PAVL. sent. 3, 6, 83. *quaeritur ap. iurisconsultos varios* DIG. 34, 2, *an monilia sim. comprehendantur*]). FEST. p. 142 (*antecedentia v. p. 1636, 7*) -us etiam mulieris ⟨ornatus dicitur, quia non alius est quam quod moveri⟩ potest (*suppl. ex Paulo, ad veriloquium cf. infra l. 59; affert* ACC.). *notatur* m: PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 44 v. M. M.: vestem -um muliebrem (veste munda m. *trad.*). *de genere*: GELL. 4, 1, 3 -um ... muliebrem Lucilius (*l. 14*) ... non virili genere, ut ceteri, sed neutro appellavit (NON. p. 214, 13). GLOSS. vestis virginalis. muliebris ornatus. GLOSS.ᴸ III Abol. MV 15 vestis virilis muliebrisque conspicua. Abstr. MV 23 -um muliebrem: linteamina muliebria (*ad* VVLG. Esth. 2, 3 *refert Lindsay*). *legitur inde a* LVCIL., ACC., CIC., *maiorum esse dicitur l. 33; attulimus omnia exempla, selecta e* DIG. *tantum*.

i. q. apparatus, instrumentum conspicuum, ornamentum: 1 *strictius in curando corpore*: **a** *mulierum*: **α** *vario usu*: LVCIL. 519 (*v. l. 5*) legavit quidam uxori -um omne penumque; quid '-um' ⟨atque 'penum'⟩? quid non? quis dividet istuc? ACC. trag. 654 cum virginali -o clam patre (pater *trad.*). APVL. met. 2, 9, 5 auro, veste, gemmis omnique cetero -o exornata mulier (*cf.* 4, 26, 6 *mater Psychen* -o nuptiali ... ornabat. 4, 33, 1 [= carm. frg. 6, 2] ornatam -o funerei thalami). 11, 8, 2 *in pompa Isidis quidam* soccis obauratis inductus serica veste -oque pretioso ... feminam mentiebatur. VLP. dig. 34, 2, 19, 8 *speculum* mulier -i causa habuit. IVL. VAL. 2, 39 quod ex priori praeda -i regii fuerat Rogodunes atque Roxanes (*Hist. Alex. M. I p. 98, 7 Kr. τὸν γυναικεῖον κόσμον*). **β** -us muliebris (m. -us *l. 39; adde exempla p. 1633, 80 sqq. allata et iurisconsult. plura*): CIC. phil. frg. I 10 primum ea secrevimus, quibus ad res divinas uti solemus, postea -um m., qui ad dies festos comparatur, deinde (ad bella *addunt edd. sec. gr.*) virilem, item dierum sollemnium ornatum (*Xen. oec. 9, 6 κόσμον γυναικὸς τὸν εἰς ἑορτάς ..., ἐσθῆτα ἀνδρὸς τὴν εἰς ἑορτὰς καὶ πόλεμον*). LIV. 32, 40, 11 non aurum modo iis *mulieribus*, sed postremo vestem quoque -umque omnem m. ademit (*Polyb. 18, 17, 5 οὐ μόνον τὸν χρυσοῦν ... κόσμον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἱματισμὸν τὸν πολυτελέστατον*). 34, 7, 9 (*or. L. Valerii*) munditiae et ornatus et cultus, haec feminarum insignia sunt ..., hunc -um m. appellarunt maiores nostri. PHAEDR. 4, 5, 21 vestem, -um m., lavationem argenteam (*36* vestem, uniones; *41* cultum; *42* ornatum). SEN. nat. 1, 17, 10 *luxuria adeo processit*, ut quicquid -us m. vocabatur, sarcinae viriles sint. TERT. cult. fem. 1, 4 l. 7 cultum dicimus, quem -um m. vocant; ornatum, quem immundum m. convenit dici. ARNOB. nat. 6, 14 ex ornatibus ... meretriciis aut ex m. -o (*postponitur ut* AMM. 20, 4, 18). AMBR. Nab. 5, 25 VVLG. Esth. 2, 3. 9 Ezech. 16, 7. 23, 40 PS. RVFIN. in Os. 2, 9 CIL VIII 647, 9.

b *quorumlibet* (*cf. supra l. 7*): TERT. patient. 13 p. 21, 2 si et carcer praeveniat, caro in vinculis ...; illa et in paupertate lucis, illa et in penuria -i (resurr. 8 p. 37, 13 cum in carceribus maceratur taeterrimo lucis exilio, p. -i, squalore ... victus). ITALA Ezech. 7, 20 (cod. 176) electa -i in superbia posuerunt (*gr. ἐκλεκτὰ κόσμου, Vulg.* ornamenta monilium).

2 *latius*: APVL. apol. 13 maius piaculum decernis speculum philosopho quam Cereris -um profano videre (*significari videtur apparatus quidam mysticus; aliter p. 1640, 24*). met. 6, 1, 4 *in templo Cereris* erant et falces et operae messoriae -us omnis.

deriv. (*per lusum, l. 37*): 2. immundus.

3. ˢmundus, -ī *m.* *orig. inc.; an recte iungatur c.* 2. mundus, *non liquet*. *de origine: ab* 1. (*vel* 2.*?*) mundus: VARRO Men. 420 appellatur a caelatura caelum, graece ab ornatu *κόσμος*, latine a puritia -us. PLIN. nat. 2, 8 a perfecta absolutaque elegantia. TERT. adv. Hermog. 40, 2 cum ornamenti nomine sit penes Graecos -us *eqs.* (adv. Marc. 1, 13 p. 307, 1 cui et apud Graecos o. et cultus, non sordium nomen est). PAVL. NOL. carm. 32, 197 utraque lingua cosmon ab ornatu, -um de lumine dixit. *a* movere, 1. motus: PAVL. FEST. p. 142 (*loco lacunoso*) quod terra movetur. ISID. orig. 3, 29. 13, 1, 1. *ratione obscura*: FAV. EVL. 7, 3 W. (= p. 4, 18 H.) -us (*per errorem auctoris pro* terra *positum esse coni. Weddingen*) ab hoc numero (*sc. triade*) nomen accepit; namque ex duobus (*sc. mente et materia*) factus in tertium quod genus evaluit. *scrib.* mond-: ITALA Matth. 18, 7 (Lect. Gall. ed. Dold p. 26). Ioh. 13, 1 (cod. a; *ibid.* mu-). Eph. 2, 12 (Lect. Gall. ed. Dold p. 58). *de notione*: RVFIN. Orig. princ. 2, 3, 6 -*i* appellatio in scripturis sanctis diversa significans ... ostenditur; quod enim latine -um dicimus, graece *κόσμος* appellatur; *κόσμος* autem non solum -um, sed et ornamentum significat ...; -us dicitur etiam noster cum habitatoribus suis orbis iste terrarum (*affert* I Ioh. 5, 19. CLEM. ad Cor. 20, 8 *v. p. 1638, 18*) ...; dicitur -us etiam ista universitas, quae ex caelo constat et terra (*affert* I Cor. 7, 31) ...; designat sane et alium quendam -um praeter hunc visibilem etiam dominus ... noster ...; ait namque (Ioh. 17, 14) 'ego non sum ex hoc -o' *eqs.* GLOSS. *κόσμος ὁ τοῦ παντός*. caelum velorbis terrae. *v. et p. 1635, 2. 1636, 5 sqq. 1638, 50*. *legitur singulis locis apud* ENNIVM, CATONEM, ACCIVM, *raro in* CIC. Arat. (*ter*), inv. (*6ies, in cet. rhetoricis p. 1635, 8. 1636, 22*), carm. (*p. 1636, 20*), *oratt. (p. 1637, 52)*, *epist. (p. 1636, 45, sec. Atticum)*, *crebro inde a* CIC. *philos.*, CATVLLO, LVCR.; *adamant* MANIL., SEN. *trag. philos.*, LVCAN.

[*it.* mondo, *sard. centr. et mer.* mundu, *raet. occ.* muond, *raet. or.* mond, *francog. vet.* mont, *prov., cat.* mon. *cf. M.-L. 5749. Battisti-Alessio IV 2495. Wagner II 137. (Corominas III 476.) G.*]

i. q. κόσμος (*respondet graece, ubi infra nihil adnotatur*):

I *pertinet ad summam rerum naturae, universitatem*:

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A *praevalente respectu caeli. cf. p. 1634, 75 et* MACR. somn. 1, 20, 8 caelum, quod vere -us vocatur. 2, 11, 12 -us proprie caelum vocatur. *respondet gr. οὐρανός l. 73 et* CHALC. transl. p. 22D. 40C. AVIEN. Arat. 1134 (*gr. 610*). *al., οὐράνιος τόπος* APVL. mund. praef.; *cf. p. 1636, 14. nullo fere discrimine iuxta* caelum *l. 23. 30. 45. 48. al.* (*cf.* LVCR. 5, 772 magni per caerula -i [*1, 1090* per caeli caerula] *et var. lect. l. 15. al. necnon exempla sub B allata*), aether *l. 19; distinguitur* terra (terrae) CIC. part. 56 OV. met. 2, 116 *et l. 20. 23. 33. 42. 44. 49. 54. al.*

1 *usu prisco* '-us caeli': ENN. frg. var. 9 -us c. vastus constitit silentio et Neptunus . . . undis . . . pausam dedit, Sol equis iter repressit . . ., constitere amnes *eqs.*

2 *usu communi*: **a** *de -o supra terram sito*: CATO iur. civ. Fest. p. 154 *v. p. 1640, 27.* CVLEX 236 *Otos et Ephialtes* conati quondam cum sint inscendere -um (caelum *var. l.*). MANIL. 1, 3 carmine divinas artes et conscia fati sidera . . . deducere -o aggredior. SEN. Herc. O. 402 quis sub hoc -o mihi dabitur maritus? (1611. *cf.* ARNOB. nat. 1, 9 mole sub hac -i). 1385 ipse si in me . . . hic -us ruat (*cf.* LVCAN. 2, 289 sidera quis -umque velit spectare cadentem . . .? 2, 291 cum ruat arduus aether, terra labet mixto coeuntis pondere -i). *al.* **b** *de -i sideribus* (*iuxta* sidera *l. 18. 44. al., cf. infra l. 82 necnon l. 16. 67. 72. p. 1636, 6. al.*): ACC. trag. 678 pervade polum (*i. zodiacum*), splendida -i sidera (LVCR. 1, 788 a caelo ad terram, de terra ad s. -i. 2, 328. 5, 433. *al.* VERG. Aen. 9, 92 CIRIS 7. 218. *et saepe apud poetas. in prosa or. de Caesare divo*: VAL. MAX. 9, 6, 15 clarissimum -i sidus). CIC. Arat. 237 quattuor . . . lustrantes lumine -um orbes stelligeri (306). CATVLL. 64, 206 *Iovis* nutu tellus atque . . . contremuerunt aequora concussitque . . . sidera -us. 66, 1 *Conon*, omnia qui magni dispexit lumina -i ([limina *B. Rehm, sed v. Pfeiffer, Callim. I p. 112 ad l.*]. Q. CIC. carm. frg. 14. VERG. georg. 1, 5 vos, o clarissima -i l., labentem caelo quae ducitis annum. AVIEN. Arat. 1434. *al.; in prosa or.*: APVL. mund. **33** astra caelestia et -i l. MART. CAP. 2, 184). CAES. Gall. 6, 14, 6 de sideribus . . ., de -i ac terrarum magnitudine, de rerum natura . . . disputant *druides. et saepe.* **c** *de -i conversione, inclinatione sim.*: CIC. Arat. 225 aeternum . . . -i . . . motum (*al. v. p. 1534, 59 sqq.*). rep. 6, 19 tantus est totius -i incitatissima conversione sonitus. VARRO AT. carm. frg. 14, 1 aetherio -um torquerier axe. VARIVS trag. 6 -i . . . canor in vestigia se sua volventis. MANIL. 1, 45 oriente sub ipso . . ., qua -us redit (3, 591. *cf.* 1, 651 *horizon*, qua coit ipse sibi . . . -us). 2, 794 *regio occidentis*, unde fugit -us. *al.* VITR. 6, 1, 1 quibus regionibus aut quibus inclinationibus -i (*al. v. vol. VII 1, 939, 34 sq.*) constituantur *aedificia* (*seq.* uti constitutio -i ad terrae spatium inclinatione signiferi circuli . . . est collocata. *cf.* COLVM. 1 praef. 22 declinationum [3, 1, 3]). 9, 1, 3 cum -o reliquisque sideribus ornatu (-tum *E*) circum terram mareque pervolantia *sidera zodiaci* cursus perficiunt ad caeli rotunditatem. 9, 1, 15 contra -i cursum (SEN. epist. 94, 56 properantis -i volubilem c. PETRON. 127, 6 labentis -i c.). SEN. Ag. 827 (*de Hercule*) tibi concitatus substitit -us, o puer subiture caelum. nat. 7, 2, 3 ut sciamus, utrum -us terra stante circumeat an -o stante terra vertatur. *al.* **d** *de -i nubibus, tempestatibus sim.*: LVCR. 4, 134 nubes . . . interdum concrescere in alto cernimus et -i speciem violare serenam (*cf.* SEN. Thy. 1079 nubibus totum . . . convolve -um). AETNA 55 Iuppiter e⟨n⟩ caelo metuit dextramque . . . armatus flamma removet caligine -um. GRATT. 295 tepida indulget terris clementia -i. MANIL. 5, 93 Salmoneus . . . expressisse sonum -i sibi visus. PHAEDR. app. 14, 16 -i fragor (SEN. Tro. 355. dial. 7, 11, 1 fragores). SEN. Herc. O. 801 quale -o fulmen emissum tonat. 1595 -us sonat. Oed. 45 tristis . . . -us nubilo pallet die. clem. 1, 7, 2 uter -i status gratior oculis . . . sit, sereno . . . die an cum fragoribus *eqs.* CVRT. 8, 9, 13 adeo in illa plaga (*sc. Indiae*) -us statas temporum vices mutat, ut, cum alia . . . exaestuant, Indiam nives obruant. ARNOB. nat. 1, 10 pluit -us aut non pluit (*1, 9* non pluit . . . caelum). *al.* **e** *de -i partibus*: VARRO frg. Fest. p. 339 a deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt parte⟨s⟩ -i exorientes, ad dexteram occidentes (VITR. 6, 1, 5 *horizonte* dividitur pars superior et inferior -i. SEN. nat. 5, 17, 2. PLIN. nat. 2, 119 *de ventis* [*seq.* in quattuor caeli partibus]. *al. aliter p. 1637, 62*). MANIL. 1, 276 qua . . . caelum consurgit ad Arctos, omnia quae summo despectant sidera -o (VITR. 9, 1, 2 in s. -o ac post ipsas stellas septentrionum. *al.*). 1, 376 quae . . . intra . . . Capricorni sidus et axe imo subnixum vertuntur lumina -um (*de regione poli meridiani ut*: 1, 447 *sidera* ultima, quae -o semper volvuntur in imo. 2, 892 ima . . . culmina -i). 4, 744 Laniger in medio sortitus sidera -o (*de Ariete ut* GERM. 232 terit hic medii divortia -i [*Arat. 231 μεσσόθι . . . τρίβει . . . οὐρανόν*]. *al.*). VITR. 9, 1, 10 extremo. STAT. Theb. 6, 364 latenti (*aliter p. 1638, 37*). AMM. 20, 11, 26 *iris* in nostro panditur -o, quem sphaerae dimidiae parti rationes physicae superponunt. *al.* **f** *accedunt adi. notabiliora*: LVCR. 6, 108 patuli. CVLEX 102 aetherio (LYGD. 4, 17 SEN. Phaedr. 333). LYDIA 39 viridem. MANIL. 1, 126 nitentem (4, 867. *cf.* 1, 848 nitidum [SEN. Med. 402 MART. 10, 28, 1]). 1, 703 caeruleo. 2, 728 sublimi. 4, 363 latitantis (*cf. l. 74*). VITR. 1, 2, 5 aperto . . . atque lucenti. SEN. Herc. f. 126 prono (*cf.* PS. QVINT. decl. 4, 16 vergentis in proclive). 1204 stelliger (Herc. O. 1343. *cf.* APVL. met. 2, 5, 4 sideralis). Oed. 250 sereni. Phaedr. 309 obscurus. 961 cito (*cf.* epist. 94, 56 properantis). Thy. 834 picti. *al.*

3 *c. licentia poetica de aëre dictum*: MANIL. 5, 370 *Arcitenens surgens* aërios populos caeloque dicatum alituum genus in studium censusque vocabit; mille fluent artes *aucupii*: aut bellum indicere -o et medios inter volucrem prensare meatus aut *eqs.* PRVD. cath. 4, 57 *angelus* iussus nuntius advolare terris . . . raptim desilit obsequente -o.

B *praevalente respectu ipsius universitatis. cf.* VITR. 9, 1, 1 -us . . . est omnium naturae rerum conceptio summa caelumque sideribus et stellarum cursibus conformatum. PAVL. FEST. p. 143 -us appellatur caelum, terra, mare et aër. AMPEL. 1, 1 -us est universitas rerum, in quo omnia sunt et extra quem nihil; elementa -i quattuor *eqs.* APVL. mund. 1 -us omnis societate caeli et terrae constat. CHALC. comm. 26 de -i, hoc est universae rei, constitutione. *al. distinguitur* caelum *fere tamquam pars l. 21. 23. 39. al., vocibus copulatis vel exaequatis l. 34 sqq.; respondent gr. etiam τὸ πᾶν* (CIC. Tim. 13 CHALC. transl. p. 30B. 31B. 37D. *al.*) *atque οὐρανός* (*ut sub A ita in exemplis huc pertinentibus p. 1637, 1 et* CHALC. transl. p. 31A. 48B. 52D). *nonnulla exempla ad A referri posse vix negaverimus.*

1 *proprie*: **a** *respicitur unus -us, extra quem nihil est*: **α** *exempla varia usum illustrantia*: CIC. inv. 1, 8 quae sit -i forma. 1, 59 nihil . . . omnium rerum melius quam omnis -us administratur (*al. v. vol. I 733, 1 sqq.*). carm. frg. 11 (de consul.), 2 principio . . . Iuppiter . . . totum conlustrat lumine -um menteque divina caelum terrasque petessit. de orat. 3, 178 videmus hunc statum esse huius totius -i atque naturae, rotundum ut caelum terraque ut media sit . . ., sol ut circumferatur *eqs.* (*cf.* rep. 6, 18 terra . . . immobilis manens una [ima *var. l.*] sede semper haeret, complexa medium -i locum. Tusc. 1, 40 persuadent . . . mathematici terram in medio -o sitam ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere. LVCR. 5, 534 terra . . . ut in media -i regione quiescat). rep. 1, 19 *domus nostra est* -us hic totus, quod domicilium quamque patriam di nobis communem secum dederunt (3, 14 d. *deorum*. nat. deor. 2, 154 quasi communis deorum atque hominum d. aut urbs utrorumque [*cf.* leg. 1, 23 una civitas]. VARRO Men. 92 -us d. est maxima homulli *eqs.* SEN. benef. 7, 1, 7 unam omnium d.). 6, 13 deo, qui omnem -um regit (6, 26 r. et moderatur et movet. nat. deor. 2, 73 gubernet et regat. *al.*). leg. 2, 16 in caelo -oque (*cf.* Tim. 4 [*v. et* CHALC. transl.] omne . . . caelum sive -us sive quo alio vocabulo gaudet [*gr. ὁ . . . πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος*]. MELA 1, 3 omne . . . hoc, quidquid est, cui -i caelique nomen indidimus. PLIN. nat. 2, 1 -um et hoc, quodcumque nomine alio caelum appellare libuit). Tusc. 5, 105 litteris, quibus . . . in hoc ipso -o caelum, terras, maria cognoscimus (*eadem contineri -o docent*: nat. deor. 1, 100 VARRO ling. 9, 24 VERG. ecl. 4, 50 AETNA 102). nat. deor. 2, 38 -us . . . omnia complexus est neque est quicquam, quod non insit in eo (*cf.* SEN. dial. 7, 8, 4 *syn.* universi. nat. 2, 3, 1). 2, 101 omnia cingens et coercens caeli complexus . . ., extrema ora et determinatio -i (*cf.* div. 2, 91 caelum ipsum, quod extremum atque ultimum -i est). Att. 9, 10, 3 sol, ut est in tua quadam epistula, excidisse mihi e -o videtur. VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 344, 6 *in terram et caelum* divisus -us. LVCR. 1, 73 *Epicuri animus* extra processit longe flammantia moenia -i atque omne immensum peragravit mente (*al. v. p. 1328, 71 sqq.; cf.* SEN. nat. 2, 1, 1 ignium, quibus -us includitur). HOR. carm. 1, 12, 15 Iuppiter mare ac terras variisque -um temperat horis (SEN. benef. 6, 22 *omnia* -um ex aequo temperantia). *al.*

β *circumscriptiones plus minus abundantes*: CIC. inv. 1, 59 (*loco fort. spurio*) non mediocri quodam consilio naturam -i administrari (nat. deor. 2, 58. 84. LVCR. 1, 1054 -i n. stare sine ullis ictibus externis. *al.* APVL. mund. 19 [*gr. ὁ κόσμος tantum*]). LVCR. 5, 96 moles et machina -i (*al. v. p. 1343, 53 sqq. et cf. p. 1635, 17*). 5, 1204 magni caelestia -i templa (5, 1436 -i magnum versatile t. 6, 43). PANEG. in Mess. 18 opus magni mirabile -i (MANIL. 1, 247 hoc o. immensi constructum corpore -i. GELL. 1, 9, 7 ad perspiciendi -i opera et principia naturae. TERT. adv. Hermog. 8, 1. *al.*). PROP. 3, 5, 26 quis deus hanc -i temperet arte domum. 3, 5, 31 dies, -i quae subruat arces (*al. v. vol. II 742, 75 sqq.*). VITR. 6, 1, 6 -i conceptio tota. APVL. mund. 36 -i universitas ([*gr. ὁ σύμπας . . . διάκοσμος*]. TERT. apol. 21, 10 CHALC. comm. 268 AVG. civ. 11, 21 p. 488, 25 D.). TERT. adv. Val. 15 p. 194, 11 in omnem hanc struem -i. *al.* **γ** *accedunt adi. notabiliora*: CIC. rep. 6, 26 -um ex quadam parte mortalem (SEN. epist. 58, 29. *cf.* CIC. nat. deor. 1, 20 sempiternum [PS. APVL. Ascl. 29]. 2, 21 aeternum [LVCR. 5, 514]. SEN. dial. 8, 4, 2 immortalis. *sim. al.*). nat. deor. 1, 18 rotundum (2, 48). 2, 116 globosus. OV. met. 2, 35 immensi (MANIL. 2, 198 APVL. mund. 22). 12, 40 orbe locus mediost inter terrasque fretumque caelestesque plagas triplicis confinia -i (STAT. Theb. 4, 516 *caeli, terrae, inferorum. cf.* OV. met. 15, 859 triformis). 13, 110 vasti . . . -i (fast. 1, 119 SEN. Phaedr. 973). *al.*

b *respiciuntur plures -i*: **α** *generatim* (*sec. doctrinam Democriti A 81 D.*): CIC. fin. 1, 21 innumerabiles -i, qui et oriantur et intereant cotidie (2, 102 i. -os infinitasque regiones. *al.* PLIN. nat. 2, 3 *quosdam* i. tradidisse -os, ut totidem rerum naturas credi oporteret. *cf. l. 82. p. 1637, 1.* LVCAN. 6, 696 Chaos innumeros avidum confundere -os). ac. 2, 55 si -us ita sit par alteri -o, ut inter eos ne minimum quidem intersit (*cf.* TERT. anim. 23, 5 quod -us hic imago sit alterius alicuius). nat. deor. 1, 67 in -is . . . aliis nascentibus, aliis cadentibus. 1, 73 innumerabilitatem . . . -orum, eorum ortus, interitus (*al. v. vol. VII 1, 2217, 13 sqq.*). Tim. 12 rectene . . . unum -um diximus an fuit plures aut

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

innumerabiles dictu melius . . .? (*gr. ἕνα οὐρανόν. cf.* CHALC. transl.). LVCR. 5, 528 (= 5, 1345) in variis -is varia ratione creatis. QVINT. inst. 7,3,5 *Epicurus deo* locum ... inter -os dedit. *cf.* AVG. gen. ad litt. 8, 1 p. 230, 21 num ideo credendum non est deum fecisse -um, quia iam non facit -os . . .? **β** *speciatim*: sensibilis: PS. APVL. Ascl. 32. 33. 34 s. qui dicitur -us receptaculum est omnium sensibilium specierum *eqs. ibid.* -um ipsum s. et, quae in eo sunt, omnia a superiore illo -o quasi ex vestimento esse contecta. *al.* sensilis: CHALC. comm. 25. 30. 105. corporeus: AVG. civ. 4, 10 p. 158, 9 D. intellegibilis: *v. vol. VII 1, 2095, 63 sqq.*

2 *in imag. vel translate homo* -us minor *sim. appellatur* (brevis *l. 27. 33*, parvus *l. 28. 41; opp.* maior *l. 44; redditur gr. μικρόκοσμος vel μικρὸς κόσμος sec. Democrit. B 34 D.; cf.* MANIL. 4, 894 quid mirum, noscere -um si possunt homines, quibus est et -us in ipsis . . .? *aliter p. 1638, 6*): **a** *rationibus indicatis*: **α** *hominis quaedam figura -i similis est*: SOL. 1, 93 quantus manibus expansis inter digitos longissimos modus est, tantum constat esse inter calces et verticem, ⌊ideoque physici hominem minorem -um iudicaverunt⌋ (⌊⌋ *desunt Plin. nat. 7, 77*). **β** *homo e totidem elementis vel humoribus compositus est quot -us*: FIRM. math. 3 prooem. 2 *sciendum,* quod ad imaginem . . . -i formam hominis ac statum totamque substantiam deus . . . natura monstrante perfecerit; nam corpus hominis ut -i ex quattuor elementorum commixtione composuit . . ., ut in parvo corpore omnem elementorum vim . . . conferret . . .; (3) hac ex causa hominem quasi minorem quendam -um stellae quinque, Sol etiam et Luna . . . sustentant *eqs.* CHALC. comm. 202 *in corporibus nostris sunt quattuor illa elementa*, unde opinor hominem -um brevem a veteribus appellatum. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 17 p. 372B parvum -um. ISID. nat. 9, 1 secundum mysticum . . . sensum -us competenter homo significatur, quia sicut ille . . . ex quattuor constat humoribus. **γ** *homo ab anima regitur sicut -us a deo*: MACR. somn. 2, 12, 11 *anima immortalis est,* adeo ut in imitationem dei -um regentis regat et ipsa corpus . . .; ideo physici -um magnum hominem et hominem brevem -um esse dixerunt. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 11, 2 *deus hominem rationabili anima praeditum* velut alterum quendam -um in brevi magnum atque in exiguo totum statuit in terris. **δ** *homo in se quasi omnia caelestia corpora continet*: RVFIN. Orig. in lev. 5, 2 p. 336, 23 intellege te alium -um esse in parvo et esse intra te solem, esse lunam, esse etiam stellas (*allegorice gen. 15,5 explicatur ita, ut simul ad* 1. mundus *coll. lev. 7, 9 alludatur*). **b** *rationibus in medio relictis*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 179, 19 hominem -um esse parvum. ARNOB. nat. 2, 25 *homo* -us minor . . . dicitur et totius in speciem similitudinis fabricatus atque formatus. MAR. VICTORIN. defin. p. 44, 7. MAR. VICTOR aleth. 2, 182 *deus dedit* -o . . . minori quicquid maior habet sacro notescere sensu (*de terra dici vix recte coni. Schenkl, praef. p. 351*).

II *vi restricta pertinet ad terram, orbem terrarum. cf.* CLAVD. carm. min. 27, 10 humani ... -i *et p. 1634, 70. 75. syn. vel iuxta pos.* orbis *infra l. 61. 81. p. 1638, 3 al.* (o. terrarum *infra l. 73*), terra *l. 65. 68. graece respondet οἰκουμένη p. 1638, 2 et* CONC.S II 3, 1 p. 44, 23 (*gr. II 1,1 p. 69, 35*). II 3, 2 p. 131, 16 (*gr. II 1,2 p. 123, 39*).

A *usu communi*: **1** *c. respectu loci*: **a** *generatim* (*exempla selecta*): CIC. har. resp. 63 cum ipse -us, cum agri atque terrae motu quodam novo contremescunt. VERG. ecl. 4, 9 toto surget gens aurea -o (LVCAN. 7, 204 spectari t. potuit Pharsalia -o. PLIN. nat. 2, 22 t. . . . -o et omnibus locis. 7, 165 in t. -o [16, 160. *al.*]. *al. cf. p. 1636, 21. 1638, 62*). HOR. carm. 1, 22, 19 quod latus -i nebulae malusque Iuppiter urget (PERS. 6, 76 excute ... omne l. -i. *v. et l. 63*). 3, 3, 53 quicumque -o terminus obstitit, hunc tanget armis *Roma* (*cf.* SEN. suas. 1, 2 idem sunt termini et regni tui [*Alexandri*] et -i [CVRT. 9, 9, 1 cupido visendi Oceanum adeundique terminos -i]. SEN. epist. 119, 7 *Alexander* -i claustra perrumpit. IVV. 10, 169 unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis, aestuat ... angusto limite -i. *sim. al.*). 3, 24, 38 neque ... pars inclusa caloribus -i nec Boreae finitimum latus (PANEG. in Mess. 150 te manet ... Britannus teque interiecto -i p. altera sole. LVCAN. 2, 583 p. -i mihi *Pompeio* nulla vacat, sed tota tenetur terra meis ... tropaeis. 4, 106 -i p. ima *sc. nivalis. al.*). PROP. 4, 6, 19 huc (*sc. Actium*) -i coiere manus. 4, 9, 65 (*de ara Maxima*) angulus hic -i nunc me *Herculem* ... accipit, haec fesso vix mihi terra patet. OV. trist. 4, 4, 83 *Tomidis* regio, magni paene ultima -i. ALBINOV. carm. frg. 4 *Germanicus navigabat* ad rerum metas extremaque litora -i. 14 ut nihil erepto valuit dinoscere -o. VITR. 1, 4, 5 figurantur omnium animalium in -o generatim qualitates. 5, 9, 6 cum sol oriens vapore tangat -um. 6, 1, 8 corpora ... una -i coniunctione concepta. 6, 1, 10 vero ⟨s⟩ inter spatium totius orbis terrarum regionesque medio -i populus Romanus possidet fines. 8 praef. 3 *deus omnia ad vitam necessaria* effudit ... per omnem -um (FILASTR. 122, 2 ubique, id est in omni -o. *cf. p. 1636, 19*). CVRT. 10, 9, 4 *novi sideris Augusti,* non solis ortus lucem caliganti reddidit -o. LVCAN. 1, 160 opes nimias -o fortuna subacto intulit *Romae*. 2, 136 *Roma* caput -i rerumque potestas (*al. v. vol. III 426, 42 sqq., ubi addas* AMM. 14, 6, 23. *cf.* RVT. NAM. 1, 47 regina). 8, 242 -i dominis (9, 20 MART. 8, 32, 6. *cf.* 7, 7, 5 *imperator*, summe -i rector et parens orbis). SIL. 3, 611 (*verba Iovis ad Domitianum*) sacrilegas inter flammas servabere terris; nam te longa manent nostri consortia -i (*caelum intellegunt plerique, sed v. Wistrand, Chronologie ... d. Sil. 6 adn.*; -us *opposito Orco* noster *dicitur ut infra l. 37*). ITALA Matth. 4, 8 (cod. a *al.* = VVLG.) omnia regna -i (*gr. τῆς οἰκουμένης, cf. Vulg. Luc. 4, 5* orbis terrae). CYPR. hab. virg. 23 p. 203, 24 iam refertus est orbis et -us impletus. CIL VIII 4238 aput superos -i vita(m) vix(it) *annos tot. al. in imag.*: MAR. VICTOR aleth. 2, 424 *robora a Noë ad arcam construendam caesa* speciem -i implicitura minoris (*aliter p. 1637, 11*).

b *speciatim de quibusdam partibus terrae* (*plur. l. 9. 18. 43*): **α** *naturalibus*: Ⓘ *variis*: PROP. 4, 3, 37 cogor ... e tabula pictos ediscere -os. LVCAN. 3, 273 qua ... Tanais diversi nomina -i imposuit ripis Asiaeque et terminus idem Europae (*cf.* CARM. inc. Fulg. myth. 2, 13 geminum luctu [g. luctum *vel* gemino luctu *codd.*] concussit adultera *Helena* -um). 8, 290 dividit Euphrates ingentem gurgite -um (*'dividit a nobis ingentem terrae tractum et alterius -i instar' Housman ad l.*). APVL. met. 11, 24, 3 grypes Hyperborei, quos in speciem pinnatae alitis generat -us alter (*cf.* AMM. 17, 4, 9 volucrum ... ferarumque etiam alieni -i genera multa. *aliter p. 1636, 80*). CLEM. ad Cor. 20, 8 (Rufin. Orig. princ. 2, 3, 6 p. 121, 18) Oceanus ... et hi, qui trans ipsum sunt -i (*sc. ἀντιχθόνων, vers. antiquiss.* omnis orbis terrarum). CLAVD. 20, 534 (*Aurora Stilichoni*) tantane te nostri ceperunt taedia -i (*i. partis orientis*)? ... sic te victoria nobis eripuit Gallisque dedit? Ⓘ *de orbe Romano*: LVCAN. 8, 335 (*ad Pompeium*) quid transfuga -i terrarum totos tractus caelumque perosus aversosque polos alienaque sidera quaeris . . .? (CLAVD. 18, 15 *Nilus* nostri temptat iam t. -i se Rubro miscere mari). APVL. met. 11, 17, 3 navibus ..., quae sub imperio -i nostratis reguntur (*cf.* CLAVD. 17, 51 nostro diducta Britannia -o). CLAVD. 5, 245 *Nili fontem scrutaturus* -um post terga relinquam. *al. v. in indice Birtii.* COD. Theod. 16, 5, 18 pr. *et* 1 quicumque sub nomine Manichaeorum -um sollicitant, ex omni ... orbe terrarum ... pellantur ..., nihil ... his sit commune cum -o (*cf.* COLL. Mos. 15, 3, 4 [*de Manichaeis*] veluti nova ... prodigia in hunc -um ... progressa ... esse).

β *fabulosis*: Ⓘ *de Orco* (*cf.* OV. met. 15, 155 quid Styga ... timetis, materiem vatum falsique pericula -i? TERT. anim. 55, 1 nobis inferi non nuda cavositas nec subdivalis aliqua -i sentina creduntur, sed in fossa terrae *eqs.*): OV. met. 5, 507 *Proserpina* regina ... opaci ... -i. 10, 17 positi sub terra numina -i (*cf.* STAT. Theb. 4, 476 imi). SEN. Herc. f. 863 silentis otium -i. LVCAN. 6, 649 *Taenarus* maestum -i confine latentis ac nostri (*cf. p. 1637, 83*). STAT. Theb. 8, 39 (*loq. Dis*) -um ... nocentem (nocentum, iacentem *var. ll.*) servo, nec iste meus ... inspicitur. PRVD. ham. 540 umbrosi. *comprehenditur orbis terrarum*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 91 (*ad Mercurium*) commune profundis et superis numen, qui fas per limen utrumque solus habes geminoque facis commercia -o. DRAC. Romul. 9, 116 non sunt commercia iuncta mortibus (manibus *Buecheler*) et superis, divisit limite -os imposito natura. Ⓘ *de Elysio, paradiso sim.*: NEMES. ecl. 1, 20 *Meliboeum mortuum* secreti pars orbis habet -usque piorum (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 2, 3, 6 p. 124, 7 sanctorum ... est ... -us ille, non etiam impiorum sicut iste noster). RVST. HELP. benef. 137 *gratia dei* limina pandit ad -i potioris iter regnumque perenne caelestis patriae.

2 *c. respectu inhabitantium i. q. homines, aequales* (*cf.* AVG. in epist. Ioh. 2, 12 -us ... appellatur non solum ista fabrica, quam fecit deus ..., sed habitatores -i -us vocantur; *luditur in not. q. e. orbis terrarum infra l. 78; v. et p. 1639, 36 sqq.*): **a** *vario usu*: CATVLL. 47, 2 Porci et Socration ..., scabies famesque -i (mundae *Buecheler, Kl. Schr. I 628 sqq., sed v. Kroll ad l., qui confert* PLIN. nat. praef. 25 *Apionem grammaticum Tiberius* cymbalum -i vocabat, cum propriae [publicae *trad., ut vid.*] famae tympanum potius videri posset). HOR. sat. 1, 3, 112 iura inventa metu iniusti fateare necesse est, tempora si fastosque velis evolvere -i (*cf.* STAT. silv. 4, 7, 54 tuas artes puer ... discat, omne quīs -i senium remensus *Sallustii et Vergilii opera reddis*). PROP. 4, 6, 37 -i servator ..., Auguste. LVCAN. 2, 248 *Cato* inconcussa tenens dubio vestigia -o (CLAVD. 7, 64 dubium ... quatit discordia -um). 2, 383 nec sibi, sed toti genitum se credere -o (PLIN. nat. 30, 13 toto -o ... quamquam discordi et sibi ignoto. HIER. epist. 27, 1, 1 adversus ... totius -i opinionem. 53, 8, 16 *Daniel* temporum conscius et totius -i *φιλοΐστωρ. al.*). 5, 226 iure ... incerto -i (10, 471 neque ius -i valuit nec foedera sancta gentibus). 5, 469 miseri ... spes irrita -i (7, 270). 6, 583 -i sanguine (7, 233 s. -i). 7, 70 proceresque tuorum castrorum regesque tui cum supplice -o. 7, 405 Romam ... -i faece repletam. *al.* PLIN. nat. 14, 4 *oblivionis* causas quis alias quam publicas -i invenerit? 14, 5 posteris laxitas -i ... damno fuit. *al.* SIL. 14, 686 viri, qui nunc dedit otia -o (STAT. silv. 2, 7, 31 [*ad Baeticam*] Lucanum potes imputare terris, hoc plus quam Senecam dedisse -o). STAT. silv. 3, 5, 75 tecta Dicarchei portusque et litora -i hospita. CLAVD. 16, 9 omnibus audimur terris -ique per aures ibimus (*cf.* CASSIOD. var. 3, 29, 2 -i ore laudatur). 21, 89 congrua -o iudicat et primus censet, quod cernimus omnes. *al.* **b** *-us inducitur quasi agens*: OV. fast. 4, 926 nil opus est illis *gladiis telisque*, otia -us agit. SEN. Herc. O. 541 *Amorem* -us et superi timent. nat. 7, 30, 5 pusilla res -us est, nisi in illo quod quaerat omnis -us habeat (IREN. 4, 30, 3 [= 4, 46, 3 H.] -us pacem habet per eos *Romanos*). LVCAN. 2, 49 coniuret in arma -us. 3, 322 nec sic horret iners scelerum contagia -us, ut *eqs.* 7, 708 tam mala Pompei quam prospera -us adoret. PLIN. nat. 30, 15 non opes ei *Neroni* defuere, non vires ..., quae non alia patiente -o! MART. 8, 4, 1 quantus ... -i conventus (conc- *var. l.*) ad aras suscipit ... vota! ITALA Ioh. 12, 19

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) omnis -us post eum *Christum* abiit. SCHOL. Pers. 2, 60 haec . . . omnia (*sc. usus vasorum fictilium*) luxuriante -o mutata sunt. *al.*

B *usu Christiano, sc. fere in malam partem* (AVG. *infra l. 40*) *c. colore detrectandi et sub specie mortalitatis, fragilitatis sim.* (*cf.* CYPR. ad Donat. 6 p. 8, 14 fluctuans. PAVL. PELL. 11 instabilis. *al.; iuxtapos. syn.* saeculum *l. 25. 26. 27 et saepe, cf. l. 14. 15 et* GLOSS. -i: saeculi; *graece respondet αἰών* DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 296, 17 [*gr. I 1, 6 p. 152, 16*]): **1** *generatim*: **a** *praevalente respectu loci* (*subaudita notione q. e. 'res terrenae', 'vita saecularis' ex. gr. l. 18*): *α in univ.*: Ⓘ *in novo testamento*: ITALA Matth. 5, 14 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) vos estis lux huius (*om. Vulg. ut ceteris fere locis*) -i ([*cf. ibid. 5, 13* vos estis sal terrae]. Ioh. 12, 46 [cod. a *al.* = VVLG.] ego l. in -um veni). 28, 20 (cod. a *al.*) usque ad consummationem -i (saeculi *Vulg.*). Ioh. 8, 23 (cod. a *al.* = VVLG.) vos de hoc -o (saeculo *cod. e ut solet*) estis *eqs.* (*cf.* VVLG. I Ioh. 2, 16 ex -o). 12, 31 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) nunc iudicium est huius -i, nunc princeps huius -i (*i. diabolus*) eicitur foras. 16, 33 (cod. b *al.*, *cf.* VVLG.) in hoc . . . -o tribulationem habetis . . ., ego vici -um. Iac. 2, 5 (Aug. epist. 167, 3 p. 590, 3 = VVLG.) pauperes in hoc -o, divites in fide (*cf.* CE 1387, 18 simplex -o, sed sapiens domino). I Ioh. 2, 15 (Cypr. testim. 3, 11 p. 125, 6 = VVLG.) nolite diligere -um neque ea, quae in -o sunt. *al.* Ⓘⓘ *ap. ecclesiasticos*: TERT. coron. 13 l. 20 (*sec. psalm. 38, 13*) peregrinus -i huius et civis civitatis supernae (GAVDENT. serm. 18, 9 G. velut hospites et p. in hoc -o. *al.*). CYPR. eleem. 26 p. 394, 23 qui saeculo et -o maiores esse iam coepimus, cursum nostrum nulla saeculi et -i cupiditate tardemus (HIER. epist. 14, 10, 2 quid agis . . . in saeculo, qui m. es -o?). AMBR. parad. 3, 14 sapientes istius -i (HIER. epist. 12, 2 contra sophistas . . . saeculi et s. -i). AVG. serm. 178, 7, 8 theatrum -us, spectator deus. RVST. HELP. hist. testam. 65 *Christus* -ique hominumque salus. *al.* *β pressius de locis habitatis* (*vertitur gr. οἰκουμένη*): VITAE patr. 5, 2, 13 (*verba discipuli ad abbatem in solitudine commorantem*) eamus parum iuxta -um. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 1 p. 409/410 *prophetae et martyres* exagitabantur non ex -o tantum, sed etiam ex inhabitabilibus locis (*spectat ad Vulg. Hebr. 11, 37* in solitudinibus errantes *eqs.*).

b *praevalente respectu inhabitantium i. q. homines, aequales* (*cf. p. 1638, 49 sqq. et* AVG. enchir. 8, 26 [*ad* VVLG. Rom. 5, 12 per unum hominem peccatum intravit in -um] -um . . . appellavit eo loco apostolus universum genus humanum. in epist. Ioh. 4, 4 cum auditis '-um' in mala significatione, non intelligatis nisi 'dilectores -i' [5, 9 -us est, quando in malo ponitur, 'd. -i'. *cf.* PS. PRIMAS. in Hebr. p. 773^{B} amatores -i. *sim. al.*]): *α sing.* (*exempla paucissima selecta*): Ⓘ *vario usu*: ITALA Matth. 18, 7 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) vae . . . huic (*om. Vulg.*) -o ab scandalis! Ioh. 1, 29 (cod. a *al.* = VVLG.) agnus dei, qui tollit peccatum -i. 3, 16 (cod. b *al.* = VVLG.) dilexit deus -um *eqs.* 4, 42 (cod. b *al.* = VVLG.) salvator -i (saeculi *codd. e q ut et ceteris locis*). 6, 51 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) pro huius (*om. codd. aliquot et Vulg.*) -i vita. 12, 47 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) non . . . veni, ut iudicem -um, sed ut salvem -um (saeculum *bis cod. e*). 17, 9 (cod. b *al.* = VVLG.) non pro -o rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. 18, 20 (cod. b *al.* = VVLG.) palam locutus sum -o. II Cor. 7, 10 (Aug. civ. 14, 8 p. 19, 22 D.) quae . . . secundum deum est tristitia . . ., -i (saeculi *Vulg.*) autem tristitia mortem operatur. HIER. epist. 53, 8, 10 *Ionas* -um ad paenitentiam revocat. *sim. saepe ap. script. ecclesiasticos.* Ⓘⓘ *-us inducitur quasi agens* (*v. et infra l. 80*): ITALA Ioh. 1, 10 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) in hoc (*om. Vulg. ut ceteris fere locis*) -o erat, et -us per ipsum factus est, et -us eum non cognovit (*al. ibid.; cf.* VVLG. I Ioh. 3, 1 novit). 7, 7 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) non potest hic -us odire vos, me autem odit (*al. ibid.*). 14, 17 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) spiritum veritatis, quem hic -us (saeculum *cod. e*) non potest accipere, quia non videt eum *eqs.* CYPR. domin. orat. 27 p. 287, 14 contra omnia, quae diabolus et -us operantur. FVLG. myth. 2, 1 p. 36, 21 *activam* vitam penes antiquos aliqui tyranni, penes nos -us omnis gerit. HIER. epist. 14, 11, 1 iudicaturo domino lugubre -us immugiet. *al.* *β plur.* (*poet.*): PROSP. carm. de ingrat. 761 vana fluunt (*i. effundunt*) -i.

c *praevalente respectu temporis, quo -us quasi vitam suam degit, fere i. q. historia -i*: LEO M. serm. 19, 2 per ipsius -i cardines (*quadragesimam, pentecosten al.*) quasi per quattuor euangelia . . . discimus, quod . . . agamus. MAR. VICTOR aleth. 2, 528 *Noe* -i sortitus regna secundi (*cf.* 3, 57 -i pars altera, *sc. post eluviem*). VEREC. in cant. 2, 7 (*ad Italam deut. 32, 7* intellegite annos nationis nationum) creatura in quattuor . . . dividitur nationes . . .; aliter -us ipse quinque generationum divisionibus dispertitur: prima usque ad diluvium currit, secunda . . ., quinta sub Christi currit adventum.

2 *accedunt determinationes*: AVG. in epist. Ioh. 4, 4 totus -us Christianus et totus -us impius, per totum enim -um impii et per totum -um pii; illi illos non cognoscunt. in euang. Ioh. 95, 4 homines infideles . . ., inter quos gemit fidelis -us. serm. 81, 3 -us malus, -us bonus; -us malus omnes in -o mali et -us bonus omnes in -o boni. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 15 p. 702^{C} caritas . . . fecit, ut -us fidelium -um vinceret impiorum. *per allegoriam*: RVFIN. Orig. in iud. 1, 1 p. 464, 15 si oriatur nobis 'sol iustitiae' (*Mal. 4, 2*) et illuminet -um animae nostrae (*sec.* VVLG. Ioh. 1, 9 vera lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc -um).

3 *in lusu verborum c.* 1. mundus *et* 1. immundus (*exempla selecta, cf. p. 1637, 39*): AVG. in euang. Ioh. 38, 6 si delectat te -us, semper vis esse immundus; si autem iam non te delectat hic -us, iam tu es mundus *eqs.* serm. 105, 6, 8 quid strepis, o -e immunde? (*voc. ut* serm. coll. Morin p. 620, 23). 116, 3, 3 totus hoc credidit -us (*sc. Christum resurrexisse*); qui non credidit, remansit immundus. 216, 2, 2 si despicitis -um, habebitis cor mundum et videbitis eum, qui fecit -um. 283, 2, 1 habes quod ames pro -i amoribus, immo pro immundis amoribus. LEO M. serm. app. 15, 3 p. 510^{B} ut quia ex peccatis sordentibus squalidus effectus fuerat -us, veniens creator -i sine opere -i ex mundis visceribus effusus in -um, . . . natus in -o, -um redderet mundum. PETR. CHRYS. serm. 139 p. 575^{B} quando pereunte immunditia vere mundus iam vocabitur -us. VEN. FORT. carm. 3, 23^{a}, 11 inlecebris -i mundus. 4, 8, 3 tu (*sc. episcopus defunctus*) mundus nec sunt tibi crimina -i.

deriv.: mundanus, mundialis.

compos.: 2. immundus; intermundia; mundificatio, mundiger, mundipotens, munditenens, mundivagus.

4. mundus, -ī *m. orig. incertae, fort. etruscae; a* 3. mundus *derivatur l. 28. 35. i. q. fovea sacra notionis incertae* (*v. praeter alios Kroll, RE XVI 560 sqq. Latte, Röm. Rel.-Gesch. 141 sqq.*): **1** *in formula q. e.* -us patet: VARRO frg. Macr. Sat. 1, 16, 18 (*cf.* 1, 16, 16) -us cum patet, deorum tristium atque inferum quasi ianua patet; propterea non modo proelium committi, verum etiam dilectum . . . habere (*eqs.*) . . . religiosum est. FEST. p. 142 Cereris qui -us appellatur (*v. p. 1621, 34; aliter p. 1634, 48*), qui ter in anno solet patere *eqs.* p. 154 -us, ut ait Capito Ateius in l. VI pontificali, ter in anno patere solet . . .; qui quid ita dicatur sic refert CATO in commentariis iuris civilis: '-o nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est: forma enim eius est . . . adsimilis illae'; eius inferiorem partem veluti consecratam dis Manibus clausam omni tempore nisi his diebus, qui supra scripti sunt *eqs.*

2 *alia vel ex confusione orta vel ficticia*: PLVT. Romul. 11, 2 *a Romulo βόθρος . . . ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερής, ἀπαρχαί τε πάντων ἀπετέθησαν ἐνταῦθα· καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν ἔβαλλον εἰς ταῦτα . . .· καλοῦσι δὲ τὸν βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν Ὄλυμπον (οὐρανόν Buecheler) ὀνόματι μοῦνδον* (*cf. Ov. fast. 4, 821 sqq.*). SERV. auct. Aen. 3, 134 quidam aras superorum deorum volunt esse, medioximorum id est marinorum focos, inferorum vero -os.

deriv.: 2. mundalis. *v. Kamptz.*

mūnerābundus, -a, -um. *a* munerare (-ari), *cf.* laetabundus *sim. i. q. munera ferens*: APVL. met. 11, 18, 2 familiares ac vernulae . . . laetati gaudio varie quisque -i ad meum festinant . . . conspectum.

mūnerālis, -e. *a* munus. *i. q. ad munera pertinens*: PLAVT. frg. inc. 14 neque -em legem neque lenoniam rogata fuerit necne flocci aestimo (PAVL. FEST. p. 143 *ad l.*: -is lex vocata est, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. *cf. p. 1664, 17*).

mūnerāns *v. p. 1643, 34.*

***mūnerārius,** -a, -um. *a* munus *fort. ab imp. Augusto formatum, v. l. 54 et Wölfflin, ALL 10, 1898, 246. notatur in inscr.* munerar: CIL V 4399. 6842 XII 701 XIII 2940. muner: CIL III 6835. 6836. 6837 IV 1094. 1992. 5302. mun: CIL VIII 969 INSCR. RevA. VI 33 (1949) p. 34 n. 21. MIR (v *litterae* M *inserta est*): CIL III 6235. mú- CE 195, 2. *litt. graecis p. 1641, 31. per dittographiam* munerarari *p. 1641, 23* (*iuxta* -us). *de notione v. l. 62. p. 1641, 32. vocem inde ab Augusto in usu fuisse testari videtur* QVINT. inst. 8, 3, 34 '-um' (*P*, num- *cett.*) Augustus primus *dixit. apud auctores legitur inde a* SEN. contr., COLVM.; *de aetate titulorum non constat praeter Pompeianos et p. 1641, 20. 21.* [*confunditur c.* num- *l. 54. p. 1641, 1. 4. 35; cf. p. 1641, 19.*]

I *usu sollemni i. q. ad munera pertinens fere gladiatoria* (*spectacula ferarum infra l. 66. 81; ad rem cf. Schneider, RE XVI 564, 53 sqq.*): **A** *masc. sg. et pl. pro subst. tam de editoribus munerum quam de lanistis* (GLOSS. *ἀγωνοθέτης.* qui munera dat. *sed distinguitur ab agonotheta p. 1641, 2. 7; cf. Mommsen, Ges. Schr. VIII 514, 3*): **1** *apud auctores* (*v. et l. 54*): SEN. contr. 4 praef. 1 quod -i solent facere, qui ad expectationem populi detinendam nova paria per omnes dies dispensant. COLVM. 7, 2, 4 cum . . . bestiae -is deportarentur. PS. QVINT. decl. 9 praef. pactus est cum -o pauper adolescens, ut *eqs.* 9, 6 p. 172, 12. 9, 7 p. 172, 26 omnia quondam honestiora -o meo. 9, 8 p. 174, 20. FLOR. epit. 3, 20, 9 *Spartacus* captivos . . . circa rogum iussit armis depugnare, quasi plane expiaturus omne praeteritum dedecus, si de gladiatore -us ⌊tum fuisset⌋ (munerator *var. l.*; ⌊⌋ bustum fecisset *Jahn*). SVET. Dom. 10, 1 patrem familias, quod Thraecem murmilloni parem, -o imparem dixerat, detractum spectaculis in harenam canibus obiecit. TERT. apol. 44, 3 de vestris semper -i noxiorum greges pascunt. CYPR. eleem. 21 *si* apparatus ac sumptus aput -os maior est *proconsulibus vel imperatoribus praesentibus . . .*, quanto istic . . . sumptus largior exhibendus est, ubi ad spectaculum conveniunt caelorum virtutes . . ., ubi -o non quadriga vel consulatus petitur, sed vita aeterna praestatur (*cf. l. 84*). COD. Theod. 15, 12, 2 ad -um adeuntes *milites* (*antea*: qui in urbe Roma gladiatorium munus impendunt). RVFIN. hist. 4, 15, 27 adclamabant Filippo -o, ut leonem Polycarpo dimitteret (*aliter gr. ἀσιάρχην*). *in imag. vel comparat.*: CYPR. eleem. 22 tuos tales (*sc. qui munera pretiosa sumptuosissimis apparatibus comparant, v. supra*) -os, Christe, demonstra. HIER. epist. 66, 5, 3 *Pamma-*

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

chius -us (*A* mun *expunctis*, num- *cett.*) pauperum, egentium candidatus sic festinat ad caelum. CHROMAT. beat. 2, 1 vice . . . agonothetae vel -i . . . praemium grande proponit *Christus*. PAVL. NOL. epist. 13, 16 ecclesiae -us (num- *var. l.*), non harenae nec inanis gloriae sed aeternae laudis ambitor. **2** *in inscr.*: **a** *c. additamentis*: CIL IV 1094 Popidio Rufo invicto -o III (*i. ter. cf.* III 660 iterum. 6835 [= 6836. 6837] -o II [*i. bis*] et agonothet. perp. certam.). 4999 M. Cassellium Marcellum aedilem bonum et -um magnum (*item c. adi. distinguentibus*: VIII 22852 primo -o et omni spectaculorum genere liberali. X 7295 laudabili. INSCR. EphEp. VIII p. 92 n. 340 spledido. *cf. l. 6*). III 659 IIvir et -us Philippis (INSCR. RevA. VI 12, 1938 p. 324 n. 52. INSCR. Bull. Corr. Hell. 61, 1937 p. 413 n. 6. *cf.* CIL IX 1540 duumvir et -us natalis coloniae *Beneventi*). VIII 11340 iuveni -o. IX 1663 -us bidui poeta Latinus coronatus in mune(re) patriae suae (*cf. 1705* curatori muneris diei unius). X 228 -o ⟨egregiae⟩ editionis familia⟨e gladiat⟩oriae. XIII 2949 IIvir. ab aer. -o. CE 195, 2 gratum edat munus tuus (*del. Buecheler*) -us. **b** *nude*: CIL IV 1992 (*iuxta gladiatoris figuram*). 5302. 7990 principi -orum. III 6235 flamin. q. aed. IIviro -o. V 563 (= CE 1851), 1 Constantius -us (num- *legit Felicianus*) gladiatoribus suis propter favorem muneris munus sepulcrum dedit. VIII 24, 3 (*a. 163*) curator muneris pub. -us IIvir q. q. flamen perpetuus. 969, 8 (*a. 400/401*) Titianus . . . ex -o et ex curatore r. p. 1270 Lusi Fortunatiani, aedilis et -rarari item duoviru et -us, agens vices curatorum rei publicae. 24101 -o ob simplicem vitam amoremque largum erga cives et patriam. *al.*

B libellus -us: TREB. Claud. 5, 5 scio saepius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen (*sc. Aureoli*) adpositum; habuit proxime tuus (*i. eius, cui vita dedicata erat*) l. -us hoc nomen in indice ludiorum.

II *usu singulari*: **1** *de genere quodam militum fort. i. q. munifex* (*cf. p. 1650, 15*): LYD. mag. 1, 46 p. 47, 21 W. *inter partes legionis* μουνεράριοι (μοννευράριοι *trad., corr. ed. pr.*), λειτουργοί. **2** *caute dictum i. q. munificus* (*cf.* GLOSS. χαριστικός. φιλότιμος. δωροδότης. vane gloriosus [*'ex* φιλότιμος *male versum' Goetz*]): CASSIOD. var. 6, 7, 4 (*de comitiva sacrarum largitionum*) huic, ut ita dixerim, -ae (num- *var. l.*) dignitati praeconem largitatis nostrae . . . adiungimus.

mūnerātio, -ōnis *f.* *a* munerare (-ari). *i. q. actio munerandi* (*remunerandi l. 40*), *munus*: **a** *vario usu*: VLP. dig. 27, 3, 1, 5 *non* necessaria est ista -o (*sc. munus nuptiale matri pupilli missum*). SYMM. rel. 10, 30, 1 palatini -um sacrarum. AMBROSIAST. in II Cor. 7, 7 hoc (*sc. bonam conversionem Corinthiorum*) aestimans quasi -em (remun- *var. l.*) tribulationum. PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 2 'eritis' inquit (*gen. 3, 5*) 'sicut dii'; o -o deceptrix et praemium funestale! (72, 2 o -o d. et p. funerale). **b** *de gratia divina* (*cf.* ISID. quaest. test. 35 graece dicitur eleemosyna, quod latine dicitur dei mei -o): IREN. 3, 25, 4 (= 3, 40, 3 H.) *qui non* secundum dignationem -is eius *dei* conversati sunt, sed . . . versati sunt adversus benevolentiam eius. 4, 11 (21), 3 fructificantibus plurimum daturum se pollicitus est *deus* secundum -em gratiae suae *eqs.* (*ter*). 4, 11 (21), 4 adventus eius pleniorem gratiam et maiorem -em attribuit his, qui susceperunt eum.

mūnerātor, -ōris *m.* *a* munerare (-ari). GLOSS. δόκιμος. δωροκόπος. [*falsa var. l. p. 1640, 71. confunditur c.* num- *l. 69.*]

i. qui munerat (*remunerat l. 55; vox ecclesiasticorum propria, praeter l. 61 de deo, Christo, spiritu sancto; acced. gen. rei donatae l. 58. 61. 67*): CYPR. Fort. 12 p. 345, 1 ultor ipse *deus* persecutionis nostrae et -r passionis. HIL. trin. 2, 7 *difficile intellectu est deum esse a semetipso*; nemo sibi ipse et -r et munus est (AMBR. in Luc. 6, 1 p. 232, 6 operator . . . non creatura est, sed creator, hoc est non naturae munus, sed -r naturae. CONSVLT. Zacch. 2, 14 p. 79, 14 non est . . . munus, sed -r *spiritus sanctus*, nec donum aliquid, sed largitor donorum). PAVL. NOL. epist. 49, 14 p. 401, 26 *Secundinianum* pastor exigui gregis sed magni pignoris -r . . . transmisi; non enim alium tali munere digniorem putavi quam te. AVG. in psalm. 55, 20 l. 58 *deus* hic consolator, ibi -r, ubique vivificator et vitae dator. PS. AVG. serm. ed. Mai 118, 1 nuptiae, in quibus Christus et -r et conviva discubuit, -r scilicet in origine, conviva factus in genere. LEO M. serm. 17, 2 p. 181A -r tuus vult te esse munificum, et qui dat, ut habeas, mandat, ut tribuas. SACR. Gelas. 1, 23 p. 516 domine sancte, spei, fidei, gratiae et profectuum -r (1, 40 p. 555 incrementorum et p. spiritalium). SALV. gub. 1, 36 *deus est* sponsor et protector et -r (num- *var. l.*) . . .; -r, quia locupletavit. IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. I 902D nolite oblivisci tanta bona -is dei.

mūnerifer, -a, -um. *a* munus *et* ferre; *cf.* munifer. *i. q. munera ferens*: ZENO 1, 2, 9 *deus homini* annos, tempora . . . -o semper vicissitudinis delectamento servire praecepit.

mūnerigerulus, -ī *m.* *a* munus *et* gerere (gerulus) *iocose fictum. i. qui munera gerit, dona apportat*: PLAVT. Pseud. 181 (*leno ad meretrices*) facite hodie ut mihi munera multa huc ab amatoribus conveniant . . .; manip[u]latim mihi -i (*AB*, munig- *CD*) facite ante aedis iam hic adsint. DON. Ter. Eun. 1023, 2 ('hic pro illo munere tibi honos est habitus') pro munere et honos -is praeberi solet (*sic codd. praeter C, qui habet* muneri g . . . ilis).

***mūnero,** -āvī, -ātum, -āre *et* ***mūneror,** -ātus sum, -ārī. *a* munus. *corripitur* -u- CE 1830, 1 (*v. p. 1642, 40*). *de genere*: GELL. 18, 12, 10 verba . . . patiendi pro agentibus in omnibus fermemodum veterum scriptis reperiuntur; ex quibus sunt . . . '-or te' pro '-o'. PORPH. Hor. epod. 2, 21 (*v. infra l. 49*) et -o et [in] -o⟨r⟩ in activa significatione dicitur (*cf.* DIOM. gramm. I 382, 2 -o, sed Horatius '-etur'). DON. gramm. IV 383, 19 (*cf.* POMP. gramm. V 233, 32 pro arbitrio tuo . . . dicere potes *eqs.*). CHAR. gramm. p. 473, 20 B. SERV. auct. georg. 1, 185 veteres . . . '-o' . . . dicebant, nos addita r littera pronuntiamus. *al.* *leguntur formae act. et pass. apud* PLAVT., ACC., SEN. epist., CALP. ecl., HOMER., TERT., PS. AVR. VICT., QVEROL., AMM. *al., in titulis infra l. 40. 57. 58, falsa var. l.* CIC. *infra l. 49; deponens* (*cf.* largior) *apud* TER., TVRPIL., CIC., HOR., APVL., VLP., SOL., PANEG., LAMPR., IVL. VAL., ARNOB. nat., HIL., AVSON. *de formis: perf. stirp. longioris*: TERT. idol. 9 p. 38, 19 -averunt; *brevioris*: HYG. astr. 2, 22 p. 64, 21 -asse. SACR. Leon. 1347 -asti. fuerat -tus *infra l. 72. inf.* -arier *l. 29. praes. coni. pass.* -rere *infra l. 59. part. fut.* -turus: HIL. trin. 5, 29 CLAVD. DON. Aen. 5, 305 p. 457, 26. NOT. Tir. 48, 13 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 421, 8 donat. honorat. -at. praemio adficit. prosequitur dictis. GLOSS. δωροκοπῶ. δωροδοκῶ. δωροῦμαι. χαρίζομαι. *legitur inde a* PLAVTO *aliisque scaenicis*, CIC. [*confunditur in codd. c.* numero *l. 33. p. 1643, 28. al. cf.* VLP. dig. 50, 5, 1, 2.]

i. q. donare (*accedente hic illic colore remunerandi, e. g. infra l. 75 sqq., cf. etiam l. 61. 67; -ant homines vel dei, aestas l. 33; in fig. etym. l. 54. p. 1643, 3*): **I** *c. obi.*: **A** *aliquem vel aliquid aliqua re* (*cf.* GELL. *p. 1641, 83.* NON. *p. 1643, 15.* POMP. gramm. V 233, 32 illum. CONSENT. gramm. V 370, 1 hospitem): **1** *aliquem*: **a** *in univ.*: PLAVT. Mil. 691 da, mi vir, kalendis meam qui matrem -em (*A*, venerit *P*) . . . (695) plicatricem clementer non potest quin -em. 715 me (*A, om. P*) certatim nutricant et -ant. Truc. 310 meretriculis -andis (*A*, moniendis *i.* moen- *P*). TER. Haut. 300 disciplina est isdem (*fort. usu praeparativo*) -arier ancillas, primum ad dominas qui adfectant viam (*sic Serv. auct. georg. 4, 561 et codd. potiores*, eis demun- *F1 P1 et sic vol. V 1, 519, 27*; d. est primum -arier ancillas eis ad dominas *eqs. Fleckeisen*). CIC. Att. 7, 2, 3 Alexio me opipare -tus est. CALP. ecl. 2, 80 nos, quos etiam praetorrida -at (num- *pars codd. inepte*) aestas. APVL. met. 10, 23, 1 liberto magnifice -to. 11, 25, 7 quod eum condigne tantis beneficiis -ari nequirem. TERT. coron. 7 l. 20 cum ab omnibus -retur, unde 'Pandora'. idol. 9 p. 38, 19 stellarum interpretes natum Christum . . . primi -verunt (*cf.* HIL. trin. 4, 38 adorantes dominum et -antes. *v. et p. 1643, 7*). VLP. dig. 48, 20, 6 *praesides debent* barbaros . . . inde (*sc. e pannicullariis*) -ari venientes ad se (*syn.* donare). CE 1830, 1 (*a. 315*) -are parentes. LAMPR. Alex. 32, 3 eum . . . -tus est ita, ut *eqs.* SPART. Hadr. 3, 3 ob hoc se (*Hadrianum*) a Traiano locupletissime -tum. QVEROL. p. 17, 24 R. da mihi honorem, qualem obtinet togatus ille, -as quem maxime. AMM. 14, 7, 4 *mulierem* -tam . . . emisit in publicum *Constantina*. 17, 8, 3 legatos . . . -tos absolvit. 17, 10, 8 cum -andus venisset ex more *rex victus*. 20, 11, 3 -tus . . . redit ad regnum. 24, 1, 10. 25, 10, 10. *al.*

b *indicatur res data*: **α** *abl.* (*cf. instr. supra l. 25*): CIC. Deiot. 17 locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex -ari (α, -are βγ) constituerat. HOR. epod. 2, 21 uvam . . ., qua -etur te, Priape. CALP. ecl. 4, 57 te Baccheis Musa corymbis -at. HOMER. 628 *Hector* Aiacem aurato -at ense (*cf.* AVSON. 427, 3 p. 383 P. Hector Aiacem gladio, Aiax Hectorem balteo -atur). APVL. met. 4, 1, 3 rebus eos quibusdam . . . -bantur. PS. APVL. Ascl. 11 talem *hominem* quo munere credis esse -andum . . . nisi eo, quo parentes nostri -ti sunt, quo etiam nos quoque -ari . . . optamus (PS. MATTH. euang. 16, 2 magnis muneribus -verunt . . . Mariam. *cf. p. 1643, 3*). CIL XI 5750, 11 (*a. 260*) ut Coretium (h)ac ob[b]latione -emus (*cf.* VIII 23880, 4 decuriones sportulis -vit). IVL. VAL. 3, 32 ut pro consultis tuis a me quoque praemiis -rere ([*Hist. Alex. M. I p. 118, 20 Kr.* ἵνα σοι δῶρα . . . δῶ]. HIL. coll. antiar. p. 99, 5 deus iustitiae p. -atur [*cf. l. 79. 81 et Hebr. 11, 6* μισθαποδότης γίνεται, *ubi Vulg. exhibet* remunerator]. TRACT. Pelag. 4 p. 110, 34 CASSIAN. conl. 21, 5, 1). PS. AVR. VICT. epit. 48, 9 *cives* honoribus, pecunia, beneficiis ceteris -are (SACR. Leon. 1347. *al.*). HIL. in Matth. 4, 9 beatitudine. trin. 5, 29 novo . . . nomine. MACR. Sat. 1, 7, 21 (*ex Hygino* [*frg. 6 P.*]) regni eum *Saturnum* societate -vit Ianus. COD. Theod. 6, 28, 3 pr. agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore -amus (remun- *Cod. Iust. 12, 21, 1 pr.*). *al.* *per oxymoron*: SEN. epist. 119, 5 inani me . . . lance -as. SIDON. epist. 1, 7, 13 ut . . . pietas Augusta seminecem *capite damnatum* quamquam publicatis bonis vel exilio -etur. **β** in *c. abl.*: CASSIOD. Ios. antiq. 17, 6 non ⟨modo⟩ (*?*) propter paterna beneficia, in quibus eum affatim fuerat -tus (*gr. 109* μὴ ⌊μόνον οἷς⌋ [*μόνοις trad.*] ὑπὸ τοῦ πατρὸς εὐεργετηθείη).

2 *aliquid* (*c. dat. eth. l. 78*): **a** *actiones vel mores hominum, fere c. notione remunerandi*: PLAVT. Capt. 935 ut beneficium bene merenti nostro merito -es (*vers. spurium esse coni. Langen, maxime propter notionem remunerandi Plauto non familiarem*). PANEG. 10, 20, 3 qui non puero spem gratiae -bantur, sed principi . . . meriti debitum rependebant (HIL. coll. antiar. p. 99, 14 *spem* dominus . . . praemio -atur). HIL. in Matth. 20, 4 oboedientiam. in psalm. 51, 23 p. 116, 5 operationem iustitiae. trin. 5, 28 religionem . . . praesentem futuris praemiis. SYMM. epist. 1, 57 quantum satis visum est amicitiae -andae . . . exhibeo. PS. AVG. praed. dei 3, 4 omnia . . ., sive sint punienda sive -anda, . . . diiudicat deus. CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 102, 32 *monachi pro deo*

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mori cupiunt, quod et sublimi honore -andum est (*sim.* 3, 4 p. 103, 9). SALV. gub. 7, 11 *dominus* ad hoc nobis in praesenti religionis munera tribuit, ut ipsa in nobis postea quae nunc dat munera -retur. CASSIOD. var. 8, 8, 3 fidem. *al.* **b** *res varias fere metonymice pro homine positas*: APVL. apol. 11 Hadrianus cum Voconi amici sui poetae tumulum vorsibus -retur, ita scripsit *eqs.* TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 397, 17 magi infantiam Christi recentem auro et ture -antes (*cf.* MAX. TAVR. hom. 11 p. 246A panni *Christi* . . . -antur a magis et exultantibus angelis honorantur). SOL. 5, 15 horum memoriam ita posteritas -ta est, ut sepulcri locus nominaretur campus piorum.

B *alicui aliquid* (*cf. l. 16 et* PRISC. gramm. III 268, 17 -or . . . tibi illam rem. 273, 1 *verba*, quae dativo adiunguntur . . . ut largior, dono, -or): TVRPIL. com. 203 dat ultro ac -atur quod ab illo abstulit (-at *trad.* Non. p. 477, 20, *corr. Bothe ex lemmate* -atur pro -at). ACC. trag. 446 cuius exuvias et coronam huic -vit virgini (*affert* Non. p. 499, 13 *inter exempla, quae dativum pro acc. praebent*). CIC. inv. 2, 3 *natura* tamquam ceteris *virginibus* non sit habitura quod largiatur, si uni cuncta concesserit, aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo -atur. GREG. TVR. Franc. 3, 24 tit. quod Childeberthus Teudobertho -vit (*in ipso cap.*: eum muneribus ditavit . . ., ei . . . condonavit . . ., ei de muneribus . . . est largitus).

II *nude positum* (*incertum, quid subaudiatur*): CIC. parad. 39 hereditatis spes . . . quem nutum locupletis orbi senis non observat? . . . adsectatur, adsidet, -atur. HYG. astr. 2, 4 p. 36, 1 cum requirerent Icarum, ut pro beneficio -rentur. 22, 2 p. 64, 21 Iuppiter inter . . . sidera eos *Castorem et Pollucem* constituisse existimatur, Neptunum autem pari consilio -asse, nam equos . . . donavit *eqs.* PASS. Macc. 15, 22 spiritum sanctum, quem deo -ante (ministrante *vel* numerante *var. ll.*) perceperas, . . . vinci ab hoste non passa es. *cf. l. 34.*

in lusu verb. c. minorare: FAVST. REI. epist. 11 cum prorogata huius *Ruricii* largitas in lucrum transeat largientis eiusque bono ita -etur accipiens, ut non minoretur impertiens (*item* GRAEC. ad Ruric. epist. 1 *Ruricii* gratia ita -atur percipiens, ut *eqs.*).

part. praes. **mūnerāns,** -antis *pro subst. i. q. munerator*: HIL. trin. 2, 33 *promissis Christi et voluntas* -is et ratio . . . muneris continetur.

deriv.: munerabundus, muneratio, munerator.

compos.: demuneror (*?*), remunero(r).

? **mungo,** -ere. [*ab* emungo (*q.v.*) *retrograde ut gr. μύττω ex ἀπο-, ἐκμύττω. J. B. H.*] [*falso trad. pro* emungo PLAVT. Most. 1110; *pro* mingo INSCR. NSc. 1936 p. 305, 45, *nunc* CIL IV 8898 (munlis *scriptum esse videtur*), *v. p. 998, 32.*] *coni. Bulhart in schedis nostris pro* sugere: ORIBAS. syn. 7, 20, 18 Aa p. 154 *v. p. 1555, 21.*

1. *mūnia, -ium (*?* mūnium, -ī *v. l. 63*) *n.* [*cf. c.* com-, immunis, munus, *osc.* múíníkú '*communis*', *umbr.* muneklu '*munus, sportula*' *et c. hibern.* māin '*res pretiosa, donum*', *cambr.* mwyn '*pretium*', *lituan.* mainas '*permutatio*', *slavon.* měna '*commutatio*', *sanscr.* mēniḥ '*vindicta*', máyatē '*permutat*', *al. cf. et s.* 1. muto. *J. B. H.*] *scrib.* moe-: PLAVT. Trin. 687 (*defic. A*; munia *B loco gemino post v. 705 tradito, v. p. 1644, 4*). Nerv. frg. 2 *p. 1644, 4* (*teste* FESTO p. 145 *v. l. 65* [*cf.* PAVL. FEST. p. 151]). PAVL. PETRIC. Mart. 1, 189 (mun- *var. l.*). *vix ad* 1. moenia *pertinent*: NAEV. carm. frg. 50 id quoque paciscunt, -a ⟨quae⟩ (*suppl. S. Mariotti*) sint quae Lutatium reconcilient, captivos plurimos (*ad rem cf. Norden apud Cichorium, Röm. Stud. 511*). PLAVT. Stich. 695 *divites* batiochis bibunt, at nos nostro Samiolo poterio tamen bibimus nos, tamen efficimus pro opibus nostra -a (*muros intellegit Otto, Sprichw. p. 226*). *cf.* 2. munia. *de formis: nom.* (*acc.*) -ia: *passim. gen.* -ium: TERT. *p. 1645, 1.* GLOSS. -ium (min-): officiorum, functionum. *dat.* (*abl.*) -iis: *inde a s. IV in.* (COD. Theod. 12, 1, 15 [*a. 327*] *et ibid. saepius.* AMM. 31, 2, 20. SERV. Aen. 12, 559 *in veriloquio vocis q. e.* immunis. PAVL. NOL. epist. 18, 7. ISID. *l. 68. al.*). -nis: CIL VI 1725, 3 (*a. 441/5*). PS. VEN. FORT. vita Med. 3, 10 (*Q²*). *vix recte suppletur* ⟨. . . mu⟩nib(us) CIL XI 6035. *sing. nom.* -ium *v. l. 71. gen.* -ii (*forma fort. ficta*): PRISC. gramm. II 306, 5 'huius -ii, haec . . . -ia'. *de notione*: FEST. p. 145 moenia muri . . ., significat etiam officia ([*affert* PLAVT. Nerv. frg. 2 *p. 1644, 4*]. NON. p. 137, 7 *afferens* SALL. *p. 1644, 66.* ISID. orig. 9, 4, 21. 15, 2, 10 municipium a -is, id est officiis, quod tantum -a, id est tributa debita vel munera reddant. GLOSS.). SERV. auct. Aen. 12, 520 munera et quae -a dicimus (SYNON. Cic. p. 433, 24 m. onera. -a. curae. officia. servitia. *v. et p. 1644, 64*). GLOSS. -um: *λειτουργία.* -a: tributa. *al. v. et p. 1644, 63. 1645, 14. legitur apud poetas inde a* (NAEVIO *? l. 52*), PLAVTO, HOR. (carm. *semel*, sat. epist. *ter; in dactylis deinde apud* GRATT., LVCAN., SIL., STAT. *al.*), *in prosa inde a* CIC. (*bis*), SALL., LIV.; *adamant* TAC. *et iurisconsulti* (*sed* DIG. *nonnisi p. 1644, 57*). *de ratione, quae est inter* -a *et* munera, *v. p. 1663, 6 sqq.* [*sard. centr.* múndza, *sard. mer.* múnĝa. *cf. M.-L. 5751. Wagner II 137. G.*] [*in codd. variat c.* munera LVCAN. 4, 700 *p. 1644, 80.* TAC. Agr. 13, 1 *p. 1644, 45.* IVVENC. 4, 166 *p. 1644, 22.* HEGES. 3, 3, 4 (*ibid.* -a *sine var. l.*); m. *in paucis codd. det. exstat*: NOVELL. Valent. 32, 7 CASSIOD. var. 7, 47, 3 COD. Iust. 6, 38, 4 pr. 10, 49 (48), 1, 1 (*a. 408*). 12, 49 (50), 5 (*a. 385*). *cf. p. 1663, 14.*]

I *i. q. officia, munera, obligationes sim.*: **A** *hominum* (*definiuntur -a per gen. rei saepe [c. mera ut vid. vi explicativa additur* officii *p. 1644, 23. 33*, disciplinae *p. 1644, 28], accedente gerundivo p. 1644, 59, cf. gen. gerundii infra l. 71; adi. pro gen. rei l. 59. 62. 75. p. 1645, 1*): **1** *in vita privata*: **a** *de variis officiis* (*exempla dubia v. p. 1643, 52 sqq.*): PLAVT. Trin. 687 meliust . . . agrum me habere quam te, tua qui toleres -a. Nerv. frg. 2 prohibent . . . -a alia; unde ego fungar mea? SALL. hist. frg. 2, 92 partus et cetera mul⟨ierum⟩ -a. HOR. sat. 2, 2, 67 neque servis . . . dum -a didit, saevus erit. 2, 2, 81 *tenui victu contentus* vegetus praescripta ad -a surgit (SCHOL.: aut quae ipse agere disposuit aut quae ab alio iniuncta sunt). carm. 2, 5, 2 nondum -a comparis aequare *valet iuvenca* (*i. puella*). epist. 2, 2, 131 cetera qui vitae servaret -a recto more, bonus sane vicinus, amabilis hospes (APVL. apol. 19 in omnibus ad v. -a utendis. CYPR. GALL. gen. 959 perpetitur longaeva Iacobus -a v. *cf.* APVL. met. 8, 7, 7 viventium. PRVD. apoth. 231 omnia percurrit naturae -a pronae *Christus*). CVRT. 8, 6, 2 mos erat . . . adultos liberos regibus tradere ad -a haud multum servilibus ministeriis abhorrentia. COLVM. 1, 8, 11 (= 11, 1, 27) magistri singulorum officiorum sedulo -a sua exsequentur. 1, 9, 2 quae sint magistrorum -a quaeque bubulcorum. 12, 1, 4 -a, quae domi capessuntur, non in totum muliebri officio relinquenda sunt. PLIN. nat. 18, 238 vocantur ad -a *agricolae* (*cf.* CE 688, 9 [*a. 449*] rustica). APVL. Socr. 3 p. 124 nulla vice ad alicuius rei -a (*B²*, mutua *cett.*) obstrictum *parentem deorum.* EPIGR. Bob. 56, 2 (*de claudo et caeco se invicem adiuvantibus*) alterna subit -a debilitas. IVVENC. 4, 166 *homines* diversa sibi tractantes -a (munera *var. l.*). SYMM. epist. 4, 25 amicitiae. 5, 81 familiaris . . . officii. *et saepius.* AMBR. epist. 5, 16 p. 896C -a . . . pudoris induit *Susanna*, non concursationis. *al.* **b** *in rebus sacris*: APVL. met. 11, 30, 5 collegii *pastophorum* . . . -a . . . obibam. TERT. ieiun. 11 p. 290, 6 negetis . . . *deum* -a imponere? (*antea*: officia). adv. Val. 30 p. 205, 22 nec ulla disciplinae -a observant. ARNOB. nat. 6, 8 *deis* -a officiosa praestari. 6, 15 sacra et -a impertire divina. 7, 6 adhiberi haec -a. 7, 26 peragi . . . sacrificiorum sollemnium -a. IVVENC. 1 praef. 6 vatum -a fatur *Lucas.* SYMM. epist. 7, 77 religionis -a. PAVL. PELL. 589 ad explenda tibi debita -a, Christe. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 189 inferiora sibi deposcens -a. ENNOD. opusc. 4, 22 p. 388, 17 exemptis officii -is. PS. VEN. FORT. vita Med. 3, 10 crescentibus -is . . . praesbiterii officium . . . excepit. CE 1395, 1 ultima funereo persolvens -a busto.

2 *in vita publica*: **a** *in civitate administranda, gubernanda sim.*: CIC. Mur. 73 omnia haec sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, -a candidatorum. Sest. 138 qui . . . suis cervicibus tanta -a atque rem publicam sustinent *eqs.* SALL. or. Macri 19 nisi forte . . . frumentaria lege -a vostra pensantur. LIV. 1, 41, 5 *Servium Tullium* iura redditurum obiturumque alia regis -a esse. 39, 16, 13. VAL. MAX. 7, 3 ext. 9 *Tusculani Camillo* commeatus . . . et cetera pacis -a . . . praestiterunt (TAC. hist. 4, 71, 2 PRVD. psych. 821 MART. CAP. 9, 926. *v. et infra l. 69*). SIL. 1, 564 patribus . . . sua -a curae. TAC. Agr. 13, 1 Britanni dilectum ac tributa et iniuncta imperii -a (*E*, munera *AB*) impigre obeunt (hist. 1, 77, 3. 2, 92, 1. 4, 86, 2 ann. 4, 41, 2). hist. 4, 39, 4 leges . . . et -a magistratuum (ann. 1, 2, 1 senatus, m., legum. 11, 5, 1. *cf.* ann. 3, 53, 3 illi . . . officio functi sunt, ut ceteros quoque magistratus sua -a implere velim). 4, 49, 4. 4, 68, 2 ad utraque -a (*et senatoris et praefecti praetorio*) sufficere (*sim. de officiis senatorii ordinis*: ann. 2, 35, 1 absente principe senatum et equites posse sua -a sustinere. 13, 4, 2. FRONTO p. 127, 28 v. d. H. [= p. 134 N.] senatoris. VOPISC. Tac. 4, 6 -a senatus [CIL VI 1725, 3 *a. 441/5. v. et l. 47*]). ann. 1, 11, 1 rei publicae. 2, 26, 4 consulatum . . ., cuius -a praesens obiret (3, 31, 2 -a consulatus. *cf.* 15, 69, 2 consulis). *al.* FRONTO p. 185, 11 v. d. H. (= p. 196 N.) -a decurionatus (COD. Theod. 12, 1, 96 pr. COD. Iust. 9, 41, 17, 1 *a. 399*). *al.* VLP. dig. 2, 4, 10, 3 omnia ingenuitatis -a habet *libertus.* COD. Theod. 1, 12, 4 restitui . . . debitis -is. 8, 4, 29 exsequendarum necessitatum -a. 12, 1, 15 filios curialibus -is innectendos (12, 1, 133. COD. Iust. 10, 35, 3 pr. *a. 528. cf.* COD. Theod. 12, 1, 49, 1 curiae). 12, 1, 191 eum, qui . . . civilibus inhaeserit muneribus, corporalibus -is, non pecuniariis excusari conveniet. *et saepe.* **b** *in re militari* (GLOSS. officia bellorum. officia militiae. *cf.* ISID. diff. app. 33 munera, quibus . . . milites officio funguntur, quae quidem -a vocantur. *cf. p. 1645, 14*): SALL. hist. frg. 3, 95 cuncti . . . *milites* omnium ordinum ⟨-a⟩ (*ex* Non. p. 137, 7) extrema sequi. 3, 96 vigilias stat⟨iones⟩-que et alia -a ex ⟨sequi⟩ (*cf. l. 74. 82 et* HEGES. 4, 31, 1 ex his ordinibus, qui Romae positi curabant -a vigiliarum [*gr. 4, 645 τὰ τῶν νυκτοφυλάκων στρατιωτῶν τάγματα.* 5, 29, 1]). LIV. 1, 42, 5 belli pacisque -a (MELA 1, 65. *cf.* LIV. 23, 34, 11 belli [LVCAN. 5, 8]. AMM. 16, 12, 41 bellandi). 7, 33, 1. 33, 35, 1 legati, partiti -a inter se *eqs.* (*cf.* TAC. hist. 3, 20, 1 divisa inter exercitum ducesque -a. 5, 13, 4 dividuntur legionibus -a). 44, 41, 1. 45, 36, 3 militiae (CVRT. 10, 3, 9. TAC. hist. 1, 48, 2 vigilias et cetera m. -a. ann. 6, 8, 2 *Seianum* urbis et m. -a simul obeuntem. *al. cf.* COD. Theod. 7, 22, 9 militaribus -is [12, 1, 40 nec -is m. . . . nec oneribus oppidaneis]). VELL. 2, 70, 1 ducis (CVRT. 3, 11, 7 non d. magis quam militis -a exsequebatur [7, 2, 33 d. et . . . gregarii m. AMM. 28, 3, 2 m. -a et . . . d. curas]. TAC. hist. 1, 62, 2 ann. 1, 69, 1). SEN. dial. 6, 14, 3 imperatoria obiit -a. CVRT. 6, 9, 29. 9, 3, 1. LVCAN. 4, 700 nocturna . . . -a valli desolata fuga ([ADNOT.: legitur et munera, *id quod defendit Housman ad l., cf.* munus *p. 1663, 14*]. TAC. ann. 11, 18, 3 stationes, vigiliae, diurna n.que -a in armis agitabantur). STAT. silv. 5, 2, 174 ingens reserat tibi limen honorum Caesar et Ausonii committit -a ferri (*i. tribunum militum te facit*). TAC. hist. 2, 69, 2 ann. 1, 16, 2.

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al. TERT. coron. 11 l. 25 castrensium -ium (COD. Theod. 8, 6, 1 pr. *cf.* PANEG. 9, 8, 2 castrorum). PANEG. 8, 12, 1 nautica. *al.*

B *animalium* (*v. et p. 1644, 9*): GRATT. 260 non est alius *canis*, quem tanta ad -a *venationis* fetus exercere velis. PLIN. nat. 11, 29 rapiunt diebus serenis -a *apes*.

C *rerum*: COLVM. 3, 10, 9 ut in corporibus nostris propria sunt officia cuiusque membri, sic et frugiferarum stirpium partibus propria -a. TERT. apol. 20, 3 officia temporum et elementorum -a exorbitant. OPT. PORF. carm. 6, 11 partes mediae *carminis* sua -a doctae expediunt. IVVENC. 1, 744 *pueri* cuncta repens membrorum -a languor dissolvit. PS. DAMAS. epigr. 101, 3 sacrati ... liquoris. AMBR. hex. 5, 1, 1 terrarum. IVLIAN. in Iob 28, 7 sapientiae ... effectus et -a. CARM. de Iona 56 prorae.

? **II** *i. q. dona* (GLOSS.^{L} II Abav. MV 15 [*cf.* V Aa M 581] -a: munera [dona *add.* Aa], quae militibus dantur): SPART. Hadr. 17, 12 multis *regibus* ingentia dedit munera ...; cum a Farasmane ipse quoque ingentia -a ⌊dona⌋ accepisset atque inter haec auratas quoque clamydes *eqs.* (*seq.*: eius munera. ⌊⌋ dono *Casaubonus, del. Mommsen, def. Tidner, De particulis copulativis 32 conferens Lampr. Alex. 26, 3* donum munus; *cf. p. 1663, 79 sqq.*).

? deriv.: munico.

compos.: municeps, munidator, munifer, munifex, munifico, munificus. *cf.* communis, immunis.

[2. mūnia *v. s.* 1. moenia *p. 1326, 32. 35.*] *Teßmer.*

GLOSS.^{L} I Ansil. MV 203 **muniacos** regis consiliarius (munacos r. consiliarios GLOSS. V 118, 20). *'μουνιακός?' Goetz, Thes. gloss. emend. s. v.*

***mūniceps**, -cipis *c.* (*vix adi. p. 1646, 1. 12*). *a* munia (munus) *et* capere. *de conformatione*: PRISC. gramm. II 140, 23 (*inter denominativa in duas consonantes desinentia*) municipium -s. *cf. infra l. 72. 74.* *de scriptura*: mún-: CIL XI 1944 -és. 3797 XIV 2802. -nIc-: CIL X 5926. *cf. l. 38.* *notatur*: m: PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 23 M. E. M. D. D. E. -bus eius municipii dare damnas esto. CIL II 176 m. m(unicipii) (*item* 1064. 1074. *al.* V 6349 *et saepe in inscr.; nota* CIL II 15 m.es [*an i. q.* -es*?*]). mun: PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 5 municipia vel -es (-s *var. l.*). munic: CIL I^2 1904 X 5926. *al.* municip: CIL II 3827 (*a. 9 a. Chr.*). 2135 V 903. 7516 XIII 6853. *al.* *de formis:* *sing. nom.* -cIpes: LEX Malac. (CIL II 1964) 5, 66 sq. (*nisi potius est mendum scripturae*). *plur. gen.* -ium (-um *occurrit passim*): LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 145. Malac. (CIL II 1964) 3, 57 (-um *12ies*). CIL VIII 5350 *v. p. 1646, 54. vix recte trad. in omnibus codd.* CIC. Phil. 13, 18. *variat cum* -um: CIC. Cluent. 187 Planc. 19 Phil. 3, 15 COD. Theod. 1, 15, 12 NOVELL. Valent. 23, 6. *acc.* -eis: LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 160 (-ieis *in aere*). -is: *ibid.* 163. *de genere*: PRISC. gramm. II 167, 17 *in adiectivis communibus, quae in duas consonantes desinunt,* sunt ponenda et illa omnia, quae apud Graecos vel communia sunt vel faciunt ex se feminina: ... -s *ὁ συντελεστὴς καὶ ἡ συντελέστρια ἢ ὁ πολίτης καὶ ἡ πολῖτις* (*affertur* IVV. 14, 271). *usus fem. exstat* PLIN. nat. 35, 125 MART. 12, 21, 1. 14, 114, 2 IVV. *l. c.* PLIN. epist. 6, 24, 2 CIL XIV 2631. *cf.* CIL XI 5693 -bus et incolis utriusque sexus (5711 INSCR. Dessau 6468, 11). NOT. Tir. 48, 18 *post* municipalis. *de notione*: VARRO ling. 5, 179 munus, quod mutuo animo qui sunt dant officii causa; alterum munus, quod muniendi causa imperatum, a quo etiam -es, qui una munus fungi debent, dicti. FEST. p. 142 -s est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est; item qui ex alio genere hominum munus functus est; item qui in municipio ex servitute se liberavit a -e; at Servius filius (*i. Sulp. Ruf.*) aiebat initio fuisse, qui ea conditione cives fuissent, ut semper rem publicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos, Acerranos, Atellanos, qui aeque ⟨cives Romani erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant⟩ (*suppl. vulgo e* PAVLO p. 131, *cf. p. 1648, 71 sqq. et Mommsen, Staatsr. III 232, 2; aliter Schönbauer loco p. 1649, 5 allato*). GELL. 16, 13 (*fusius de* -e), 2 quotus ... fere nostrum est, qui, cum ex colonia populi Romani sit, non se -em esse et populares suos -es esse dicat, quod est a ratione et a veritate longe aversum? *ibid.* 6 -es ... sunt cives Romani ex municipiis legibus suis et suo iure utentibus, muneris tantum cum populo Romano honorari participes, a quo munere capessendo appellati videntur *eqs.* VLP. dig. 50, 1, 1 proprie quidem -es appellantur muneris participes, recepti in civitatem, ut munera nobiscum facerent; sed nunc abusive -es dicimus suae cuiusque civitatis cives, ut puta Campanos, Puteolanos. PAVL. dig. 50, 16, 18 -es dici, quod munera civilia capiant (EXPLAN. in Don. gramm. IV 495, 3 -s: nec muni integra est nec ceps integra; -s dictus est ab eo, quod munia capiat. GRAMM. suppl. 74, 27 *nomina* in eps, ut capio -s, id est munus capiens [85, 31]). ISID. orig. 9, 4, 21 -es sunt in eodem municipio nati, ab officio munerum dicti, eo quod publica munia accipiunt ...; (22) municipales originales cives et in loco (locum *BCT*) officium gerentes (*item* diff. 1, 371). GLOSS. *πολίτης* (*ὁ ἀπὸ πολιχνίου*). civis municipii. *legitur inde a* LVCIL., *in titulis inde a* LEGE Tarent. [*falso trad.* -bus *pro* munitionibus: GLOSS. V 224, 19.]

I *usu strictiore i. q. civis municipii vel cuiuslibet urbis (Romae p. 1646, 36), saepe de eo, qui sequiore aetate audiebat* communiceps (*v. p. 1646, 4 sqq. 12 sqq. 23. al. et cf.* civis *vol. III 1224, 75 sqq.* PAVL. FEST. p. 49 curiales eiusdem curiae, ut tribules et -es. PAVL. dig. 50, 16, 228 -es intellegendi sunt et qui in eodem municipio nati sunt. *ad rem v commentationes p. 1649, 4 allatas*): **A** *generatim*: **1** *in univ.* (*exempla selecta*): LVCIL. 89 Graecum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum, -em Ponti, Tritani, centurionum ... maluisti dici (*cf.* SEN. apocol. 6, 1 Luguduni natus est, Marci -em vides. MART. 7, 97, 3 Sabinum, Auli -em mei Pudentis. PLIN. epist. 6, 15, 1 *Passennus* est ... -s Properti). LEX Tarent. (CIL I^2 590) 1, 44 sei quis eorum, quei -s erit. CIC. S. Rosc. 87 qui societatem coieris de -is cognatique fortunis cum alienissimo. 105 aliquem ... -em aut vicinum. 115 voluntatem decurionum ac -um omnium (Cluent. 43 decuriones Larinatium cunctique -es. *cf.* VLP. dig. 37, 1, 3, 4 -bus et societatibus et decuriis et corporibus). Cluent. 25 quattuorviros, quos -es fecerant, sustulit. 43 suorum -um ceterorumque necessariorum (46. 125 Planc. 19. 20. *cf.* p. red. ad Quir. 19 meum [fam. 13, 58 tribulis et -s et familiaris meus. CATVLL. 17 8]. Bruit. 246 noster. *sim. saepius*). 187 odium -um. 196 in singulos -es benignitas. Catil. 2, 26 coloni omnes -esque vestri ... urbes suas finesque defendent (*item iuxta ponuntur*: LEX Mamil. [grom. p. 264] 4. LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 145. CIL I^2 1903 patron. municipi et coloniai *Interamniae* -bus coloneis incoleis *eqs.* 1904 PAPIN. dig. 50, 1, 17, 10). Phil. 3, 15 Aricinum ... splendore -um honestissimum. leg. 2, 5 omnibus -bus duas esse censeo patrias, unam naturae, alteram civitatis; ut ille Cato ... ortu Tusculanus ..., civitate Romanus *eqs.* CAES. civ. 1, 13, 1. 1, 74, 1 quem quisque ... notum aut -em habebat, conquirit. VITR. 1, 4, 12, LEX Salpens. (CIL II 1963) 1, 21 communi nomine -um eius municip. (*sim. ibid. saepe. cf.* LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 31 in commune -um dato pecuniam. *sim. al.*). MART. 10, 103, 1 -es, Augusta mihi quos Bilbilis ... creat. TAC. hist. 3, 34, 2 reposita fora templaque *Cremonae* magnificentia -um (*i. reliquorum oppidorum Italiae*). VLP. dig. 50, 4, 6, 5 quaedam *munera iniunguntur* non nisi -bus vel incolis (*item iuxta ponuntur*: CHAR. dig. 50, 4, 18, 22 neque -es neque i. CIL II 1054 -es et i. [2132 X 5808. *al.*]. *v. et l. 19*). HERMOG. dig. 50, 1, 23 pr. -s esse desinit senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera; quantum vero ad honorem *eqs.* IVST. 2, 12, 14 *Themistocles* persuadet omnibus patriam -es esse, non moenia, civitatemque ... in civibus positam. AVSON. 213, 2 p. 69 P. te ... -em patriae causidicumque meae. PRVD. perist. 2, 554 *Laurentius* inenarrabili allectus urbi (*Romae*) -s. *al.*

2 *accedit nomen municipii* (*cf. formulam q. e.* -s municipii [*l. 24. p. 1645, 34. al.*] *et* VVLG. act. 21, 39 ego *Paulus* homo sum quidem Iudaeus a Tarso ..., non ignotae civitatis -s [*gr. πολίτης, cod. d al.* civis]): **a** *per adi.* (*postponitur praeter l. 41. 47. 48. 51*): CIC. S. Rosc. 15 Amerinus. Verr. II 5, 158 quid ego de P. Gavio, Consano -e, dicam ... ? (5, 161 se civem esse Romanum, -em C. 5, 164). Phil. 1, 8 Regini. fam. 13, 4, 1 Volaterranis. 13, 11, 1 meos -es Arpinatis (A. *multis suspectum def. Sjögren ad l.; cf. ibid.* 3 -es meos). ad Brut. 1, 8 (= 9, 16 Sj.), 2 Suessanum. LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 160 *et* 163 Fundanos (*vix subest* fundus, *quod praefertur vol. VI 1, 1555, 36 sqq.; cf. p. 1649, 56 et* LIV. 38, 36, 7 de Formianis Fundanisque -bus et Arpinatibus). LIV. 8, 14, 2 ut aedes ... communis Lanuvinis -bus cum populo Romano esset. 23, 31, 10 ut *equites Campani* cives Romani essent; item uti -es Cumani essent *eqs.* SVET. Vesp. 1, 2 Reatinus. CIL II 1315 Caesarini. III 2732 Aequenses -es. *al.* **b** *per gen. nominis incolarum*: MART. 10, 65, 1 cum te -em Corinthiorum iactes. CIL VIII 4249 Baebio ... -i Ortanorum atque Faleri⟨ensium⟩. 5350 -es Calamensium patrono (-ium *in lapide; 'male scriptum est' Wilmanns ad l.*).

3 *accedunt aliae distinctiones*: CIL XI 3797 (*a. 1*) intramurani (3808). 3798 extramuran⟨i⟩. XIV 2121 compitenses veicorum quinque ('compitales *magis dici debuerunt' Mommsen*).

B *speciatim i. q. magistratus municipii, decurio, curialis* (*syn.* CASSIOD. var. 2, 18, 2. *cf. p. 1645, 71 sqq. et* AVSON. Mos. 402 quos curia summos -um vidit proceres propriumque senatum): QVEROL. p. 42, 13 R. *utinam sit dominus meus* aut ex -e aut ex togato aut ex officii principe. COD. Theod. 1, 15, 12 ut, quicumque maiorum nexu curiis debentur, -um functionibus reddantur. 6, 30, 16, 1 curialem suum -es vindicent, collegiatum proprium corpus adstringat. 7, 21, 3 pr. quicumque ... honorarias missiones meruerint, sub hac norma penes eos dignitas maneat, ut neque -es (-is *cod.*) curiam neque collegiatus obsequium propriae urbis effugiant. 8, 15, 5, 3 (1) officiales adque -es. 10, 3, 5 -es, collegiatos et corporatos urbium. 11, 7, 21 contra rerum ordinem iudicamus, ut idem -s et civitatis necessitatem et exactoris publici subire cogatur officium. 12, 1, 4 cum in consilium primates -esque coguntur. 12, 1, 89 omnes ..., quos paterna obsequia -es fecerunt. 12, 1, 101 exemplo senatorii ordinis patris originem -s unusquisque sequatur. 12, 1, 130 si quis -um ad senatorium transire ordinem omnibus muniis perfunctus optaverit. *al.* NOVELL. Valent. 23, 6 provinciae moderator adminiculo -um fultus. CASSIOD. var. 7, 47, 3. COD. Iust. 4, 61, 13 pr. (*a. 431*). CIL II 1064 in locum, quem ordo m(unicipum) m(unicipii)... decrevit (2021. 2030. 2099). PAP. Marini 79 (*a. 565* = Tjäder 7), 42 imploro vestram, Reatin⟨ae⟩ civitatis -es, gravitatem (*sic epist. viduae, in ipsis actis* ordo). 115 (*a. 540*) II 5 civitatis Faventinae. *abundanter* decuriones -es: CIL II 2135 ex decreto decurionum -um municipi.

II *usu latiore de incola vel accola alicuius regionis*: **A** *vi propria de hominibus* (*deis p. 1647, 1. 2*): MART. 12, 21, 1 -em rigidi quis te, Marcella, Salonis (*fluminis*) et genitam nostris quis putet esse locis? MIN. FEL. 6, 1 per universa imperia, provincias, oppida videmus

[Gruber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

singulos sacrorum ritus gentiles habere et deos colere -es, ut Eleusinios Cererem, Phrygas Matrem *eqs.* (*cf.* TERT. nat. 2, 8, 3 quos *deos* ne ipsi quidem -es sui norunt [*opp.* totus orbis]). TERT. apol. 19, 6 reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldaeorum, Phoenicum; advocandi ⌊-es eorum⌋ (*deest in cod. Fuld.*), per quos notitia subministrata est, aliqui Manethon Aegyptius et Berosus Chaldaeus *eqs.* ITALA Luc. 15, 15 (cod. a) coniunxit se uni de -bus regionis illius (*gr.* πολιτῶν, *Vulg.* civium). OROS. hist. 7, 40, 4 apud Britannias Gratianus, -s eiusdem insulae, tyrannus creatur. **B** *translate, sc. per iocum, de rebus vel animalibus*: MART. 10, 87, 10 negotiator Cadmi -es ferat lacernas. 14, 114, 2 hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam -em misit casta Sibylla suam. IVV. 4, 33 vendere -es fracta de merce siluros. 14, 271 de litore Cretae . . . -es Iovis advexisse lagonas.

deriv.: municipalis, municipatim, municipatio, munipatus, municipium.

compos.: communiceps.

ˣmūnicipālis, -e. *a* municeps. *scrib.* -pial-: Q. CIC. pet. 31 *HF* (*i. vetustissimi*). AMM. 18, 10, 1. COD. Theod. 12, 1, 9 *C.* 12, 151 *S.* NOT. Tir. 48, 17. *de notione*: ISID. orig. 9, 4, 22 (= GLOSS. V 466, 50) *v. p. 1645, 76.* GLOSS. πολιτικός (ὁ ἀπὸ πολιχνίου). -es: cives municipii. *legitur inde a* CIC., *saepe ap. iurisconsultos et in inscr.* [*confunditur c.* mancip-: VLP. dig. 1, 8, 9, 4 *F*¹. AMM. 25, 4, 21. NOVELL. Valent. 31, 5 *S.* GLOSS.ᴸ I Ansil. MA 545.]

i. q. ad municipium vel municipes pertinens (*contemptim dicitur e. g. infra l. 32. 40. 76*): **1** *de animantibus* (*significantur homines praeter* SIDON. *l. 44*): **a** *usu adi.*: CIC. Sull. 25 *Torquatus est* a materno genere -is. Sest. 97 quis . . . iste optumus quisque? . . . sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia, sunt -es rusticique Romani. Phil. 2, 58 ex oppidis -es homines honesti (Att. 8, 13, 2 multum mecum -es h. loquuntur, multum rusticani. 9, 15, 3 -um h. ac rusticorum [Q. CIC. pet. 31]. VAL. MAX. 6, 2, 8). SEN. suas. 2, 16 Catius Crispus -is ⟨orator⟩ (*add. Müller*, -is *del. Schott.* SIDON. epist. 4, 3, 10 apud -es et cathedrarios o.). IVV. 8, 238 *Cicero* novus Arpinas, ignobilis et modo Romae -is eques. TAC. hist. 2, 21, 2 volgus. ann. 4, 3, 4 *Livia* seque ac maiores et posteros -i adultero (*sc. Seiano Vulsiniensi*) foedabat. FLOR. epit. 3, 18, 6 -ia illa prodigia (*Poppaedius, Afranius cett.*). VLP. dig. 11, 7, 12, 6 praetor vel magistratus -is (50, 1, 25. *cf. l. 62*). 50, 7, 1 legatus. AVSON. 183, 8 p. 45 P. genus. AVG. conf. 7, 7, 11 Alypius ex eodem quo ego eram ortus municipio, parentibus primatibus -bus. NOVELL. Marc. 4, 1 flamini. SALV. gub. 3, 46 cuiuslibet minimi ac -is iudicis domum. SIDON. carm. 9, 309 poetis. COD. Iust. 3, 1, 18 duumviros. CIL XI 5752 (*Sentini*) Avidiae . . . flam(inicae) matri -(i). *al.* *de animalibus* (*per iocum*): SIDON. epist. 1, 8, 2 quod te Ravennae . . . exulantem auribus Padano culice perfossis -ium ranarum loquax turba circumsilit.

b *pro subst.*: **α** *de quibuslibet civibus municipii*: VITR. 2, 9, 14 *larix* non est notus nisi iis -bus, qui sunt circa ripam fluminis Padi et litora maris Hadriani. *in civitate q. d. dei*: SEDVL. op. pasch. 1, 30 p. 195, 12 ut . . . inter beati ordinis cives albo vitalis paginae postremus merear -is adscribi (*cf. carm. pasch. 1, 348* civis). **β** *de decurionibus* (*cf. p. 1645, 76.* CALL. dig. 50, 4, 14 pr. honor -is est administratio rei publicae cum dignitatis gradu): COD. Theod. 8, 12, 3, 1 aput curatorem -esve eiusdem civitatis. 12, 1, 62 -is, qui ad fabrorum collegium alia officia inlusurus inrepsit. COD. Iust. 1, 17, 2, 8ᶜ quae ad -es vel de decurionibus et muneribus . . . inventa sunt.

2 *de rebus*: **a** *de institutis, officiis sim.*: CIC. leg. 3, 36 (*verba M. Scauri*) utinam . . ., M. Cicero, isto animo . . . in summa re publica nobiscum versari quam in -i maluisses. SEN. epist. 90, 28 non -e sacrum, sed ingens deorum omnium templum (CIL II 5120 *pontifex* sacrorum publicorum -um. *cf.* FEST. p. 157 -a sacra vocantur, quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam *eqs.*). SVET. Aug. 2, 2 -bus magisteriis contentus. GAIVS dig. 50, 1, 29 iurisdictioni. VLP. dig. 50, 1, 25 lege (50, 9, 3 APVL. Plat. 1, 4. CIL V 2864, 6 e lege Iulia -i. *cf. locutionem correptam* DIG. tit. libr. 25, 43 Pauli ad -em [FRG. Vat. 237. 243]). 50, 3, 2 qui tantum -bus honoribus functi sunt (CIL V 4417, 8. *cf. l. 51*). 50, 4, 3, 1 munus. 50, 4, 4, 3 defugiendi oneris -is gratia. TERT. nat. 2, 1, 12 adoptatio (*cf.* apol. 24, 8 *Romani dei* Romae non magis coluntur quam qui per ipsam quoque Italiam -i consecratione censentur). coron. 13 l. 19 sollemnitatum (*cf.* spect. 6 p. 8, 9 *ludi* de . . . publicis prosperitatibus et -bus festis [fastis *ed. Gangnei in marg.*] superstitionis causas habent). CENS. 15, 4 officiis. AVSON. 419, 31 p. 361 P. scholam (*cf.* 470ᴬ, 24 p. 2 deserui doctor -em operam . . . Augusti palatia iussus adire). AMM. 18, 10, 1 Craugasii Nisibeni cuiusdam . . . in -i ordine genere fama potentiaque circumspecti. *al.* **b** *de affectibus, actionibus sim.*: CIC. Att. 7, 11, 4 ex dolore -i sermonibusque eorum, quos convenio. MART. 4, 66, 1 egisti vitam semper, Line, -em, qua nihil omnino vilius esse potest. 12 praef. -um robigo dentium et iudici loco livor. TAC. hist. 3, 43, 1 pagani favore -i (*i. erga municipium habito*) . . . iuvare partes adnitebantur. 3, 57, 1 municipia coloniaeque . . . -em aemulationem bellis civilibus miscebant. ann. 4, 62, 1 qui non abundantia pecuniae nec -i ambitione, sed in sordida⟨m⟩ mercede⟨m⟩ id negotium (*sc. spectaculum gladiatorium*) quaesivisset. **c** *de operibus, locis sim.*: IVV. 3, 34 quondam hi cornicines et -is harenae perpetui comites . . . munera nunc edunt (SCHOL.: gladiatorum . . ., qui in municipiis pugnaverunt, non in urbe). FRONTIN. (?) grom. p. 23, 7 *in Italia* nullus ager est tributarius, sed aut colonicus aut -is (p. 23, 12 habent . . . provinciae et -es a. aut civitatium peregrinarum. SVET. Aug. 13, 3 veteranos . . . -bus a. collocandos). VLP. dig. 1, 8, 9, 4 muros.

adv. **mūnicipāliter.** *i. q. more vel condicione municipis*: SIDON. epist. 1, 11, 5 *Paeonius Arelatensis* non eminentius quam -r natus.

mūnicipātim *adv.* *a* municeps *vel* municipium (*sec.* privatim *l. 8*). *i. q. per municipia*: R. GEST. div. Aug. 9 ⟨privati⟩m . . . et -m (*scrib.* mún-; *versio gr.* κατὰ πόλεις) *cives pro valetudine mea supplicaverunt.* SVET. Iul. 14, 1 *Catilinarios* -m dividendos custodiendosque . . . censuit *Caesar* (*cf. Cic. Catil. 4, 7* municipiis dispertiri iubet. *Sall. Catil. 51, 43* per municipia).

mūnicipātio, -ōnis *f.* *a* municeps *vel* municipium *fort. sec.* habitatio *sim., cf.* municipatus (*exstat eo loco, quem Hier. in animo habet*). *i. q. ius municipii*: HIER. tract. in psalm. I p. 259, 9 conversatio nostra in caelis est (*N. T. Phil. 3, 20; v. l. 34*); ibi habemus -es (municipitaciones *C*) nostras.

ˣmūnicipātus, -ūs *m.* *a* municeps *vel* municipium, *cf. et* principatus *sim.* *de origine*: GLOSS.ᴸ V Aa MV 605 -um: a muniendo inchoatum (incolatum *Goetz*, 'an incolarum?' *Theander*). *dat. sing.* (-ui) *nonnisi* Ps. RVFIN. in Ioel 3, 32 p. 1052ᶜ. *plur. non occurrit.* *de notione*: GLOSS. professio municipii. ius ipsius municipii. locus ipsius municipis ac si dicas 'colonatus', res quae pertinet ad colonos, ius colonorum. -um: principatum. GLOSS.ᴸ III Abol. MA 25 -um (manc- *trad., cf. p. 253, 72*): honor civicus, qui capitur ex loco. *e coni. probabili* (munific- *trad.*): GLOSS. IV 539, 38 -um: incolatum (muneribus honoratum *interpr. c*). *attulimus exempla omnia praeter aliquot testes Italae.*

1 *i. q. ius vel condicio municipis*: **a** *in quodam municipio imperii Romani*: CIL III 268 (*Ancyrae*) -us ⟨et⟩ amicitiae causa *ponitur a centurione monumentum centurioni leg. XV* (*quae in Asia erat inde ab aetate Hadriani*). **b** *in civitate q. d. dei*: ITALA Phil. 3, 20 (Tert. adv. Marc. 5, 20 p. 649, 5, *cf.* 3, 24 p. 419, 22 Hier. in Ier. 3, 76, 3. *al.*) noster . . . -s in caelis (*gr.* πολίτευμα, *Vulg.* conversatio; *huc spectant* HIER. epist. 14, 3, 1 -um cum Paulo capies. 16, 2, 3 -um caeli . . . consequaris. 58, 2, 3 -um . . . habere [60, 3, 4 in Is. 1, 2 p. 25ᶜ. *al.*]. SIDON. epist. 8, 13, 3 -um caelestis illius civitatis affectans).

2 *i. q. municipium, oppidum* (*cf. l. 22*): ITALA II Macc. 12, 7 (rec. P) universum Ioppitarum funditus eversurus -um (*gr.* πολίτευμα, civitatem *recc. BM*, universos Ioppitas *recc. LX et Vulg.*).

mūnicipālis *v.* municipalis.

mūnicipiolum, -ī *n.* *a* municipium. *i. q. parvum municipium*: SIDON. epist. 3, 1, 2 ecclesiam Arverni -i. 7, 2, 7 si qua est istic -i nostri suburbanitas.

ˣmūnicipium, -ī *n.* (*m.* -us *l. 69*). *a* municeps. *de origine*: SIC. FLACC. grom. p. 99, 7 -a quidam putant a munitionibus dicta; alii a munificentia, eo quod munificae essent civitates. ISID. orig. 15, 2, 10 a muniis, id est officiis, quod tantum munia . . . reddant. GLOSS.ᴸ I Ansil. MV 214 quod muniat vel quia monitio (mu-*?*) est cum professionis suae carta. V Abba MV 2 quod iam capiat munera (-nia*?*), id est officia (*cf. ibid.* 45 castellum vel modica mansio seu vicus, qui acceptis mu⟨ne⟩ri⟨bus⟩ aedificatur). *scribitur*: moin-: LEX agr. (CIL I² 585) 31. maun- (*litt.* m *et* a *ligatis*): CIL VIII 21844. munc-: LEX Malac. (CIL II 1964) 2, 69. *c. apice* mú-: R. GEST. div. Aug. 16, 21 (*sed ibid. bis sine apice.* CIL XI 3797). CIL X 5832 -ó. *notatur*: m: *saepe in inscr. inde a* LEGE Rubr. (CIL I² 592) 2, 2, *praesertim iuxta* m(unicipes); *ceterum* PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 23 (*v. p. 1645, 33*). 275, 22 M. C. F. -i fores, *ubi 'scr. fortasse* m(unicipio) c(olonia) f(oro) *ex nota legis Rubriae formula' adnotat Mommsen.* mu: CIL III 8141 (*ibid.* mun). mun: *v. p. 1645, 36.* CIL III 14316². *al. v. et l. 59.* munic: CIL I² 1722 II 2156 XII 95. *al.* municip: CIL II 1065, 4. 1286, 3. 1362. *nota* municipp (*i.* '*-a*', *dub. lect.*): CIL III 8783 add. p. 2136. *de formis: gen. sg.* -ii: LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 2. 4 municipi eius -ii. 44. 51. *al.* (*iuxta* -pi). CIL II 1721 -iI. VIII 23995. *al.* -pi (-pI, -pí): LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 1. 10. *al.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 85. 149. *al.* CIL I² 1903. 2510 II 32. *al.* -pei: LEX Rubr. (CIL I² 592) 1, 6. *dat. (abl.) pl.*: -iis: LEX agr. (CIL I² 585) 31 -ieis (*ter.* LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 83. 142. 157). R. GEST. div. Aug. 21 *bis* (-iís, -iis). -pís: R. GEST. div. Aug. 16. *masc.* -us: CIL VIII 25821 (*a. 296/9*) -us Sicilibbensis. NOT. Tir. 48, 16. *de notione*: PAVL. FEST. p. 127 -um id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo; sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt; alio modo, . . . quorum civitas universa in civitatem Romanam venit, ut Aricini, Caerites, Anagnini; tertio, . . . qui ad civitatem Romanam ita venerunt, uti -a essent sua cuiusque civitatis et coloniae, ut Tiburtes, Praenestini, Pisani *eqs.* (*commentatio extra ordinem operis tradita praesertim initio non sana esse videtur*). GELL. 16, 13 (*de ratione, qua differat* -um *a* colonia). GLOSS. πολίχνιον. πολύδριον. πόλισμα. κωμόπολις. modica civitas. oppidum. *v. et l. 46 sqq. p. 1649, 45. legitur inde a* LEGE agr., Tarent. *al.*, CIC., Q. CIC., VARRONE, CAES. civ., HIRT. Gall.; *deest in poesi.* *recipitur in sermonem graecum* μουνι-

[Gruber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

κίπιον. [*de confusione c. voce q. e.* mancipium *v. p. 254, 45 sq. dub.*: GLOSS. V 424, 22 -i: tributarii.]

i. q. ***civitas, oppidum sim. plus minus iure civium Romanorum auctum*** (*ad rem cf. Mommsen, Staatsr. III 231 sqq. Kornemann, RE XVI 570 sqq. Manni, Per la storia dei Municipi, 1947. Schönbauer, Anz. Österr. Ak. d. Wiss., phil.-hist. Klasse 86, 1949, 541 sqq. Pinsent, ClQu. N. S. 4, 1954, 161 sqq.; adhibetur de incolis ipsis e. g. infra l. 37. 38; iuxta ponuntur passim* colonia, praefectura [*cf. Mommsen l. c. 799*], conciliabulum, *rarius* castellum, civitas, forum, vicus *al.*): **1** ***proprie***: **a** *in univ.* (*exempla selecta*): LEX agr. (CIL I² 585) 31 ⟨sei quei colonieis seive moi⟩nicipieis seive quae pro -eis colo⟨nieisve sunt⟩ . . . ager fruendus datus ⟨est⟩. *ibid.* pro colonia -ove prove -eis. LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 1 quod eius -pi pequniae publicae sacrae religiossae est. 1, 6 magistratus queiquomque in -o erit. 1, 25 senatus eius -pi. 1, 26 decurio -pi. 1, 27 in o⟨pp⟩ido Tarentei aut intra eius muni⟨cipi⟩ fineis (1, 32 neiquis in o., quod eius -pi e⟨r⟩it, aedificium detegito. *v. et l. 61. cf. Mommsen, Ges. Schr. I 372 adnot. 67*). CIC. S. Rosc. 15 non modo sui -i, verum etiam eius vicinitatis facile primus (*cf.* LEX Rubr. [CIL I² 592] 1, 6 praefectus . . . eius -pei). 43 ex -is rusticanis (*cf.* Verr. II 1, 127 homines rusticanos ex -is. Att. 9, 13, 4 -a . . . et rustici Romani). 48 non modo in Vmbria . . ., sed in his (*i. Latinis*) veteribus -is. Verr. II 5, 58 immune. Cluent. 125 tabulas publicas -i (Arch. 10). Catil. 2, 24 urbes (vires *Muretus, alii alia; cf. p. 1646, 16*) coloniarum ac -orum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. Mur. 42 tribus, quae -is Vmbriae conficiuntur. Sull. 23 quam ob rem qui ex -is veniant peregrini tibi esse videantur. dom. 79 populus Romanus . . . -is civitatem ademit. 90 homines in campum non tabernis, sed -is clausis venerunt. Sest. 32 nullum . . . Italiae -um, nulla colonia, nulla praefectura *eqs.* Phil. 3, 15 'Aricina mater' *audiebat mater Caesaris apud Antonium*; Trallianam aut Ephesiam putes dicere; videte, quam despiciamur omnes qui sumus e -is *eqs.* fam. 13, 30, 1 erat . . . adscriptus in id -um (*sc. Neapolitanum*) ante civitatem sociis et Latinis datam. CAES. civ. 1, 30, 1 duumviris -orum . . . imperat. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 83 in -eis coloneis praefectureis foreis conciliabuleis c(ivium) R(omanorum) (PLIN. nat. 3, 7. 4, 117). *ibid. passim.* LIV. 26, 8, 10 per Appiae -a quaeque propter eam viam sunt, Setiam, Coram, Lavinium (*hoc tantum erat -um, illae autem coloniae*). VAL. MAX. 3, 1, 2 *Sullam* consules, -a, legiones . . . trucidantem. PLIN. nat. 10, 28 -orum immolantium. TAC. hist. 1, 67, 2 in modum -i exstructus locus (4, 22, 1. FRONTIN. [?] grom. p. 45, 22 in m. -orum [*def. Mommsen, Ges. Schr. III 158, 1*; munitionum *Lachmann*]. *cf.* TAC. ann. 1, 20, 1 *Nauportus* -i instar erat). TERT. apol. 37, 4 vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, -a, conciliabula, castra *eqs.* ITALA Luc. 5, 17 (cod. a) ex omni -o Galileae (*gr.* κώμης, *Vulg.* castello. *item* 24, 13). SCHOL. Iuv. 3, 34 *v. p. 1648, 1.* AVG. cons. euang. 3, 25, 71 agri . . . nomine non castella tantum, verum etiam -a et coloniae solent vocari extra civitatem, quae caput . . . est ceterarum. *al.* *abl. loci ut vid.*: DECRET. decur. Castrimoen. (CIL XIV 2466) 11 cum . . . sit . . . amator -pi muneraque eius -o conspiciamus.

b *accedit nomen*: ***α*** *per adi.* (*v. et l. 69. 71*): LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 11 -o Tarentino (*ibid. saepe*). CIL I² 2510 (*a. 82 a. Chr.*) -pi Interamnat(is) Nahartis (XI 4209 *a. 240*). CIC. Caecin. 10 -o Tarquiniensi. Cluent. 11 -i Larinatis. 46 -o Aletrinati. leg. agr. 2, 86 Calenum -um (fam. 9, 13, 3 -o C.). Pis. 53 Placentini -i. Planc. 19 -o antiquissimo Tusculano (SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 34). or. frg. A II 3 -o Fulginate. fam. 13, 7, 1 -i Atellani (ad Q. fr. 2, 12 [13], 3). 13, 13 -i Lucensis. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 159 utei leges in -o Fundano municipibusve eius -pi daret (*cf. p. 1646, 47*). CIL I² 1505 -o Signino. VAL. MAX. 2, 2, 3 Arpinas ⟨m⟩unic⟨ipi⟩um (SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 28 -i sui Arpinatis. *cf. l. 72*). COLVM. 7, 2, 4 -um Gaditanum (11, 3, 26. *cf. l. 75*). PLIN. nat. 2, 137 Pompeiano ex -o. LEX Salpens. (CIL II 1963) 2, 3 (-i) Flavi Salpensani (2, 20. 31). LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 61 in oppido -i Flavi Malacitani (3, 51. 57. *al.*). CAPITOL. Aur. 1, 4 Vccubitano -o. AVR. VICT. Caes. 15, 2 Lanuvino (Lavinio *o*) -o. AMM. 29, 5, 20 -um Sugabarritanum. 29, 5, 28 Addense -um. CIL IX 342 -pi Canusini. *al.* ***β*** *per appositionem* (*nomen propr. postponitur praeter l. 72 et* ITIN. Anton. Aug. *passim. in additamentis explicativis*: CIC. Font. 41 Tusculo, ex clarissimo -o. Mur. 90 Lanuvio, -o honestissimo. AMM. 14, 3, 3. 23, 2, 7. 25, 10, 10): NEP. Cato 1, 1 -o Tusculo (*cf. l. 66*). TAC. hist. 2, 13, 1 -um Albintimilium. 2, 50, 1 -o Ferentio (-tino *L*). 4, 5, 1 -o Cluviis (Cluvios *M*, *corr.* Cluvio *ut L*). ann. 3, 48, 1 -um Lanuvium (*cf. l. 67*). 14, 33, 2 -o Verulamio. PLIN. epist. 1, 14, 6 -o Patavio (-vino *var. l.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 17 Arpino -o (*cf. l. 58*). *al.* ***γ*** *per gen.*: *incolarum*: CIL IX 1827, 5 (*a. 19*) actorem -pi Histoniensium. II 1611 ordo m(unicipum) m(unicipii) Igabrensium. III 10243 dec(urio) m(unicipii) Murselensium. *ipsius* -i: COLVM. 8, 16, 9 in nostro Gadium -o (*cf. l. 59*). CIL XI 5278 in -o suo Casini (*nisi est locativus*).

2 *in imagine et translate*: CIC. fin. 4, 7 mundum hunc omnem oppidum esse nostrum *Stoici affirmant . . .*; quantam rem agas (agat *N*), ut Circeiis qui habitet totum hunc mundum suum -um esse existimet? CLEM. ad Cor. 50, 3 *homines* in caritate consummati secundum dei gratiam habent -um religiosorum (*gr.* χῶρον εὐσεβῶν).

v. Onom.

deriv.: municipatim, municipatio, municipatus; municipiolum.

Gruber.

mūnico, -āre. *cf.* munia, communicare. PAVL. FEST. p. 152 -as pro communicas dicebant. GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. M 10 moenicare (men-*R*): communicare, dictum a moeni⟨i⟩s, id est operibus (*cf. p. 1643, 48*).

? **mūniculum,** -ī *n.* *a* munus, *cf.* munusculum. DIOM. gramm. I 326, 2 (*de deminutivis*) neutra 'culum' *recipiunt*, ut munus munusculum sive -um (m. munusculus sive munusculum *B*, manus manusculus sive -um *M*).

mūnidator, -ōris *m.* *a* munia (munus) *et* dare, dator. *i. qui munera dat*: CE 511, 7 largus -r ('*munera publice edita respici puto' Buecheler; cf. 6* admoderator, *7* sator, *8* cultor).

mūnifer qui munera (munia *var. l.*) fert GLOSS. IV 416, 33 (= V 604, 35). *a* munia (munus) *et* ferre. *cf.* munerifer.

mūnifex, -icis *adi.* *a* munia (munus) *et* facere; *v. l. 15. 22 sqq. et cf.* munificus. -fix CIL V 896. NOT. Tir. 48, 19. GLOSS. λειτουργός (*v. l. 43*). munerator. munerarius. qui munus dat, honorificus, munificus. *al. cf. l. 22 sqq. p. 1652, 59 sqq.* (*distinguitur a* munificus).

i. q. munus, officium faciens: **1** *de mamma suis*: PLIN. nat. 11, 234 uno . . . ex omni turba *fetus suis* relicto sola *mamma* -x, quae genito fuerat attributa, dependet.

2 *t. t. rei militaris de milite gregario* (-x gregarius *l. 33, fere pro subst. l. 34. 37; ad rem cf. Liebenam, RE VI 1650, 55 sqq.*): **a** *definitiones*: PAVL. FEST. p. 33 beneficiari dicebantur milites, qui vacabant muneris (muneribus *Lipsius, alii aliter*) beneficio; e contrario -es vocabantur, qui non vacabant, sed munus reipublicae faciebant. PAVL. dig. 50, 16, 18 'munus' . . . officium, unde munera militaria et quosdam milites -es vocari (-os *codd. et edd.*, -es *Budaeus, Böcking, Not. dign. II 614*). VEG. mil. 2, 7 p. 42, 9 hi sunt milites principales, qui privilegiis muniuntur; reliqui -es appellantur, quia munera facere coguntur. 2, 19 p. 54, 2 fascicularia . . . etiam legitimi milites in castra portabant; -es enim ab eo appellantur, quod haec munera faciunt.

b *exempla*: AMM. 16, 5, 3 -is militis vili et fortuito cibo contentus *Iulianus.* 25, 2, 2 *imperatori* pultis portio parabatur exigua, etiam -i fastidienda gregario. COD. Theod. 8, 5, 2, 1 qui contra hanc fecerit sanctionem, promotus regradationis humilitate plectetur, -x poenam deportationis excipiat. NOT. dign. occ. 31, 30 milites -es in castris Madensibus (Mun- *edd.*; *antecedunt* Fortenses *nomen vix geogr., v. Amm. 18, 9, 3*). CIL V 896 militavit -x annis VII, eques annis IIII. VI 2601 mil(itavit) . . . sic: in legione I Italica an(nos) II, in co(ho)rte II . . . -x an(nos) XIIII, factus eq(ues) mil(itavit) *eqs.*

3 *t. t. astrologiae de numinibus, quae decanis singulis applicata sunt* (*ad rem cf. Bouché-Leclerq, L'astrologie grecque 217*): FIRM. math. 2, 4, 4 sq. quidam . . . terna numina decanis singulis applicarunt, quos -es appellandos esse voluerunt id est liturgos, ita ut per signa singula novem possint -es inveniri, ut ternis -bus decani singuli praeferantur; rursus novem -es *eqs.*

mūnificē, (mūnificēns *p. 1652, 53. 55*), **mūnificenter** *v.* munificus.

3 *de militia* (*cf. p. 1662, 79*): CIC. Brut. 282 *Crassus* imperatorem se statim esse cupiebat, cui -i mos maiorum aetatem certam ... reliquit. LVCR. 1, 29 fera -a militiai (*al. v. p. 959, 72 sqq.; cf.* NEP. Dat. 1, 2 militare -s [*al. v. p. 955, 39 sqq.*]. SVET. Aug. 10, 4 non modo ducis, sed etiam militis functum -e). 1, 32 belli fera -a ([*fort. ex Ennio, cf.* VARRO Men. 223 fera militia -a b. ut praestarem *et Norden, Enn. u. Verg. 11, 1*]. 5, 1308 temptarunt etiam tauros in -e b. OV. met. 13, 296 LIV. 24, 35, 7. 32, 16, 15. *al.*). CAES. civ. 1, 57, 1 viros ... Caesar ei classi attribuerat, qui sibi id -is depoposcerant. *al.* PROP. 3, 4, 8 solitum armigeri ducite -s equi (*compellari videntur cives, ut ducant equos militiae assuetos, vix equi*). OV. rem. 153 iuvenalia -a Martis *i. tirocinium* (SIL. 6, 477 duro ... -e M. *cf.* AMM. 15, 12, 3 Martium. CLAVD. carm. min. 46, 13 Mavortia ... -a: barbaricas strages Rhenique triumphos [*aliter p. 1664, 58*]). LIV. 3, 6, 9 -s vigiliarum senatores ... obibant (*aliter p. 1664, 68*). SEN. contr. 1, 8, 6 militia mea legis -s est. LVCAN. 1, 356 summi ... -a pili ... gerens *i. centurio primi pili* (MART. 1, 93, 3 primi ... -a p.). SIL. 7, 304 castrorum ... -a (*cf.* PANEG. 2, 10, 3 castrensium -um). 9, 267 -a pugnae. SVET. Iul. 67, 1 remisso officiorum -e. HYG. mun. castr. 20 -a legionum. *al.*

4 *de operibus*: **a** *de mundo*: CIC. Tusc. 1, 70 possumusne dubitare, quin is praesit aliquis ... moderator tanti operis et -is? (nat. deor. 2, 90 architectum t. o. t.que -is. *cf.* 1, 19 t. -is). **b** *de variis aedificiis*: OV. ars 1, 69 -bus nati sua -a mater addidit (*de Octaviae porticu theatro Marcelli adiuncta*). fast. 6, 776 in Tiberis ripa -a regis *Servii Tullii* habet *Fors*. EPICED. Drusi 287 nec sua conspiciet ... -a Drusus nec sua prae templi nomina fronte leget. VELL. 2, 48, 2 perfectis -bus theatri et aliorum operum. 2, 130, 1 Pompei -a absumpta igni restituit. MART. 7, 34, 9 quid tu tot domini ... nostri praefers -bus? epigr. 2, 7 miramur velocia (*i. celeriter exstructa*) -a, thermas. **c** *de aquis salientibus* (*latrinas publicas dici coni. Grimal, RevEL. 12, 1934, 240*): FRONTIN. aq. 3 quot castella publica ... sint, et ex is quantum publicis operibus, quantum -bus — ita enim cultiores (lacus *suppl. Lancianus*, l. salientes *dubitanter Krohn*) appellantur (appellant *ed. Argentorat., Buecheler*) —, quantum lacibus ... detur (23. 78. 79. *al.*). 98 M. Agrippa ... operum suorum et -um velut perpetuus curator fuit. 117 castellorum et -um stationes. 118 ductus aut castella aut -a aut lacus.

B *in rebus sacris*: **1** *praestatur deis*: PLAVT. Poen. 1176 lepidissima -a meretricum, digna ... Venere. CIC. Verr. II 4, 66 (*de candelabro Antiochi*) illius operis ac -is. CATVLL. 66, 38 (*loq. coma Berenices*) pristina vota novo -e dissoluo. 66, 82 iocunda mihi -a libet onyx (VERG. Aen. 3, 177 OV. fast. 1, 647). 66, 92 *me* largis affice -bus *sc. unguenti*. VERG. ecl. 3, 63 Phoebo sua semper apud me -a sunt, lauri et ... hyacinthos. Aen. 4, 217 -a templis ... ferimus. 6, 637 perfecto -e divae *Proserpinae*. HOR. epist. 2, 1, 216 (*de bibliotheca Latina*) -s Apolline dignum. OV. am. 2, 13, 24 feram ante tuos, *Ilithyia*, -a vota pedes (*antecedentia v. p. 1664, 53. cf.* EPIST. Sapph. 212 votiva ... -a [SEN. Ag. 644]). 3, 7, 46 -is oblati (TERT. adv. Iud. 5 l. 6 obtulit -a deo. ITALA lev. 2, 1 [Lugd. *al.; gr. δῶρον, Vulg.* oblationem]). ars 3, 653 -a ... capiunt hominesque deosque; placatur donis Iuppiter ipse datis (*cf. Otto, Sprichw. p. 233*). VAL. FL. 2, 330 pia -a (MART. 9, 58, 2 LACT. Phoen. 158). CYPR. eleem. 26 p. 394, 18 dei (ARNOB. nat. 7, 16 -s et honor). *al.* *de sacris christianis*: CONSVLT. Zacch. 2, 7 p. 62, 20 caeleste fidelium -s ... celebratur. EPIST. pontif. Thiel Hil. 2, 1 (= HILARVS Vict. pasch. chron. I p. 677, 6) praecipuo -i (*i. festivitati paschali*) peragendo. SACR. Leon. 170 tribue nobis -e festivitatis hodiernae, ut *eqs.* 196 sacri ... -is operatio. GREG. TVR. Thom. p. 125, 6 sacri -is officii. *al.* **2** *praestatur mortuis* (*cf. p. 1665, 67 sqq. 1667, 59*): CIC. Cluent. 28 illa cum ... audisset sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum -s ereptum. CATVLL. 101, 3 ut te postremo donarem -e mortis (*cf.* TREB. trig. tyr. 11, 5 v. 3 -e ... mortali). 101, 8 quae ... tradita sunt tristi -e (*V*, tristis -a *recc.*) ad inferias (CE 474, 9 *de versibus inscr.*). CALV. carm. frg. 8. PVBLIL. M 13 mortuo qui mittit -s (VERG. Aen. 4, 624 ANTH. 409, 2). VERG. georg. 4, 520 *Orpheus Eurydicen quaerens Veneris oblitus erat*, spretae Ciconum quo -e matres *eqs.* ('ob quam rem' ASPER *ap.* Serv. auct., *vix recte*; numine *var. l. fuisse testatur* SCHOL. Bern.). Aen. 6, 886 fungar inani -e (OV. met. 2, 341 Heliades lugent et, inania morti -a, dant lacrimas. SIL. 10, 536. *al. cf.* VAL. FL. 5, 30 -a flammis vana ferunt). 11, 26 animas ... decorate supremis -bus (OV. Pont. 1, 7, 29 lacrimas, supremum in funere -s. SIL. 15, 396. TAC. ann. 3, 2, 1 ut ... suprema erga memoriam filii sui -a [*def. Sörbom, Variatio serm. 26, 2*; munia *Ritter*] fungerentur. CIL II 1753, 6

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hoc -s supremum dat. *al.*). HOR. carm. 1, 28, 4 te . . . cohibent, Archyta, pulveris exigui . . . parva . . . -a. 2, 1, 38 Ceae (*i. Simonideae*) . . . -a neniae. TIB. 2, 4, 44 qui det maestas -s in exsequias. OV. met. 13, 525 tibi -a matris contingent fletus peregrinaeque haustus harenae. trist. 3, 3, 81 feralia -a. *al.* LVCAN. 8, 741 extremo . . . abest a -e busti (VAL. FL. 5, 14 e. virorum -a. IVVENC. 4, 718 corpus ad e. -s deposcere). VAL. FL. 3, 313 date debita caesis -a. TAC. ann. 1, 62, 1 caespitem Caesar posuit gratissimo -e in defunctos. PLIN. epist. 8, 12, 5 fungi pio -e (AVSON. 167, 17 p. 35 P.). IVVENC. 2, 399 ultima supremae . . . -a pompae. *al.*

C *in re amatoria* (*fere per euphemiam de concubitu sim.; aliter p. 1664, 49*): PLAVT. Asin. 812 apud amicam -s adulescentuli fungare, uxori excuses te et dicas senem? CATVLL. 61, 234 boni coniuges, bene vivite et -e assiduo (*codd. rec.*, assidue *cett.*) valentem exercete iuventam. OV. epist. 4, 137 (*Phaedra ad Hippolytum*) nec labor est celare, licet; pete -s ab illa *Venere* (ars 2, 575. SER. SAMM. 911 ludum Veneris -sque petendum). am. 1, 14, 54 non illo -a digna loco (*dub. an huc pertineat; cf. Brandt ad l.*). ars 3, 98 damnis -a vestra carent. PETRON. 87, 8 non plane iam molestum erat -s. MART. 9, 67, 8 si vis accipere hoc -s *eqs.* APVL. carm. frg. 4, 8 ut nostra exsuperes -a (*i. carmina*) -bus. SER. SAMM. 603 inrita coniugii sterilis si -a languent. CLAVD. carm. min. 25, 130 (*loq. Venus*) vivite concordes et nostrum discite -s.

locutiones praedicativae: **1** *c. casibus: abl.*: LVCIL. 149 (*?, v. p. 1665, 72*). 166 hi *clientes* prae se portant ingentes -e (*vix dat.; an* -a*?*) pisces. CIC. inv. 1, 84 *equum* oportet aut hereditate possideas aut -e (-ei *Stroebel*) acceperis (SCHOL. Stat. Theb. 4, 460 accepit cervum . . . -e. *cf. l. 39*). CATVLL. 65, 19 missum sponsi furtivo -e malum (IVV. 2, 148 *v. p. 1666, 3.* ENNOD. carm. 2, 50 tit. qui ficus -e . . . misit. *cf. l. 35*). 101, 8 (*v. p. 1666, 74*). OV. am. 2, 2, 15 huic *dominae* furtiva tuo *eunuchi* libertas -e detur. PLIN. nat. 33, 53 (*v. p. 1665, 76*). VAL. FL. 1, 478 (*v. p. 1664, 58*). TAC. ann. 1, 62, 1 (*v. supra l. 8*) posuit (CE 1969, 15 haec monimenta aevi posuerunt -e nati [*dat. esse coni. vix recte Armini, Eranos 34, 1936, 115*]). *dat.*: CIC. Verr. II 5, 64 homines sex . . . amico -i misit (*al. v. p. 1187, 58 sqq. 1665, 71; nota* VAL. MAX. 4, 8 ext. 1 [-e *A, sed haec littera in rasura; cf. l. 27*]). NEP. Ages. 8, 6 quae *talenta* ille -i populo . . . daret (*al. v. vol. V 1, 1691, 65*). QVINT. inst. 4, 2, 17 aprum, quem ipsi *Domitio* -i obtulerat (*sec. Cic. Verr. II 5, 7* cum aper . . . ad eum allatus esset). TAC. ann. 14, 31, 1 quasi cunctam regionem -i accepissent (SVET. Nero 56. Galba 10, 5 [-e *pars codd., cf. l. 26*]. HYG. astr. 2, 5 p. 38, 19. *al.*). *potius abl. l. 32, cf. l. 24.* *gen.* (*cf. Löfstedt, Synt. I² 128, 1*): CE 1168, 6 sumeret ut tellus -is ossa mei. 1988, 36 hos tibi dat versus . . . patronus -is amissae ('*coniunge* tibi amissae dat hos versus -is' *Lommatzsch*). **2** *c. praepositionibus*: in *c. abl.* (*vix recte vol. VII 1, 788, 64 huc trahitur* GRACCH. *p. 1665, 34*): VERG. Aen. 5, 537 Anchisae . . . hoc -s habebis, cratera . . ., quem . . . Anchisae . . . in magno -e Cisseus . . . dederat (*cf.* GLOSS. IV 447, 15 *ad l.* ingenti dono *et vol. VII 1, 789, 47; an pertinet ad exempla de ludis supra p. 1665, 66 sqq. allata? vix huc referamus* 8, 273 *Herculis virtutibus enarratis* tantarum in -e laudum cingite fronde comas [*sc. c. gen. explic. sim., v. p. 1663, 54 sqq.*]). *c. acc.*: OCTAVIA 126 cuius *Poppaeae* in -s suam Stygiae parentem natus *Nero* imposuit rati.

pro: OV. rem. 277 spatium p. -e posco. met. 10, 37. Pont. 4, 10, 15 *Aeolus* dat p. -e ventos. LIV. 21, 13, 5 quidquid relinquitur, p. -e habituri estis. MANIL. 5, 467 flammas . . . p. -e missas. VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 SEN. benef. 7, 20, 3 PETRON. 101, 2. *al.* *cf. p. 1664, 31* (instar).

in lusu verb.: VATIN. Cic. fam. 5, 9, 1 quicquid est oneris (honoris *var. l.*) ac -is (SEN. benef. 6, 41, 1 onus . . ., non -s. *v. et p. 1663, 49*). CE 417, 4 sperantes . . . mihi se -a ferre fere ⟨bant⟩ funera.

deriv.: muneralis, munerarius, munero(r), municulum (*?*), munusculum. *cf.* munia.

compos.: intermunus (*?*), munerifer, munerigerulus. *alia v. p. 1645, 22* (munia).

ˢmūnusculum, -ī *n.* *a* munus (*cf.* GLOSS. munus, -um deminutive). *scrib.* mú-: EPIST. Secundi (CIL XII 4393) 10. NOT. Tir. 48, 15. 94, 27. GLOSS. *δῶρον.* breve munus. donum modicum. (modica) donatio. *al.* *legitur inde a* PLAVTO (*l. 73*), CIC. *eiusque familiaribus*, CATVLLO, VERG.

i. q. munus parvum, bellum, vile, a voce q. e. munus *distinctum l. 79. p. 1668, 10, etsi scriptoribus praesertim recentioribus variatio placuisse vid.* (*l. 80. p. 1668, 13. al. cf.* CLAVD. DON. Aen. 10, 880 p. 400, 23 -um *ad Verg.* dona): **1** *vario usu*: PLAVT. Truc. 425 non audes aliquid mihi dare -um? (-scivilim *sim. codd. deficiente A; corr. Camerarius*, -i *Brix*). CIC. Verr. II 3, 85 totam insulam cuidam tuorum sodalium sicut aliquod -um condonaras. off. 3, 73 alieni facinoris -um (*sc. falsum testamentum*) non repudiaverunt. Att. 1, 8, 3 Tulliola, deliciolae nostrae, tuum -um flagitat. 16, 3, 1 Erotem non sine -o exspectare. fam. 9, 12, 2 oratiunculam pro Deiotaro . . . tibi misi; . . . amico -um mittere volui levidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera (SEN. benef. 4, 40, 4 [*postea*: munus]. MART. 9, 54, 11 parvae -a chortis [*antea*: sollemne . . . munus]. *al.*). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 1 nemini hoc deferre -um maluit quam suo accusatori (*ironice de lite.* 8, 12, 1 HIER. in Ezech. 20, 1 p. 186ᴮ. *cf.* SIDON. epist. 5, 1, 2 vobis aliquid neniarum -i vice detuli). 8, 10, 3 ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis quamlibet tenue -um. TREBON. Cic. fam. 12, 16, 3 concinnavi tibi -um . . .; in quibus versiculis *eqs.* VERG. ecl. 4, 18 tibi prima, puer, . . . -a . . . tellus . . . fundet. HOR. epist. 1, 7, 17 non invisa feres pueris -a parvis. VAL. MAX. 2, 7, 15 *captivi remissi* ex deformibus Pyrrhi -is acerrimi hostes exstiterunt. SEN. epist. 10, 5 ut . . . cum aliquo -o epistulam mittam (*cf.* 16, 7. 22, 13). 74, 7 *fortuna quasi in ludis dona excutit*; itaque prudentissimus quisque cum primum induci videt -a, a theatro fugit. MART. 5, 84, 7 nec -a parva nec minora *eqs.* (7, 49, 1. 7, 80, 5 Ps. QVINT. decl. 13, 13). PLIN. epist. 4, 9, 7 lex munera . . . accipi vetat; . . . dixerat sola se -a dumtaxat natali suo . . . accepisse (VVLG. gen. 33, 10 [munera *Itala Lugd. al.*]. *al.*). SVET. Aug. 98, 3 inter varia -a togas . . . distribuit. TERT. adv. Marc. 2, 22 p. 365, 23 si cliens diviti . . . aliquid vilissimi -i obtulerit, quantitas et qualitas muneris infuscabit divitem . . .? (HIER. in Matth. 21, 12/13 *bis. v. et vol. III 1667, 5*). COD. Theod. 11, 11, 1 xenia aut -a ([*seq.*: x. a. munera]. CAES. AREL. serm. 55, 3 p. 232, 10 -a et x., *cf. editionem alterum* 55 A 2 -a . . . ista x.). *al.* **2** *in rebus sacris*: CATVLL. 64, 103 -a divis promittens. SEN. nat. 4, 7, 1 negant posse fieri, ut . . . aliquis . . . tempestates -is redimat, quamvis munera et deos vincant. FVLG. myth. 1, 1 p. 17, 1 *supplices idolo* florum atque turis offerebant -a. VAL. CEM. hom. 3, 4 p. 701ᴰ ut auctori tuo oris -a . . . exhibeas. VITA Caes. Arel. 1, 33 si his aliquis de divinis -is subveniret. CE 1801, 12 (*de altaris honore Vitali martyri concesso*) sanctis laetus ego Spes haec -a ⟨dono⟩ (*antea*: concesso munere). **3** *in re amatoria*: CATVLL. 68, 145 *mulier* furtiva dedit mira (rara *Haupt, alii alia*) -a nocte. IVV. 6, 36 pusio . . . exigit a te nulla iacens illic -a.

? **muo,** -ere *vox admodum dubia; nam* muentes CIL IV 139 *quid sibi velit, ignoratur.* *Lumpe.*

? **muracolum** *v.* myracopum.

ˢmūraena (mūrēna), -ae *f.*, (σ)*μύραινα.* *de orig.*: VARRO ling. 5, 77 -a, quod *μύραινα* graece. ISID. orig. 12, 6, 43 -am Graeci *μύραιναν* vocant eo quod complicet se in circulos (*veriloquium notione ornamenti p. 1669, 3 effectum esse videtur, nisi quid inepti sibi finxit, ut solet*). *de script.* (*cf.* muraenula): mor- *passim in codd.*, morina ORIBAS. syn. 4, 14, 5 La (merena Aa). -ren- *in inscr. l. 57 et plerumque in codd.*; -raen- *confirmari videtur infra l. 62.* NOT. Tir. 112, 99. GLOSS. *μύραινα ὁ ἰχθύς. σμύραινα* (*ζμ-*) est piscis, id est lampraeda. *inde a* PLAVTO, LVCIL., CIC., VARRONE, HOR. [*it. vet.* morena, *apul.* amərənə, *sard. centr. et mer.* murena (*?*), *francog. vet.* moreine '*inauris*' (*cf. p. 1669, 22*), *prov., cat., hisp.* morena, *port.* moreia. *cf. M.-L. 5754. Battisti-Alessio IV 2508. Wagner II 139. Corominas III 438. Machado II 1537. G.*]

1 *genus piscium* (*de fem. v.* PLIN. nat. 9, 76 [*sec. Aristot. hist. anim. 543 a 24 sqq.*] discrimen esse, quod -a varia et infirma sit, zmyrus unicolor et robustus *eqs.* 32, 14 Licinius Macer -as feminini tantum sexus esse tradit et concipere e serpentibus [*inde* ISID. orig. 12, 6, 43]. *inter serpentes enumerat* AMBR. hex. 5, 2, 5. *v. De Saint-Denis, Vocabulaire des animaux marins 69 sqq.*): **a** *generatim: pro cibo est*: PLAVT. Amph. 319 mirum ni hic me quasi -am exossare cogitat (Pseud. 382 exossabo ego illum simulter itidem ut -am coquos. *cf.* Aul. 399 congrum, -am ⌊exdorsua quantum potest⌋ [*Non. p. 17, 30. 95, 13*; exossata fac sient *codd. Plauti*]). Persa 110 ut -a et conger ne calefierent. LVCIL. 317 sallere -as. CIC. fam. 7, 26, 2 me ostreis et -is facile abstinebam. HOR. sat. 2, 8, 48 adfertur squillas inter -a . . . in patina porrecta (*cf.* FENESTELLA Plin. nat. 35, 162 [frg. 27 P.; *de tripatinio*] una *patina* erat -arum, altera luporum, tertia mixti piscis). CIL IV 5673 (*in vase*) gar(i) f(los), flos muren(ae) Salusti. MART. 2, 37, 5 -ae . . . latus. SVET. Vit. 13, 2 -arum lactes a Parthia usque fretoque Hispanico . . . petitarum (LAMPR. Heliog. 23, 8). BARNAB. 10, 5 (*in explicandis praescriptis leviticis*) non manducabis -am nec polypum. APIC. 10, 460 sqq. -a assa. 10, 463 sqq. -a elixa. exc. 95 -am aut anguillas. *in lusu verborum*: PETRON. 56, 9 *puer recitavit* '-a et littera'; *hospes accepit* murem cum rana alligata fascemque betae. *de natura, vita*: OV. hal. 27 -a ferox teretis sibi conscia tergi . . . *e rete* per multos evadit lubrica flexus (*cf.* PLIN. nat. 9, 40 *aquatilia* cute . . . molli . . . ⟨ut⟩ -ae *integuntur*). 43 nec proprias vires nescit -a nocendi *eqs.* (*sc. morsu, cf. l. 80*). 114 ardens auratis -a notis (*cf.* PLIN. nat. 9, 76 in Gallia septentrionali -is . . . dextera in maxilla septenae maculae . . . aureo colore fulgent). COLVM. 8, 16, 1 ut etiam dulcibus aquis fluviatilis cluderent pisces atque eadem cura mugilem squalumque nutrirent, qua nunc -a et lupus educatur. 8, 17, 2 specus . . ., quibus -ae delitiscant (*cf.* PLIN. nat. 9, 57 *-a inter saxatilia habetur*). PLIN. nat. 9, 73 *-ae carent pinnis et branchiis. al.* *varia*: CIC. parad. 38 aliquem . . . mullos . . . pertractantem et -arum copia gloriantem. VARRO rust. 3, 17, 3 *Hirrum* Caesari duo milia -arum mutua dedisse in pondus (*cf.* PLIN. nat. 9, 171). SEN. clem. 1, 18, 2 *Vedius Pollio* -as sanguine humano saginabat. *ibid.* devorandos servos obiciebat -is, quas esurus erat (*cf.* dial. 5, 40, 2 PLIN. nat. 9, 77 TERT. pall. 5, 6). PLIN. nat. 9, 172 *Hortensius* -am adeo dilexit, ut exanimatam flesse credatur (*cf.* MACR. Sat. 3, 15, 4 *Crassus* -am . . . luxit). 32, 57 -ae morsus ipsarum capitis cinere sanantur.

b *indicantur species*: VARRO Men. 403 -a Tartesia (*cf.* COLVM. 8, 16, 10). rust. 2, 6, 2 -ae optimae flutae sunt in Sicilia (*al. v. vol. VI 1, 977, 17 sqq.; laudant -as Siculas* PLIN. nat. 9, 169 MART. 13, 80, 1 QVINT. inst. 6, 3, 80 IVV. 5, 99).

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *translate de rebus*: **a** *significatur vena in ligno reperta*: Plin. nat. 13, 98 *inter vitia mensarum e citro factarum est* -a nigro transcurrens limite. **b** *significatur torquis genus* (*cf.* Isid. orig. 19, 31, 14 [*p. 1668, 32*], *qui addit*: haec interdum auri atque argenti texitur virgulis [*seq. Vulg. cant. 1, 10, v. l. 28*]): Avg. quaest. hept. 2, 115 (*ad exod. 28, 13, ubi Vulg.* uncinos) aspidiscas . . . dicit ab aspide serpente, sicut etiam -ae appellantur. Ennod. carm. 2, 46 tit. de -a . . ., quae in septicio clauditur, ita tenuis est (*ex auro facta*). Itin. Anton. Plac. rec. A (= B) 18 *inter ornamenta*: -as (murenulas *R*). Greg. M. epist. 3, 62 p. 223, 19 ex uno auro alii -as (murenulas *correctores et edd. vet.*), alii anulos . . . faciunt. *cf. l. 23.*

cf. Onom. et fort. 2. murca.

deriv.: mur(a)enula.

mūraenula (mūrēnula), -ae *f.* *a* mur(a)ena *deminutive. scribitur* mor- *l. 18. 23*, -ren- *passim*, -rin- Greg. Tvr. *l. c.*

i. q. (parva) muraena: **1** *significatur piscis* (Gloss. piscis marinus): Hier. Vulg. Iob praef. p. 71, 2 si velis anguillam vel -am (mor- *duo codd.*) . . . tenere . . ., quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 145 quasi -a inter definitionum saxa prolaberis (*fort. proverbialiter dictum*). **2** *translate in serm. vulgari* (*v. l. 24, fort. sec.* anulus) *significatur torquis genus vel ornamentum colli (l. 23) aut aurium* (Gloss. -as: inaures): Hier. epist. 24, 3, 2 aurum colli sui, quam (quod *B*) -am (mor- *D*, murenam *LB et Isid. orig. 19, 31, 14 in paraphrasi huius loci, cf. supra l. 3*) vulgus vocat, quod . . . metallo in virgulas lentescente quaedam ordinis flexuosi catena contexitur, . . . vendidit. Vvlg. num. 31, 50 offerimus . . . quod in praeda auri potuimus invenire, periscelides et armillas, anulos et dextralia ac -as (ornamentum *Lugd., Monac.*). cant. 1, 10 -as aureas . . . vermiculatas argento (*Apon. ad l.*: catenulas). Is. 3, 20 *inter ornamenta varia* (*cf.* Hier. *ad l.* p. 70[A] -as, quae auri atque argenti texuntur virgulis, sensu videlicet et sermonibus scripturarum). Petr. Chrys. serm. 132 p. 561[A] ars . . . usque ad -ae pretiosae speciem gratiamque perducit. Greg. Tvr. glor. conf. 34 p. 769, 14 anulos -asque aureas. *cf. l. 9. 10.*

***mūrālis**, -e. *a* murus (*cf.* Serv. Aen. 9, 702). *scrib.* múrál-: CIL II 4509 (*cf.* 6145), 7. múr-: CIL XII 3167. *graecis litt. l. 55.* mor-: *saepius in codd.* *notatur* mur (*cf. l. 55*): CIL III 291. 6818 XI 6163. Not. Tir. 100, 77. *inde a* Lvcr., Caes., Verg., Liv., Vitr. [*confunditur c.* molaris, *v. p. 1336, 63.*]

i. q. ad murum pertinens, muri proprius sim.: **1** *generatim*: **a** *vario usu* (*fere de rebus; de actionibus l. 62. 63. 67. 68, technice de herbis quibusdam l. 50 sqq.; de animali l. 69*): Caes. Gall. 3, 14, 5 falces praeacutae . . . non absimili forma -ium falcium. 5, 40, 6 -ium pilorum (7, 82, 1 Cvrt. 8, 10, 32 Tac. ann. 4, 51, 1. *ad rem v. Kromayer-Veith, Heerwesen 524*). Verg. Aen. 12, 921 -i . . . tormento (Sil. 6, 213 -ia . . . tormenta. Anth. 108, 21. Amm. 17, 1, 12. 18, 9, 1. *al.* Cypr. Gall. Ios. 156 *in expugnanda urbe Iericho tubarum* voces t. -e gerunt [mor(t)ale *codd., corr. Pitra*]. Gloss. *βαλλίστρα* t. -e). Vitr. 1, 5, 3 parietes -i crassitudine erunt faciundi. Cels. 2, 33, 2 herba -is *παρθένιον* vel *περδίκιον* appellant ([*inde* Plin. nat. 21, 176 parthenium . . . vocant perdicium et -em. *item c. ellipsi vocis q. e.* h.: 1, 21, 52]. 3, 18, 9 herbae duae . . ., solanum et -is. 4, 31, 7. 5, 28, 18[B] [*inde* Oribas. syn. 7, 49 add. Aa p. 195]. Ps. Apvl. herb. 82 l. 6 h. perdicalis: alii -em dicunt, alii parietariam. *cf.* Ps. Diosc. Vind. 4, 88 p. 248, 21 *σέδουμ μουρ⟨άλε⟩* [*σουδεμουρ trad., corr. Wellmann coll. Plin. nat. 25, 160*]). Lvcan. 6, 199 phalarica . . . aut vasti -ia pondera saxi. Plin. nat. 7, 202 equum, qui nunc aries appellatur, in -bus machinis Epium *invenisse*. Sil. 6, 269 -i ballista coercuit ictu *serpentem* (*cf.* Clavd. 8, 329 fidit si moenibus hostis, tum tibi -i libretur machina pulsu). 8, 553 -es fossas (Prvd. c. Symm. 1, 514). 10, 512 perfracti turbine dentes -is saxi (14, 433. Amm. 21, 12, 13 s. -bus). Amm. 23, 4, 15 de instrumentis -bus. 26, 8, 9 *testudo* contra -es pugnas . . . figuratur (*cf.* Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 6, 8 in -i . . . certamine [*gr. 5, 306 ἐν ταῖς τειχομαχίαις*]). Ambr. virginit. 14, 86 fundamenta -ia. Heges. 3, 3, 4 clypeos intexerent, ut -i vice . . . sese . . . defensarent (*cf.* Iord. Rom. 227 ad instar -e). 5, 26, 2 convulsa parte -i. 5, 52, 2 ligneus -is obiectus. Prvd. psych. 538 Achar, caedibus insignis -i et strage superbus. Sidon. epist. 3, 7, 4 -bus excubiis. Anon. de mach. bell. 18 -i defensioni. Gloss. II 426, 25 *πυργίτης ὁ στρουθός*: passer -is. *al.* *in imag.* (*cf. l. 80*): Ambr. Iob 2, 3, 7 (*ad 19, 8*) tamquam -bus (mirabilibus *var. l.*) temptationibus clausus . . ., donec placeat deo destruere altitudines temptationum mearum. virg. 1, 8, 45 (*de horto Susannae*) -i saeptus spiritu pudor clauditur. Sedvl. op. pasch. 4, 11 *Simon* aquosi marmoris gentes -i cinctas obsidione captivat. **b** *de rebus muri fere vicem gerentibus*: Spart. Hadr. 12, 6 stipitibus magnis in modum -is saepis funditus iactis. Amm. 25, 6, 5 castra . . . velut -i ambitu circumclausa (Cod. Iust. 8, 10, 10 [*a. 420*] -i a. fundos . . . vallare. *cf.* Nectar. Aug. epist. 103, 2 gyrus). Ambr. in Luc. 7, 71 Hiericho . . . -bus saepta parietibus (CIL VIII 23073). Heges. 5, 20, 2 munimentis -bus (*cf.* Cassiod. in psalm. 90, 4 l. 95 *clipeus divinus* nos quasi -i munitione circumdat). Cassiod. var. 6, 4, 5 -is agger (Iord. Get. 210).

2 corona -is (*cf. Ov. fast. 4, 219* turrifera. *6, 321* turrigera. *Gell. 5, 6, 16* quasi muri pinnis decorata. *v. et quae congessit Fiebiger, RE IV 1640, 63 sqq.*): **a** *in capite Cybeles*: Lvcr. 2, 606 -i . . . caput summum cinxere c., eximiis munita locis quia sustinet urbes. **b** *insigne militum: v. vol. IV 980, 19 sqq. substituuntur alia nomina*: Clavd. carm. min. 30, 182 duces . . . tribuere coronas: hunc cingit -is honos *eqs.* Sidon. carm. 5, 588 laurus. *c. ellipsi vocis q. e.* c.: Sen. benef. 1, 5, 6 imperator aliquem torquibus, -i et civica donat. Plin. paneg. 13, 5 veteranorum aliquis, cui decus -is aut civica.

f. pro subst. **mūrālis** *v. l. 5. p. 1669, 51.*

n. pro subst. **mūrāle.** *? fere i. q. propugnaculum*: Ps. Asper gramm. suppl. 43, 3 *inter* nomina *in* e *desinentia, iuxta* antemurale.

cf. ante-, circum-, promurale, intermuralis.

mūrāna, -ae *f.* *a* murus, *cf.* extra-, intramuranus. *i. q. lapidum congeries*: Ps. Orig. in Iob 2 p. 473[A] (*bis; augetur Vulg. Iob 2, 8* in sterquilinio) super acervum stercoris atque -am (3 p. 500[D]). p. 481[C] quod . . . efficiuntur omnes qui moriuntur in sepulcro, hoc . . . effectus es tu solus in -a (3 p. 502[B] foris in -a atque in acervo stercoris. p. 502[C] foris in -a, in strata).

1. mūrāria (mū-*?*), -ae *f.* *a* murus, *nisi a* 1. murra. *scrib.* murr- *praeter l. 22.* *nomen herbarum diversi generis* (*cf. André, Lexique des termes de botanique 212*): Ps. Apvl. herb. 25 l. 17 a Graecis dicitur camellea, . . . alii cicer rusticum, . . . alii -a. Ps. Diosc. Vind. 2, 166 p. 231, 17 *δρακοντία μεγάλη· . . . Ῥωμαῖοι κόλουβρουμ, οἱ δὲ -αμ* (*μαυριαριάμ trad.*). 3, 74 p. 86, 19 *κάχρυ· . . . Ῥωμαῖοι -αμ.* 4, 121 p. 270, 15 *ἴον πορφυροῦν· . . . Ῥωμαῖοι σεγετάλις, οἱ δὲ -α, οἱ δὲ βίολα πουρπούρεα.*

2. mūrāria *l. 28.* **3. murāria** *v.* murraria.

μυοθήρα⟨ς⟩ **mūrārius** Gloss. III 305, 25. 529, 76. *a* 1. mus. *cf.* muriceps, murilegus.

f. μυοθήρα⟨ς⟩ **mūrāria** Gloss. III 433, 10. *μυολόγος ibid.* 19, 16. 91, 9. *al.*

mūrātus, -a, -um *v.* muro.

[1. murca *v.* amurca.**]**

2. murca genus piscis Gloss. II 587, 45 (*an falso pro* murena*?*).

murcidus, -a, -um. *cf.* murcus *necnon* marcidus. [*pedem.* mürs, *port.* murcho (*?*). *cf. M.-L. 5752. Corominas III 263. Machado II 1555. G.*] [*falso trad.* -a *ut vid. pro nom. proprio deae q. e.* Murcia, *v. Onom. s. v. et infra l. 43 sqq.* *confunditur in codd. c. voce affini* marcidus: Mart. Cap. *utroque loco, v. et l. 45. 46.* -e *per coniecturam pro* muricide *v. p. 1673, 39.*]

i. q. desidiosus (cf. l. 49), languidus, putidus sim.: **1** *vario usu*: Pompon. Atell. *v. l. 48.* Mart. Cap. 1, 10 *oraculorum sectatores* cariantem tripodem crepidasque situ -as reppererunt. 9, 999 (vers.) alumnum urbs Elissae quem vidit iugariorum -am viciniam . . . obsidentem. **2** *in veriloquiis nominis deae Murciae*: Serv. auct. Aen. 8, 636 (vallis Murcia *unde dicta sit*) alii Murci[d]am a -o, quod est marcidam (mart- *trad.*), dictam volunt, pars a dea Murcia, quae, cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius -um (mart- *trad.*) faceret. Avg. civ. 4, 16 p. 165, 29 D. vocaverunt . . . deam M., quae praeter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius (Atell. 195), -um, id est nimis desidiosum et inactuosum. *cf.* mutturci.

? **mūrcinarius** *v.* musc-. *?* **murcio** *v. s.* marsit.

murcis(s)o *v.* murg-.

murco, (-āre). *a* murcus. Gloss. Loewe, Gloss. nom. 141 -o (marco *trad.*): trunco.

murcus, -a, -um. [*cf. c. μύρκος· ὁ καθόλου μὴ δυνάμενος λαλεῖν Hes., sanscr.* marcáyati '*laedit*', *theod. vet.* morgen '*flaccus*', *et fort. c.* marceo. *J. B. H.*] Gloss. V 371, 19 curtus. Loewe, Gloss. nom. 141 truncatus. *cf. Loewe, Prodr. 283.*

i. q. curtus (*fort. vox castrensis*): Amm. 15, 12, 3 nec eorum *Gallorum* aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quos localiter (ioc- *Castellus, Gelenius*) -os appellant.

v. Onom.

deriv.: murco. *cf.* murcidus, murcio (*?*).

mūrēn- *v.* muraen-. **murētum** *v.* myrtetum.

***mūrex,** -icis *m.* [*cf. c. gr. μύαξ 'conchae genus'. J. B. H.*] *de origine*: Isid. orig. 12, 6, 50 -x cochlea est maris dicta ab acumine et asperitate, quae alio nomine conchilium nominatur, propter quod circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittat, ex quibus purpura tingitur (*verba vix perspicua*). *scrib.* mor- *hic illic in codd.*, -ix Plin. nat. 32, 149 Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 29. Gloss. *κογ. χύλιον. κήρυξ θαλάσσιος.* -es: *κηρύκια. v. et infra l. 78. p. 1671, 6. 62 sqq.* *legitur inde a* Catone, Lvcil., Verg., Hor. [*pedem.* mürs, *abrut.* morğə, *calabr.* murğa, *sic.* murga. *cf. M.-L. 5755. G.*] [*falso trad.* -es *pro* rumices Lvcil. 1315 (Paul. Fest. p. 331). *confunditur c.* myrica Gloss. IV 260, 2.]

I *proprie i. q. cochlea marina* (*cf. Gossen-Steier, RE II A 599, 8 sqq.*): **A** *varia exempla* (*selecta*): Lvcil. 1210 -x . . . marinus. Hor. sat. 2, 4, 32 -e Baiano melior Lucrina peloris ([Schol.: genus est piscis *i. aquatilium*]. *pro cibo est ut*: Cels. 2, 24, 3. 2, 28, 2. 2, 30, 3 Scrib. Larg. 104 Mart. 13, 87, 2. *al.*). Ov. met. 1, 330 *Tritona* umeris innato -e tectum (*cf.* Clavd. 10, 150 vivo squalentia -e terga). Pavl. Fest. p. 367 trachali appellantur -um ac purpurarum superiores partes. Cels. 5, 18, 21 -x combustus (*cf.* Plin. nat. 32, 68 testae cinis. 32, 78. 82. 89. *al.* Ser. Samm. 237). Colvm. 8, 16, 7 limosa regio . . . idonea est

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conchyliis, -bus et ostreis. PERS. 2, 65 *luxuria* Calabrum coxit vitiato (*sc. actione tingendi*) -e vellus. PLIN. nat. 9, 80 (*de pisce, qui echeneis vocatur*) Mucianus *putat* -em esse, latiorem purpura *eqs.* 32, 95 *myaces* acervantur -um modo. 32, 129 -um carnes. *al.*

B *specialia*: **1** *respicitur liquor purpurei coloris* (NON. p. 549, 13 -x color purpureus [*affert* VERG. *infra l. 9 et 76*]. *vertitur e gr.* ἁλουργής HEGES. 1, 46, 2 [*gr. 1, 671*]): **a** *strictius*: **α** *de ipso liquore*: Ⓘ *usu sollemni tinguntur vestes* (*cf. Blümner, Technol. I 226 sq.*): VERG. Aen. 4, 262 Tyrio ... ardebat -e laena ([CLAVD. DON. Aen. 9, 580 p. 263, 4 *ad l.*: purpura significata est confecta ex -e]. HOR. epod. 12, 21 -bus T. iteratae vellera lanae. TIB. 2, 4, 28 OV. ars 3, 170 met. 11, 166 fast. 2, 107 SEN. Phaedr. 388 SIL. 15, 116 APVL. met. 10, 20, 2. *al. cf. l. 32. 34 et* HOR. carm. 2, 16, 36 Afro [PORPH.: pro T. dixit]. LYGD. 3, 18 Sidonio. LVCAN. 3, 217 pretiosa ... -e Sidon). HOR. epist. 2, 2, 181 Gaetulo -e (OV. fast. 2, 319 SIL. 16, 569. *cf.* MELA 3, 104 Nigritarum Gaetulorumque ... *litora fecunda* purpura et -e efficacissimis ad tingendum. PLIN. nat. 5, 12). OV. ars 1, 251 epist. 13, 37 met. 6, 9. VAL. FL. 3, 340 ardentes -e vestes (*cf. l. 9. 36 et* 5, 360 flammea -e ... tegmina). SIL. 10, 570 fulgentia pingui -e ... velamina. 15, 205 Sarrano -e. MART. 1, 49, 32 olidae ... vestes -e (*cf.* 4, 4, 6 bis -e vellus inquinatum *redolet*). PRVD. cath. 7, 156 Coos aestuantem -es laenam. COD. Theod. 10, 20, 18 mataxa ... fiscalis ... publico -e tinguebatur. 15, 7, 11 puri rubor -is. DRAC. laud. dei 2, 455 -is ostrum. CE 1365, 8 (*a. 506; e cod.*) delituit *regina sancte vivens* vestis -e sub rutilo. *al.* *in imag.*: AMBR. off. 1, 43, 211 *usus senum* colorat mores adolescentium et velut -e probitatis inficit. Ⓘⓘ *tinguitur scidula chartae, cui titulus operis inscribitur*: MART. 8, 72, 1 nondum -e cultus *libellus*. Ⓘⓘⓘ *de imperatorio atramento*: COD. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 470*) sacri adfatus ... cocti -is et triti conchylii ardore signentur.

β de veste -e tincta (*cf. Schneider, RE XXIII 2012, 23 sqq.*): OV. rem. 708 confer Amyclaeis medicatum vellus aenis -e cum Tyrio: turpius illud erit. SIL. 4, 324 aurato praefulgens -e *Hannibal.* 14, 658 -e picto laeta Tyros. STAT. silv. 2, 1, 134 modo Puniceo velabat amictu *membra*, nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti -e. AMM. 15, 8, 15 Caesarem ... imperatoris -is fulgore flagrantem. COD. Theod. 8, 7, 16 pr. (= Iust. 12, 53, 1) tranquillitatis nostrae -em adorare. COD. Iust. 11, 9 tit. (*s. IV ex.*) de intinctione sacri -is. DRAC. laud. dei 3, 61 deposito ... -e denso. Romul. 8, 482 indutus ... -e regni. *in falsa versione vocis gr.* ἡ μάρμαρος, *ut vid.* (*sed cf. Hesych. μαρμάραι· αἱ τῷ ἐρυθροδάνῳ βεβαμμέναι*): VVLG. Bar. 6, 71 purpura ... et -e *amictae sunt statuae deorum.*

b *latius de quolibet liquore rubro*: LAMPR. Alex. 40, 6 ut Alexandriana purpura hodieque dicatur, quo vulgo Probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus ... id genus -is repperisset. PS. ORIG. tract. 12 p. 138, 19 cocci -em.

2 *respicitur testa* (*cf.* PLIN. nat. 9, 102 firmioris ... testae -es et concharum genera. 9, 160. *v. et l. 56 sqq.*): OV. met. 8, 564 summa (*i. lacunar specus*) lacunabant alterno -e conchae. PLIN. nat. 19, 24 *Marcellus forum velis inumbravit*; quantum mutatis moribus Catonis censorii, qui sternendum quoque forum -bus censuerat (*cf.* GELL. 7, 4, 4 [*sec. Tuditanum*] captivos ... in armario -bus praefixo ... interisse [*an ad l. 70 sqq. ?*]). VAL. FL. 3, 727 *Phorcys* intorto -e phocas contrahit. HYG. astr. 2, 28 quod -bus hostes sit iaculatus *Capricornus* pro lapidum iactione.

II *translate*: **A** *c. respectu testae* (*fere praeacutae*): **1** *de freno quodam fort. acuminibus instructo* (GLOSS. τρίβολος κτήνους. *cf. Poll. 1, 148* ἐχῖνοι): CATO agr. 135, 1 *Minturnae optime emas* ornamenta, -es, catellas (*an de ornamentorum genere? de clitellis dici putat Hörle, Catos Hausbücher 258*). STAT. Ach. 1, 221 *Thetis* elicit ... fretis et -e frenat acuto delphinas biiugos.

2 *de saxo aspero* (NON. p. 461, 32 -es vetustas etiam saxorum asperitates et talia omnia voluit posse dici [*affert* VERG. *l. c.*]. ISID. orig. 16, 3, 3 -es petrae in litore similes -bus vivis, acutissimae et navibus perniciosae. GLOSS.): VERG. Aen. 5, 205 *navis* saxis in procurrentibus haesit ..., et acuto in -e remi obnixi crepuere ([SERV.: saxi (asperi *add. auct.*) acumen eminens per tranquillitatem]. SIL. 17, 276 -e a. dissiliens sonuit ... carina). PRVD. perist. 5, 446 scabri petrarum -es. MAR. VICTOR aleth. 2, 146 durae ... -e cautis.

3 *de instrumento quodam in re militari adhibito* (*fort. huc pertinet l. 52*): VAL. MAX. 3, 7, 2 ut circa moenia eius *oppidi oppugnati* ferreos -es spargeret *Scipio* (CVRT. 4, 13, 36 in terram defodisse Dareum).

4 *de pyxide ad condendum unguentum apta*: MART. 3, 82, 27 -e aureo nobis dividere ... capillare.

B *c. respectu liquoris de coloribus -is similibus*: **1** *vario usu*: VERG. ecl. 4, 44 nec varios discet mentiri lana colores, ipse sed in pratis aries iam suave rubenti -e, iam croceo mutabit vellera luto (*cf.* VAL. FL. 6, 704 multo maculatam -e tigrin). AVSON. 325, 11 p. 110 P. -e pictus Adonis *flos.* 361 (= ANTH. 646), 22 p. 410 unius -is esse habitum *rosarum et Phosphori* (*item de rosis*: ENNOD. carm. 1, 9, 147 regius agresti vestitur -e campus). CLAVD. carm. min. 25, 141 *Amores* rutilas respersi -e plumas. **2** *audacius de fuco eloquentiae*: ENNOD. carm. 2, 44, 6 ebria fulgenti maduerunt -e dicta, omnibus in rebus sermonum purpura regnat. 2, 77, 3 (*de Ambrosio*) roscida regifico cui fulsit -e lingua. epist. 4, 9, 2 p. 105, 2 tingunt alii linguae -e, quae nullus ad regalem usum fucus exhibuit.

deriv.: muricatim, 1. muricatus, muriceus, *?* muriculus.

compos.: murilegulus.

murgis(s)o, -ōnis *m. vox peregrina esse vid.; vix recte* PAVL. FEST. p. 144 -em dixerunt a mora et decisione. *André, RevPhil. 36, 1962, 28 cft. Hesych. μοργυλλεῖ· χρονοῦλκεῖ. scrib.* murg-, murc-, merg-; -iso-, -isso-, -isco-; -o, -on, -or. GLOSS. V 33, 5 (= 85, 20. 119, 1) irrisor, lusor (*inde* ANTH. 19, 19 [*praef. Salm.*] quis ... me sonivium et -em non fabula aufamabit [autam- *trad.*, autum- *Duebner*]). GLOSS. callidus murmurator. fallax. veterator.

***muria,** -ae *et* **muriēs,** (-ēī) (*l. 16. 37*) *f.* [*orig. inc., sed v. l. 21; cf. gr. μύρω 'fluo, fleo', lituan.* mùrti *'macerari'. J. B. H.*] *scrib.* morhic *illic in codd.* *notatur in inscr.* mur (*l. 52. 59. 64*) *vel* m (*l. 63*). *plur. deest, quod testatur etiam* CHAR. gramm. p. 38, 25 B. *de notione*: FEST. p. 158 (*cf.* PAVL. FEST. p. 159) -s est (muri est *trad.*), quemadmodum Veranius docet, ea quae fit ex sali sordido in pila pisato et in ollam fictilem coniecto, ibique operto gypsatoque et in furno percocto, cui virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto ... aquam iugem ... addunt atque ea demum in sacrificiis utuntur. SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 65 -am antiqui dicebant liquamen et Syrorum lingua sic dicitur. SCHOL. Pers. 6, 20 -a dicitur liquamen malum vel liquaminis faeces vel, quod proprium, et aqua mixta cum sale. ISID. orig. 20, 3, 20 cuius *humoris* liquor appellatur salsugo vel -a; proprie autem -a dicitur aqua sale commixta effectaque gustu in modum maris. GLOSS. ἅλμη. *v. et l. 31.* *legitur maxime ap. scriptores artium inde a* CATONE, VARRONE, CELSO, COLVM., PLIN.; *ceterum ap.* FAB. PICT., HOR. sat., PERS., PETRON. *al.* [*val.* moare, *it.* moia, *sard. sept.* múlg'a, *sard. centr.* múrdza, *sard. mer.* múrğa, mrúža, *francog.* muire, *prov.* muiro. *cf. M.-L. 5756. Battisti-Alessio IV 2486. Wagner II 378. G.*] [*confundi vid. c.* amurca: GLOSS. V 372, 26 -a: faex olei. *sed cf. l. 75.*]

i. q. ἅλμη: **1** *de condimento vel garo maxime e sale confecto* (*disserunt de modo conficiendi l. 39. 40. 54, de usu medic. e. g. l. 55. 69. 75 sqq.; in imagine l. 80*): **a** *generalia* (*exempla selecta*): CATO agr. 7, 4 *oleae* optime conduntur ... virides in -a (*inde* VARRO rust. 1, 60, 1 PLIN. nat. 15, 21). 88, 2 *in aquam* sale *commixtam* menam aridam vel ovum demittito: si natabit, ea -s erit, vel carnem vel caseos vel salsamenta quo condas; eam -am in labella vel in patinas in sole ponito. 105, 1 sq. *ex aqua dulci et sale* sinito -am fieri; ubi -a facta erit *eqs.* FAB. PICT. Non. p. 223, 18 -s (mus tes *trad.*) fit ex sale, quod sale sordidum pistum est et ⟨in⟩ ollam rudem fictilem adiectum est. VARRO rust. 3, 9, 12 qui haec *ova* volunt diutius servare, perfricant sale minuto aut -a. HOR. sat. 2, 4, 65 *ius* pingui miscere mero -aque decebit non alia quam qua Byzantia putuit orca (*item regionem unde -a proveniat indicant*: PLIN. nat. 31, 94 laudantur ... -a Antipolis ac Thurii, iam vero et Delmatia. MART. 13, 103 tit. amphora -ae: Antipolitani ... sum filia thynni. AVSON. 411, 1 sq. p. 269 P. addito ... Barcinonensis -ae condimento cumulatius *munus* praestitisti; scis autem me id nomen -ae quod in usu vulgi est nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum et Graeca vocabula fastidientes Latinum in gari appellatione non habeant. INSCR. Howald-Meyer, Die röm. Schweiz p. 340 n. 435 mur(ia) Hisp(ana)). 2, 8, 53 ut melius -a quod testa marina remittat. CELS. 2, 24, 3 dura (CELS. 4, 22, 4 -a d. quam asperrima ... utendum. COLVM. 12, 6, 1 -am d. sic facito *eqs. plura v. vol. V 1, 2305, 49 sq.*). COLVM. 6, 30, 9 alii marina aqua lavant alvum, alii recenti -a. 7, 8, 6 in salem -amque *demittere*. 12, 8, 3 folia *lepidii* ... -ā macerata (12, 9, 1. 12, 48, 4 in -a m. *al.*). PERS. 6, 20 solis natalibus est qui tinguat holus siccum -a vafer. PETRON. 70, 12 cocum ... -a condimentisque fetentem. CIL IV 2609 *in urceo*: mur(ia) cast(imonialis) (*vix* cast(a) *ut vol. III 565, 62; cf.* garum *vol. VI 2, 1700, 37 sqq.*). 4287 edictum M. Ati Primi: si qui(s) -a(m) bona(m) volet, petat (*?*) a L. Asicio ... muriola es (*ludum scriptoris 'in nomine murmillonis et pisce quem in galea portat quemque petit retiarius' coni. Mau*). 5723 m(uriae) f(los) (5724. 5725 INSCR. Howald-Meyer, Die röm. Schweiz p. 340 n. 436 mur(iae) arg(utae*?*) ex(cellentis) flo(s). *al.*). QVINT. inst. 8, 2, 3 nec video quare clarus orator 'duratos -a pisces' nitidius esse crediderit quam ipsum id, quod vitabat. VLP. dig. 33, 9, 3, 1 (*ex Aristone*) quae esui potuique non sunt ..., ut puta ea, in quibus esse solemus, oleum forte, garum, -am, mel. ANTIDOT. Brux. 180 -a stativa dolorem renum tollit. **b** *accedunt determinationes (v. etiam supra l. 44 sqq. 53 sqq. 59 sqq.): gen.* (*identitatis l. 76*): CELS. 4, 16, 4 -am eius *cappari* cum aceto sorbere (*cf.* COLVM. 12, 55, 4 caro ... tanquam salsamentum in -a sua permanet [VLP. dig. 33, 9, 3, 3]). PLIN. nat. 31, 83 -a salsamentorum (GARG. MART. cur. boum 4 -am salsamenti optimam). 32, 88 menarum. 32, 93 siluri. PLIN. med. 1, 13, 3 olivae nigrae amurcae -a (*cf. Plin. nat. 23, 74* n. o. amurca). PHILVM. med. 2 p. 138, 7 salis -am (salmoriam *vel* salem- *codd., sim.* p. 140, 13). THEOD. PRISC. eup. faen. 59 olivarum. ex: PLIN. nat. 26, 23 -a ex menis (27, 127). MARCELL. med. 12, 6 ex piscibus. de: VIR. ill. 66, 9 *sanguinem adversarii* luxuriam opprobans -am de turdis esse dicebat *M. Livius Drusus.*

2 *de liquoribus natura salsis*: PLIN. nat. 9, 92 *polypi* colos -a obliti (*cf.* 32, 121 -am ipsum *polypum* ex sese emittere et ideo non debere addi in coquendo). 31, 83 Hispaniae quadam sui parte *aquam salsam* e puteis hauriunt -am appellantes.

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: muriarius (*?*), muriatica. *cf.* 1. muriola.
compos.: salemoria (*?*).

? **muriārius,** -a, -um. *a* muria. *i. q. ad muriam pertinens*: Anon. med. ed. Piechotta 75 adde in vasum -um colata (*sic P. in adnot. p. VII, in ipso textu exhibet* muriarum). CIL XIII 1966 negot(iatoris) muriar(ii) (*suppl. Dessau in indice suo*).

muriātica, -ōrum *n. et* **-a,** -ae *f.* *a* muria. *i. q. salsamenta*: Plavt. Poen. 241 item nos *puellas* perhiberi quam si salsa -a (mar- *B*) esse autumantur, sine omni lepore et sine suavitate; nisi multa aqua ... macerantur, olent, salsa sunt *eqs.*:: coqua est haec quidem ..., (249) scit -a ut maceret. frg. inc. 16 -am ... video in vasis stagneis, naricam bonam et canutam *eqs.*

[muriātus *falso trad. pro* moratus, *v. p. 1476, 50.]*

? **murica** gespon aureum in tunica Gloss. V 371, 8. *cf. 416, 25* mauria de auro facta in t., id est g. *fort. ad Mauros pertinet, cf. Onom.*

mūricātim *adv.* *a* murex. *i. q. muricum more*: Plin. nat. 9, 102 *murices et conchae sunt variis formis, inter alia* vertice -m intorto.

1. mūricātus, -a, -um. *a* murex. *i. q. acutus* (*an ruber?*): Plin. nat. 20, 262 *carduorum* folia pauca, spinosa, -is cacuminibus. Ps. Dioscor. Vind. 1, 1 p. 5, 19 *ἶρις· ... ᶜΡωμαῖοι ῥάδιξ μουρικά⟨τα⟩* (*suppl. Wellmann e Plin. l. c.*).

? **2. mūricātus,** -a, -um. *orig. et not. inc.* Fvlg. myth. 1 praef. p. 6 arva, quibus adhuc inpressae bellantium plantae -os quod aiunt sigillaverunt gressus (maur- *var. l., quam recepit Helm Mauros iocose significari coniciens*).

mūriceps Gloss. *v. vol. III 621, 13.* *a* 1. mus *et* capere, *cf.* murilegus.

mūriceus, -a, -um. *a* murex. [*e coni. vix probab. pro* marinus: Cass. Fel. 28 p. 47, 13.] *i. q. ad muricem pertinens*: **1** *i. q. purpureus*: Opt. Porf. carm. 18, 25 lumine -o venerandus dux erit ut sol. Prob. schol. Iuv. 6, 519 *ampelinus color* inter coccinum et -um medius est. **2** *i. q. acutus*: Avson. 398, 4 p. 226 P. *ostrea* -is scopulorum mersa lacunis. *?* Vitae patr. Iurens. 2, 10 p. 149, 15 nonne cernis ... ius fasque confusum, ... nutare -os (-cos *cod. unus*) pellito sub iudice fasces? (*textu fort. corrupto*).

mūricīdus (murric-), -a, -um. *fort. recte a* murus *et* caedere *derivat Hofmann, Umgangsspr. 87 coll. gr.* τοιχωρύχος (*vix recte a* 1. mus *et* caedere *Scaliger*). *i. q. ignavus, stultus, iners* (*cf. l. 41*): Plavt. Epid. 333 vae tibi, -e homo. :: quid tibi lubet mihi male loqui?:: quippe tu mihi aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis (murri- *testatur* Paul. Fest. p. 125 '-um' ignavum, stultum; Plautus '-e h.': ignave, iners. *subesse* murcide *post Lambinum coniecit Loewe, Prodr. 282 sq. coll.* muturci, *q. v.*).

περιτετειχισμένον **mūricīnctum** Gloss. III 305, 59. *a* muro cinctus.

? **mūriculus,** -ī *m.* *dub., utrum a* 1. mus (*cf. p. 1699, 63*) *an a* murex. *genus conchae* (*ut vid.*): Enn. frg. var. 44 *inter cibos* purpura[m], -i (marri- *trad.*), mures (murex *Casaubonus*), dulces quoque echini.

1. mūricus, -a, -um. *a* 1. mus *iocose fictum sec.* musicus. *i. q. muris similis*: Ven. Fort. carm. praef. 5 ut ... non musicus poeta, sed -us deroso flore carminis poema non canerem, sed garrirem.

? **2. mūricus,** -a, -um *v. l. 34.*

muriēs *v.* muria.

? **mūrifex,** -icis *m.* *a* murus *et* facere. *i. q. structor murorum*: Ps. Prisc. gramm. III 525, 32 'ex' syllaba terminata *nomina* breviantur, ut artifex, aurifex, -x (maur- *trad.*), opifex.

[murige *pro* meu (*vel* miu) rizae Oribas. syn. 4, 20, 1 La (meu radices *Aa, gr.* μήου αἱ ῥίζαι).]

mūrilegulus, -ī *m.* *a* murex *et* legere, legulus *per haplologiam. cf.* Evtych. gramm. V 453, 32 lego, legulus, unde -us. Gloss. κογχυλευτής. *i. q. muricum piscator* (*syn.* conchylegulus *Cod. Theod. 10, 20, 5. 16. 17; ad rem cf. Hug, RE XVI 662*): Cod. Theod. 9, 45, 3 -us *inter homines, qui ad ecclesiam fugientes in priorem sortem reducendi sunt* (*cf.* 10, 20, 16 [= Iust. 11, 8, 13] si quis ex corpore gynaeceariorum ... aut -orum vel aliorum similium ad divinas largitiones ... pertinentium voluerit ... liberari). 10, 20 (= Iust. 11, 8) tit. de -is et gynaeceariis *eqs.* 10, 20, 14 (= Iust. 11, 8, 11 pr.) -i, qui ... vetitis se infulis dignitatum ... munisse dicuntur *eqs.* 10, 20, 15 (= Iust. 11, 8, 12) qui ex filiabus -orum et alienae originis patribus sunt ..., iura maternae condicionis agnoscant.

? f. **mūrilegula,** -ae. Gloss. V 566, 34 -a (murir- *trad.*): hoc est ancilla genicialis (*i.* gynaec-).

mūrilegus, -ī *m.* *a* 1. mus *et* legere. *cf.* Gramm. suppl. 257, 24 (*in marg. cod. Bern.*) -us dicitur catus eo quod mures legat i. colligat. Gloss. catus, pilax. *i. q. feles*: Schol. Ter. p. 112, 9 ('meo indicio ... quasi sorex ... perii') quae *sorex* si se non indicarit -o, iam non pereat. *cf.* muriceps.

murillum CIL III 1985 *obscurum.*

mūrīnus, -a, -um. *a* 1. mus; *cf.* pantherinus, pavoninus. *graecis litt. p. 1674, 8.* [*sard. centr. et mer.* murru. *cf. M.-L. 5760 a. Wagner II 141. G.*] [*loco dubio* : CE 1256, 1 hic ego -us praeco *eqs.* (*iocose dici de homine humilioris sortis coni. Buecheler*).]

i. q. ad mures pertinens (*ad alia animalia ac mures vulgares fort. p. 1674, 12*): **1** *de colore*: Varro Men. 358 equi colore dispares ..., hic badius, iste gilvus, ille -us. Colvm. 6, 37, 6 *color* -us cum sit in asino vulgaris, tum etiam non optume respondet in mula ([*inde* Pallad. 4, 14, 3 Chiron 782]. Pallad. 4, 13, 3 spumeus, maculosus, -us). **2** *in appellationibus herbarum*: Scrib. Larg. 153 auriculae -ae (mar- *trad., sed v. s.* 1. mus). Plin. nat. 22, 135 herba phoenice appellatur a Graecis, nostris vero hordeum -um (*cf.* Plac. med. 4, 1 rec. *β* cum -a fenice. Ps. Dioscor. Vind. 4, 43 p. 202, 16 *φοῖνιξ· ... ᶜΡωμαῖοι πάβουλουμ μουρίνουμ* [*κουπίν- fere trad.*]). **3** *vario usu*: Plin. nat. 28, 179 -orum capitum cinerem. 29, 106 (*e Varrone*) -um fimum (29, 115 f. ... -i cinerem. 30, 22. 29. 66. 69. 75. 80. 114. 124 Ser. Samm. 350. *cf.* Marcell. med. 6, 7 stercus -um [29, 48]). 29, 113 -a pellis cremata ([*inde* Marcell. med. 1, 84 Plin. med. 1, 1, 6]. Ivst. 2, 2, 9 *Scythae ad vestitum* pellibus ... ferinis ac -is utuntur. Iord. Get. 37 *ab Hunuguris* p. -arum venit commercium). 29, 115 -i catuli. 30, 27 -o cinere (*inde* Marcell. med. 11, 11 Plin. med. 1, 12, 3). 30, 81 sanguis recens -us. Ser. Samm. 901 iecoris -i.

1. mūrio, -īre. *a* murus *fictum esse videtur.* *i. q. munire*: Evtych. gramm. V 463, 10 insanus insanio, murus -o et munio, sive a nomine quod est moenia moenio et munio *eqs.*

2. mūrio *v.* 4. morio. **3. murio** *v.* musmo.

1. muriola, -ae *f.* [*dubium, utrum a* 1. murra *an a* muria. *J. B. H.*] *vini genus*: Varro frg. Non. p. 551, 26 vino addito loram, passum vocare coeperunt; -am (mor- *var. l.*) nominabant, quod ex uvis expressum erat passum et ad folliculos reiculos et vinacia adiciebant (ea dicebant *trad.*) sapam (*om. pars codd.*). Pavl. Fest. p. 144 *murrinam* mulieres vocabant -am (murri- *trad.*) *eqs.*

2. muriola es CIL IV 4287 (*v. p. 1672, 62*) *incertum.*

? **murīvit** Gloss. *v. p. 1684, 46.*

ˣmurmillo, -ōnis *m.* [*cf. c. gr. μορμύλος, μορμύρος 'genus piscis', ut vid. J. B. H.*] *de orig. et notione*: Fest. p. 285 retiario pugnanti adversus -em cantatur 'non te peto, piscem peto; quid me fugis Galle?', quia murmillonicum genus armaturae Gallicum est ipsique -es ante Galli[a] appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat; hoc autem genus pugnae institutum videtur a Pittaco *eqs.* (*cf.* Schol. Iuv. 8, 200 -o armaturae Gallicae nomen, ex piscè inditum, cuius imago in galea fingitur). Schol. Hor. sat. 2, 6, 44 Thraex dicebatur secutor, retiarius, -o. epist. 1, 18, 36 ('Thraex') gladiator retium, nam -o secutor. *derivatio a* murus *subesse videtur p. 1675, 10.* *de scriptura (cf. Knoche, Handschr. Grundl. d. Iuv. 342): in inscr.* mur- *praevalet*; myr- CIL VI 10175. 10178. 33982 X 1926; mir- CIL VI 10177. 33977; *in inscr. graecis variant μορ- (saepius), μυρ-, μουρ-. in codd.* myr- *praevalere vid., rarius occurrit* mur-; mir- *sine var. l.* Paneg., Ps. Avr. Vict., Avson., Amm. *ll. cc.* *notatur in inscr.* m *vel* mur *saepe*; murm CIL VI 10174 Inscr. NSc. 1915 p. 46 n. 25; murmi CIL V 1907; *integrum scrib. raro.* Not. Tir. 94, 71 -o (*post* Trix, *ante* reciarius, secutor).

genus gladiatorum (*cf. Schneider, RE XVI 664 sqq.*): **1** *ap. scriptores* (*omnia attulimus exempla; c. detrectatione dicitur quasi de officio infimae sortis l. 50 sqq. 58. 61. 75*): Cic. Phil. 3, 31 ille *L. Antonius* ... ex -e dux, ex gladiatore imperator, quas effecit strages! (*de eodem*: 5, 20 gladiator Asiaticus, qui -o Mylasis depugnarat. 6, 10 etiamne hoc ab -e Asiatico senatus mandata ... audientur? [12, 20]. 6, 13 Mylasis -o Thraecem iugulavit familiarem suum [Th. *adversarium v. et l. 66. 72. 76, cf.* retiarium *l. 55. 59. 81*]. 7, 17). Val. Max. 1, 7, 8 incidit ..., ut ... retiarius cum -e introduceretur (*infra*: retiarius ... in eum locum compulso -e et abiecto *eqs.*). Sen. dial. 1, 4, 4 Triumphum ego -em sub Tiberio Caesare de raritate munerum audivi querentem. Plin. nat. 7, 55 Cassio Severo celebri oratori Armentari -is obiecta similitudo est. Qvint. inst. 6, 3, 61 Pedo *Albinovanus* de -e, qui retiarium consequebatur nec feriebat, 'vivum' inquit 'capere vult'. Ivv. 6, 81 *fiant nuptiae*, ut ... tibi, Lentule, ... nobilis Euryalum -em exprimat infans. 8, 200 nec -is in armis nec clipeo Gracchum pugnantem *eqs.* (*cf.* Avson. 350, 7 p. 208 P. -o in a.). Svet. Cal. 32, 2 -em e ludo rudibus secum battuentem *eqs.* 55, 2 -um armaturas recidit. Nero 30, 2 Spiculum -em triumphalium virorum patrimoniis aedibusque donavit (47, 3). Dom. 10, 1 patrem familias, quod Thraecem -i parem, munerario imparem dixerat, ... canibus obiecit cum hoc titulo 'impie locutus parmularius'. Flor. epit. 3, 20, 12 totis imperii viribus contra -em *Spartacum* consurgant (*infra*: sub gladiatore duce. *cf.* Paneg. 2, 23, 2 -um agmen). Ps. Avr. Vict. epit. 10, 10 petito ... -um, quorum pugnae visebantur, gladio *eqs.* Avson. 347, 3 p. 165 P. quis -i contenditur? aequimanus Thraex. Amm. 16, 12, 49 *imperator* se in modum -is operiens (*cf.* 23, 6, 83 pedites *Persarum* in speciem -um contecti iussa faciunt ut calones). Prvd. c. Symm. 2, 786 unas capit impius et pius auras ... nec alter ore sacerdotis quam -is anhelat spiritus.

2 *in titulis* (*notabilia selecta*): CIL IV 2387 *iuxta* Thraex (2508 *sexies; cf. l. 53. 66. 72*). 4420 Samus ... m(urmillo) idem eq(ues) hic hab(itat). V 1907 Lascivo docto⟨ri⟩ murmi(llonum) (VI 10174. 10175). VI 631 (*a. 177; decuriae gladiatorum*) mur(millo) vet(eranus) (*quater; item* 10176. 10177. 33977). *ibid.* mur(millo) sp(ectator) (*sic suppl. De Rossi et Mommsen, alii aliter*). 10169 Priori retiario lud. mag. Iuvenis -o lud. mag. conuctori (*i. convictori*). 10180 Lyco lib(eratus) mur(millo) scaev(a) pugna(rum) IIII (Inscr. NSc. 1928 p. 211 Valerius s. -o). X 1926 Paeraegrino -i ... primo palo *eqs.* *additur nu-*

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

merus pugnarum, victoriarum (*v. et p. 1674, 84*): CIL VI 10178 P. Aelio Aplo -i XI. 33982 O. III. (*i. coronarum ut vid. cf.* INSCR. Année épigr. 1962 n. 45 Bassus l(iberatus) mur(millo) I > I [*i. coronae unius, pugnae unius, ni fallimur*]). XII 3325 mur(millo) Columbus Serenianus XXV (*i. e ludo Sereni ut vid., cf. p. 1674, 82 et* INSCR. Année épigr. *l. c.* Satur mur(millo) Iul(ianus) XIII). XIII 1200 mur(millo) III.

deriv.: murmillonicus.

murmillōnicus, -a, -um. *a* murmillo; *aliter infra l. 10? i. q. ad murmillonem pertinens*: PAVL. FEST. p. 144 -a (-ilio- *trad.*) scuta (*Lucilio [1362] tribuit L. Müller*) dicebant, cum quibus de muro pugnabant. FEST. p. 285 *v. p. 1674, 32.*

***murmur,** -uris *n.* (*m. l. 27*). [*cf. c. sanscr.* marmaraḥ '*fremitus*', murmuraḥ '*ignis crepitans*', *gr.* μορμύρω, *arm.* mrmṙam '*murmuro*', *theod.* murmeln. *J. B. H.*] *de origine*: QVINT. inst. 8, 6, 31 *inter voces per onomatopoeiam ortas. a* murmurare: PRISC. gramm. II 118, 11 GRAMM. suppl. 68, 13. *de scriptura*: mor- *var. l. hic illic in codd., e. g.* CHAR. gramm. p. 458, 7 B. VVLG. act. 6, 1. -mor: GREG. TVR. Franc. 6, 31 p. 301, 11 (-mur *pauci codd.*). NOT. Tir. 94, 49. *in cas. obliquis* -mur- *confirmatur a* SERV. Aen. 11, 11 *et praevalet in codd., exstat* CE *p. 1677, 48.* -mor- *testantur* AVG. gramm. V 499, 20 sqq. GRAMM. suppl. 42, 22 sqq. VIRG. gramm. epit. 5 p. 32 H.; *legitur saepe in var. ll. codd. iuxta* -mur-, *cf. derivata. de formis* (-r *inter neutra singularia afferunt* PROB. cath. gramm. IV 15, 27 CHAR. gramm. p. 33, 18 B. GLOSS. II 264, 21): *adhibentur* -r, -e, -a, *raro* -is (VERG. ecl. 9, 58. *al.*), -i (PLIN. nat. 2, 193). *plur. gen. et dat. (abl.) non exstant nisi ap. gramm.* SERV. Aen. 1, 430 AVG. *l. c.* GRAMM. suppl. *l. c. de genere*: NON. p. 214, 11 -r neutrius generis est, masculini Varro *p. 1676, 41* (GRAMM. suppl. 115, 15 *affert* VVLG. act. 6, 1). *tam masc. quam neutr. dictum esse sec. usum vetustissimum affirmat* PRISC. gramm. II 170, 2. *habent* VARRO *l. c.* ITALA Ioh. 7, 12 (cod. b *al., neutr. var. l., cf.* VVLG.). act. 6, 1 (*item*). GREG. TVR. Iul. 47. NOT. Tir. *v. l. 18. de notione*: NON. p. 427, 18 (*discernuntur* mussare *et* murmurare) maioris soni est, proximi ad tumultum (*affert* VERG. *p. 1676, 23*). CHAR. gramm. p. 458, 7 B. γογγυσμός (GLOSS.). GLOSS. murmuratio. -e: sonitu. *cf.* RVFIN. Basil. reg. 130 si brevior fuerit et compressior vox quam res poscit, prope est, ut -r potius vel susurratio videatur quam sermo. *vox maxime poetica legitur inde a* PACVV., VARRONE *p. 1676, 41,* CIC. (*l. 52, ubi afferre vid. locutionem a poetis usurpatam*), LVCR., VERG., AETNA, COPA, HOR.; *in prosa or. inde a* LIV. *p. 1676, 52,* VAL. MAX. *ibid.,* CELSO *p. 1676, 30,* SEN. apocol. *p. 1676, 59.* [*val.* murmur (*?*), *it.* mórmore. *cf. Battisti-Alessio IV 2511. G.*] [*falso trad.* -r ullum *pro* murmurillum PLAVT. Rud. 1404 *v. p. 1678, 47. confunditur c.* marmor: *v. p. 407, 70 sq. et cf. lus. verb.* DRAC. laud. dei 1, 578 -e ... venti flantes vaga marmora crispant.]

i. q. sonus incertus, confusus, γογγυσμός (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur*). *copulatur c.* mugitus *sim. l. 68. p. 1676, 11. 29. p. 1677, 37. plur. poeticus in poesi saepe inde a* LVCR., VERG., *in prosa or.* FRONTO *p. 1677, 49* (*?*). GELL. 5, 14, 19 (*vertuntur Apionis Aegyptiaca*). HIL. in psalm. 64, 10 SYMM. or. 1, 8 AMM. 15, 5, 29. 26, 3, 6. SERV. auct. Aen. 12, 619 (*ad* VERG. -r) *et ap.* AMBR., AVG. *al.*

I *rerum*: **A** *aquarum* (*v. et p. 1676, 46*): PACVV. trag. 417 -r maris (CIC. de orat. 3, 161 *inter translationes.* PLIN. epist. 2, 17, 22. *al. cf.* LVCAN. 2, 702 -e vasto ... sonuit mare). LVCR. 3, 1032 Xerxes contempsit ... -a ponti (PROP. 1, 8, 5 OV. met. 11, 330 trist. 1, 11, 7. *al. cf.* VERG. Aen. 1, 124 magno misceri -e pontum. LVCAN. 1, 260 iacet [tacet *var. l.*] sine -e pontus). 6, 142 sunt ... fluctus per nubila, qui quasi -r dant in frangendo. VERG. georg. 1, 109 *unda* cadens raucum per levia -r saxa ciet (*cf.* MANIL. 2, 54 undam ... meditantem -r in antris). Aen. 11, 298 cucurrit ... fremor, ceu saxa morantur cum rapidos amnes, fit clauso gurgite -r. COPA 12 strepitans rauco -e rivus aquae (HOR. epist. 1, 10, 21 *aqua* per pronum trepidat cum -e rivum. OV. rem. 177 labentes iucundo -e rivos. met. 2, 455. *al. in imag.*: HIER. in Gal. lib. 3 praef. exilis ingenii rivulum vix parvo strepentem -e). PROP. 4, 6, 16 Ioniae -a ... aquae (OV. epist. 17, 80 dimotae corpore *Leandri natantis* -r a. *cf.* met. 5, 587 aquas sine -e euntes). MELA 3, 40 *Araxes* ingenti cum -e sonansque devolvitur. VAL. FL. 5, 121 saeva ... Thermodon ... -a volvens. SIL. 3, 465 Rhodanus ... torsit harenoso minitantia -a fundo. 6, 284 erupit tristi fluvio mugitus et imis -a fusa vadis. STAT. silv. 1, 3, 22 spumosa ... -a (*cf.* NEMES. cyn. 276 spumanti). PLIN. epist. 5, 6, 23 sipunculi ... miscent iucundissimum -r. TIBERIAN. carm. 1, 17 loquentis -r amnis. *al. audacius de ipsa aqua*: ENNOD. carm. 2, 66, 8 Castalii mellis -a blanda bibi. **B** *tonitruum* (*cf. p. 1676, 47 et* SEN. nat. 2, 27, 1 tonitrua distinxere quidam ita, ut dicerent unum esse genus, cuius grave sit -r, quale terrarum motum antecedit clauso vento et fremente [*alterum genus est* fragor]): LVCR. 1, 69 *Epicurum* nec fulmina nec minitanti -e compressit caelum (5, 1221 percurrunt -a c. [*sim.* 6, 288]. 6, 101 nec fit ... sonitus caeli de parte serena, *sed nubibus collectis* ... magno fremitus fit -e saepe. VERG. Aen. 4, 160 magno misceri -e c. incipit. PLIN. nat. 18, 360 caeli [SIL. 12, 603. 685 IVV. 13, 224. *al.*]. TERT. anim. 17, 3 caeleste). 5, 1193 fremitus et -a magna minarum (6, 101 magno f. fit -e. 6, 410 tonat *Iuppiter* ..., f. et -a concit [*cf. 401* sonitus]). VERG. Aen. 4, 210 *fulmina* inania -a miscent. *al. in imag.*: AVG. c. acad. 2, 1, 2 non solum ... audivimus -a tua, sed etiam ... fulgora ... conspeximus (*seq.* lumina mentis ... fremitu rationis). **C** *ventorum* (*cf. l. 23. 25. al.*): LVCR. 1, 276 perfurit acri cum fremitu saevitque minaci -e ventus. 6, 197 *venti* magno indignantur -e clausi nubibus. VERG. ecl. 9, 58 ventosi ceciderunt -is aurae. Aen. 10, 99 flamina ... fremunt ... et caeca volutant -a. OV. trist. 1, 2, 25 fremunt immani -e venti. SEN. Ag. 466 -r grave maiora minitans. VAL. FL. 1, 596 *Aeolus* placat ... fera -a. SIL. 1, 469 Cori. 7, 257. 12, 629 AVSON. Mos. 33. *al. in imag.*: LICENT. carm. ad Aug. 133 non si mihi -a (munera *K*) centum det Boreas ... centumque per ora lingua vigens adamante fremat, memorare queamus *eqs.* **D** *instrumentorum musicorum* (*cf. infra l. 65. 66*): LVCR. 4, 543 tuba depresso graviter sub -e (-a *trad.*) mugit (SIL. 5, 12 tubae ... -a. 7, 608. 11, 289. 15, 460. *cf.* PROP. 4, 4, 10 tubicen ... cum quateret lento -e saxa Iovis [4, 4, 61 t., fera -a conde. SIL. 6, 669]). HOR. carm. 2, 1, 17 minaci -e cornuum perstringes aures, iam litui strepunt. OV. met. 14, 537 *Cybele* aëra ... inflati complevit -e buxi. SEN. Thy. 574 -r grave classicorum. SIL. 14, 374 tortae ... -a conchae. STAT. Theb. 6, 404 insonuit ... Tyrrhenum -r. CLAVD. 17, 316 *organi hydraulici* -a. CYPR. GALL. gen. 186 concordes -e chordas. **E** *variarum rerum* (*v. et l. 38*): LVCR. 1, 723 Aetnaea minantur -a flammarum ... se colligere iras (*cf.* VERG. Aen. 3, 582 quotiens mutat latus *Enceladus,* intremere omnem -e Trinacriam. AETNA 463. SIL. 14, 60 -e per caecos tonat ... fragores. SVET. Cal. 51, 1). VERG. georg. 1, 359 ventis surgentibus *incipit* ... nemorum increbrescere -r (*cf.* OV. met. 15, 604 -a pinetis fiunt. SIL. 3, 698 alta sonoro ... volvuntur -a luco). Aen. 1, 55 *venti ab Aeolo coerciti* magno cum -e montis circum claustra fremunt (1, 245 LVCAN. 10, 321). PROP. 4, 7, 4 Cynthia ... -r ad extremae nuper humata viae (*cf. l. 44*). OV. fast. 4, 267 longo tremuit cum -e tellus (*cf.* PLIN. nat. 2, 193 *in terrae motibus* terribilis sonus, alias -i similis, alias mugitibus *eqs.*). CELS. 7, 18, 5 *tumor scroti* cum quodam quasi -e devolvitur. SEN. Ag. 635 *in equo Troiano* saepe ... sonuere parmae tacitumque -r percussit aures, ut fremuit male subdolo parens Pyrrhus Vlixi. nat. 2, 17 si in aquam fervens massa descendit, cum multo -e exstinguitur. VAL. FL. 2, 337 clausae ... -a flammae. STAT. Theb. 5, 196 -a noctis (5, 243 qui ... strepitus, quae -a n.). 9, 697 tremulum ... pharetrae -r. CLAVD. 28, 629 grave parma sonat, mucronis acutum -r. AVG. in psalm. 132, 12 l. 16 (*ad Sirach 33, 5*) fenum portat *carrus* et murmurat; non enim potest rota carri quiescere a -e. *al.*

II *animantium*: **A** *hominum, deorum* (*famae l. 45, cordis l. 60, verborum l. 55, rerum resonantium l. 44. 53. 69, cf. p. 1679, 30 sqq.*): **1** *vario usu* (*editur saepe cum indignatione sim.; exempla selecta*): VARRO Men. 493 acciti sumus, ut depontaremur; -r fit ferus. VERG. Aen. 5, 369 *Dares ad pugnam singularem* magno ... virum se -e tollit. 12, 239 serpit ... per agmina -r. 12, 619 confusae sonus urbis et illaetabile -r (*cf. l. 26 et* STAT. silv. 1, 1, 65 vaga -a Romae). PROP. 2, 5, 29 quamvis contemnas -a famae (OV. epist. 9, 41 STAT. silv. 1, 4, 14. *cf.* OV. met. 12, 49 nec ... est clamor, sed parvae -a vocis, qualia de pelagi ... undis esse solent qualemve sonum ... tonitrua reddunt. STAT. Theb. 9, 32). 4, 8, 50 rauci sonuerunt ... postes, et levia ad primos -a facta Lares. OV. epist. 12, 56 dixit tenui -e lingua: vale (*cf.* 16, 85 saepe vel exiguo vel nullo -e dixi *eqs.*). 16, 149 mala -a vulgi (met. 13, 124. LVCAN. 1, 352 dubium non claro -e volgus secum incerta fremit. IVV. 10, 89. *cf.* LIV. 3, 56, 8 contionis [32, 20, 7 VAL. MAX. 5, 4, 5]. STAT. Theb. 6, 562 circi). ars 2, 723 amabile -r *mulierum* (*cf.* 3, 795 blandae voces iucundaque -a). met. 1, 206 -a *deorum* (*cf.* 9, 421 vario superi sermone fremebant et ... -r erat *eqs.*). 10, 382 -a verborum. Pont. 4, 13, 36 longum Getico -r in ore fuit. LIV. 32, 22, 1 -r ortum aliorum cum adsensu, aliorum inclementer adsentientes increpantium. MANIL. 5, 335 secreta movebit carmina furtivo modulatus -e vocem solus *eqs.* SEN. apocol. 6, 2 quanto potest -e irascitur; quid diceret, nemo intellegebat. Ag. 713 anhela corda -e incluso fremunt. Thy. 729 querulum cucurrit -e incerto caput *abscisum* (*cf.* SIL. 11, 480 *de capite Orphei*). PERS. 3, 81 *philosophi morosi* -a ... secum et rabiosa silentia rodunt (*inde* AVSON. 364, 23 p. 92 P. AVG. bapt. 2, 7, 10 *Donatistae* r. -a salebrosa. serm. 17, 4, 4. *cf. l. 70*). STAT. Theb. 11, 529 *Eteocles et Polynices* alterna ... saevi -a ceu lituos rapiunt aut signa tubarum. QVINT. inst. 2, 11, 4 *poetae* -e incerto velut classico instincti. 10, 3, 15 cogitationem -e agitantes. 11, 2, 33 (*de arte ediscendi*) haec vox sit modica et magis -r (*inde* MART. CAP. 5, 539). TAC. Germ. 3, 1 (*de barditu*) asperitas soni et fractum -r. PRVD. perist. 9, 16 *pueri* scholare -r adnotantes scripserant. AVG. in psalm. 93, 2 -a sunt ..., et si non procedunt voce, roduntur in corde. serm. 131, 1 cum -a cogitationis (-r ac cogitationes *edd. ante Maurinos*) audisset, cogitantibus nec voce sonantibus respondit *eqs.* (*cf. Vulg. Ioh. 6, 60 sq.* multi ... dixerunt ...; sciens autem Iesus ..., quia murmurarent de hoc *eqs.*). *al.* in *aliquem*: HIL. myst. 1, 33, 1 -r in ducem est (*cf. Vulg. exod. 15, 24* murmuravit ... contra *eqs.*). contra: VVLG. exod. 16, 7 (*v. p. 1677, 73*). AVG. civ. 20, 28 p. 478, 7 D. 20, 29 p. 480, 10. adversus (-um): VVLG. act. 6, 1 (*gr.* πρός). RVFIN. Orig. in exod. 7, 4 p. 209, 2 (*ad loc. l. 75 allatum*). *c. gen. rei tractatae*: CLAVD. DON. Aen. 12, 235 p. 583, 7 inutilis foederis -r. de: ITALA Ioh. 7, 12 (cod. b *al.* = VVLG.). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 108, 5 REGVLA RevBén. 42, 1930 p. 324, 148.

2 *speciatim*: **a** *precantium, incantantium, magorum sim.* (*cf. Burriss, ClPhil. 31, 1936, 142 sqq.*): OV. met. 6, 203 tacito venerantur -e numen (DRAC. laud. dei 2, 674. *cf.* SIL. 13, 428 *Sibylla*

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arcanum -r anhelans [PRVD. apoth. 477. SIDON. carm. 2, 87 pontificum de more]). 7, 251 ubi placavit *deos* precibusque et -e (carmine *codd. Heinsii tres*) longo (STAT. Theb. 4, 418). LVCAN. 1, 607 Arruns dispersos fulminis ignes colligit et terrae maesto cum -e condit. 5, 192 *Pythia* effluit et gemitus et anhelo clara (crebra *Bentley*) meatu -a. 6, 448 infandum . . . -r *Ericthus*. 6, 686 confudit *maga* . . . dissona et humanae multum discordia linguae. PERS. 2, 6 -rque humilesque susurros tollere de templis et aperto vivere voto; . . . haec clare . . ., illa sibi introrsum et sub lingua murmurat *eqs.* (*cf.* IVV. 10, 290 formam optat modico pueris, maiore puellis -e). PETRON. 85, 8 timidissimo -e votum feci. VAL. FL. 7, 464 *Medea arma Iasonis magice corroborans* totum septeno -e fertur per clipeum. 8, 354 cantus et futile -r. STAT. Theb. 4, 418. 9, 734. Ps. QVINT. decl. 10, 15 *magus* barbarum -r intonuit. APVL. met. 2, 1, 3 omnia . . . ferali -e in aliam effigiem translata. FIRM. err. 22, 1 sacerdos hoc lento -e susurrat *eqs.* HIL. in psalm. 64, 10 vatum -a et inconditos bacchantium fremitus. PRVD. c. Symm. 1, 96 -e . . . magico tenues excire figuras (*cf.* CASSIOD. var. 4, 22, 1 conticescat poenale -r animarum). *al.* **b** *infantium*: STAT. Theb. 5, 614 -a soli intellecta *matri*. 6, 165 vocis . . . -a prima. silv. 2, 1, 104 iunctas . . . -e voces vagitumque (*cf.* 2, 7, 37 primo -e dulce vagientem. FVLG. aet. mund. p. 147, 11 vagientis parvuli -e). AVSON. 169, 3 p. 36 P. -a quem primis meditantem absolvere verbis planximus. CLAVD. 20, 254 puer . . . in Phrygiam . . . laxavit -a vocem (*cf. Herodot. 2, 2, 3 sq.*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 151, 2 *sonat* pro ululatibus pium -r infantium *iussu Herodis necatorum*. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 75 ex ore infantum parvoque ex -e laudem lactantum *eqs.* (*sec. psalm. 8, 3*).

B *animalium*: **1** *variorum*: VERG. Aen. 6, 709 apes . . . floribus insidunt, strepit omnis -e campus (*cf.* 12, 591 -e caeco intus saxa [*i. alveus*] sonant. COLVM. 9, 9, 4 velut militiae signa moventium tumultus ac -r exoritur. PLIN. nat. 11, 6. 11, 54 -e intus strepente. 11, 64. *al.* SIL. 2, 221). OV. met. 10, 702 pro verbis -a reddunt . . . leones *qui homines fuerunt* (SEN. Oed. 922 altum -r. Phaedr. 350 silva gemit -e saevo. LVCAN. 1, 209 vasto grave [*deest in parte codd.*] -r hiatu infremuit. VAL. FL. 3, 588 SIL. 2, 687. 4, 373. *al.* MART. 8, 53, 1 EPIST. Alex. l. 169 H. *al.*). 13, 567 rauco cum -e saxum . . . insequitur *canis, quae fuit Hecuba* (*cf. l. 39*). 14, 281 *de sue*. PLIN. nat. 11, 98 volitant alii *scarabaei* magno cum -e aut mugitu. VAL. FL. 7, 606 equi. STAT. Theb. 12, 170 tigridis . . . ieiunum -r. CLAVD. 18, 3 luporum. VEN. FORT. Mart. 3, 346 *lepus canem fugiens* ab ore canis per singula -a pendens (*fort. de anhelitu leporis; an de fremitu canis coll. l. 35?*). **2** *avium*: OV. ars 2, 466 columbae, quarum blanditias verbaque -r habet (SIL. 3, 680 *columba* implet fatidico Dodonida -e quercum. TREB. Gall. 11, 8 [*carm. Gallieni nuptiale*] non -a vestra columbae vincant). SEN. Herc. O. 205 *sicut Iole* referam querulo -e casus (*cf.* OCTAVIA 923 querulo possem gutture maestum fundere -r. STAT. Theb. 8, 619 truncum ac flebile -r *Philomelae ut* silv. 5, 3, 83). STAT. Theb. 10, 93 *Otia et Silentia daemones* -a demunt alitibus. silv. 2, 4, 3 *psittaci* -a. CE 1549, 23 (*s. I ex.*) Oebalius . . . dabit mecum tibi -a cycnus. FRONTO p. 143, 4 v. d. H. (= p. 149 N.; *e poesi?*) avium -a.

deriv.: murmur(i)osus, murmuro(r).

murmurābundus, -a, -um. *a* murmurare. *i. q. murmurans*: APVL. met. 2, 20, 6 cunctorum obstinatione confusus indigna -us cum vellet exsurgere *eqs.* (-as *F*, *corr. man. alt. in* φ; indignabundus et murmurans *Robertson dubitanter*, 'indigna!' *Helm in ed. a. 1959* ['indignum!' *iam Rohde, cf. vol. VII 1, 1192, 61*]). IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. I p. 894^{C} ut toleret homo fratrem . . . iniuriosum, -um, sibi placentem.

murmuranter *v. p. 1680, 34.*

murmurātio, -ōnis *f.* *a* murmurare. *scrib.* -mor- *hic illic in codd., cf. p. 1675, 20 sqq.* GLOSS. γογγυσμός. *legitur ap.* PAVL. FEST. *et inde a* SEN. *philos.*, PLIN. nat., ITALA (*hic primum plur.*); *deest in poesi.*

i. q. murmur fere c. indignatione editum, γογγυσμός (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur; resp.* τονθορυσμός CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 45, 22 [*gr. I 1, 1 p. 95, 2*]. *fig. etym.* -em murmuro(r) *v. p. 1680, 11 sqq.*): **1** *hominum*: SEN. benef. 5, 15, 2 non publica querella est perisse beneficia . . .? nec est, quod hanc nostram -em putes pro pessimo numerantium, quidquid citra recti formulam cecidit. dial. 5, 24, 2 quid est, quare . . . servi mei clarius responsum et contumaciorem voltum et non pervenientem usque ad me -em flagellis . . . expiem? epist. 107, 9 optimum est . . ., deum . . . sine -e comitari (*seq.* gemens). ITALA exod. 16, 7 (Aug. loc. hept. 2, 82 p. 556, 5) exaudiet -em vestram super deum (*Vulg.* murmur . . . contra; *cf.* AVG. *l. c.* quod tantum valet, ac si diceret 'adversus deum'; deinde notandum, novo modo hic exauditionem non precantium, sed murmurantium, cum reprehendat utique scriptura -em *eqs.*). num. 17, 10 (Lugd. *al.*) desinat -o *Iudaeorum* a me (*Vulg.* querellae). Is. 58, 9 (Lucif. Athan. 1, 44 p. 144, 25) verbum -is ([*Vulg.* loqui quod non prodest]. VVLG. Sirach 29, 6 verba taedii et -um [*gr. 29, 5 λόγους ἀχηδίας*]). Phil. 2, 14 (Ambrosiast. *al.*) sine haesitationibus . . . et -bus (Ps. Cypr. singul. cler. 41 sine -e et haesitatione, VVLG. sine -bus et h. *sec. gr.*). HIL. in Matth. 8, 6 -em *scribarum* dominus introspicit (*cf. Vulg. Matth. 9, 4* cogitationes). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 105, 2 propter id, quod . . . in -e fuit . . . de . . . fratribus (*cf.* PASS. Petr. Paul. long. 10 ut sermo eorum in -em populi veniret). HIER. nom. hebr. p. 19, 28 mussitatio vel -o. AVG. anim. 1, 8, 9 obprobria querulis -bus oblatrantum (*verba Vincentii Victoris ut* 2, 13, 18). in psalm. 99, 14 servite domino non in amaritudine -is, sed in iucunditate dilectionis. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 55, 5 tacita -e. CASSIOD. var. 8, 32, 5 *fures ex improviso audiantur*, ut . . . in voces prosiliant et se terribili -e confundant. GREG. M. moral. 2, 33 -is vitium etiam a cogitatione restrinxit *Iob. al.*

2 *animalium*: PAVL. FEST. p. 99 gannitio: canum querula -o. PLIN. nat. 10, 6 melanaëtos . . . sola *aquilarum* sine clangore, sine -e. 10, 8 percnopterus *aquila* . . . ieiunae semper aviditatis et querulae -is.

3 *tonitrui*: CASSIOD. in psalm. 76, 19 ('vox tonitrui tui in rota') tonitrui vox ita revolvitur, quasi de rotis venire audiatur; sic enim cum de summo funditur, spatia caelorum volubili -e pertranseunt, ut rotatus atque sinuosus ipse sonitus sentiatur.

murmurātor, -ōris *m.* *a* murmurare. *scrib.* -mor- *hic illic in codd., cf. p. 1675, 20 sqq.* *de notione*: FEST. p. 298 ⟨summ⟩ussi dicebantur ⟨-es⟩ (*suppl. e* PAVLO). AVG. in psalm. 105, 18 sicut interest . . . inter murmurantes et -es . . ., ita scriptura peccatores appellare consuevit valde iniquos (*cf.* serm. 311, 13, 12 -r ille, qui quaerit semper quod reprehendat, . . . ille ergo reprehensor et argumentator). GLOSS. γογγυστής. γόγγυσος. susurro (*sec. Vulg. Rom. 1, 29; cf.* PELAG. in Rom. 1, 30 p. 17, 12 susurratores, id est -es. Ps. PRIMAS. in Rom. p. 421^{A} 'susurrones' -es non in facie, sed in aure loquentes). GLOSS. *v. s.* murgisso.

i. qui murmurare solet c. indignatione (*acced. gen. obi. l. 35*): VVLG. Iudas 16 hi sunt -es, querulosi *eqs.* (*gr.* γογγυσταί). AVG. in euang. Ioh. 26, 11 infideles, patres infidelium; -es, patres -um. c. Parm. 2, 7, 12 p. 57, 17 -es sacrilegi. in psalm. 132, 12 l. 12 -es . . . magnifice descripti sunt (*Sirach 33, 5, cf. p. 1676, 36*). retract. 2, 20, 2 fidelibus . . ., non illis adversus deum -bus (serm. coll. Morin p. 407, 13 -i [murmuranti *var. l.*] a. d.). serm. 51, 20, 30 *Maria se ipsa marito postposuit;* non ergo faciant perversi -es, quod coniunx casta non fecit. 94 -bus respondete, blasphematores corripite. serm. coll. Morin p. 107, 3 vos primi accusatores, . . . vos novissimi -es. SIDON. epist. 1, 11, 17 non assertorem calumniae tantum quantum -em. REGVLA *infra l. 68.*

f. **murmurātrix,** -īcis. EVAGR. sent. virg. RevBén. 28, 1911 p. 149, 32 -em virginem disperdit deus; nam gratificam eripit a morte (*sec. I Cor. 10, 10.* murmurosam *versio altera Migne 20, 1187A; gr. n. 21 Gressmann* [*Martin, Stud. u. Beitr. z. Erkl. Commodians 147*] γόγγυσον παρθένον).

murmurillo, -āre. *cf.* murmurare, murmurillum. *i. q. (paulisper?) murmurare*: PLAVT. frg. inc. 32 quid -as tecum et te discrucias? (*affert* Non. p. 143, 3 *post Plaut. Rud. 1404, v. l. 46*).

murmurillum, -ī *n.* *a* murmurare, *cf.* murmurium *et* susurrus. *fere i. q. (tenuis?) murmuratio* (*cf.* NON. p. 142, 25 -um murmuratio. *item* GLOSS.): PLAVT. Rud. 1404 palam age, nolo ego -um neque susurrum fieri (*affert* Non. *l. c.*; murmur illum [*vel* m. ullum] *codd. Plauti. in Nonio seq. Plaut. frg. inc. 32, v. l. 42*).

murmur(i)ōsus, -a, -um. *a* murmur. *scribitur* -mor- BENED. *l. c. cod. D; cf. p. 1675, 20 sqq.* -ros-: EVAGR., IOH. MED. (?), GLOSS. (*dantur lemmata suis locis, iuxta* -rios-, *sed c. eisdem explicationibus*); *ceterum var. lectione* BENED. reg.; *cf.* DOCTR., *ubi* i *expuncta est a manu altera.* GLOSS. γογγυστής. γόγγυσος.

i. q. murmuris fere c. indignatione editi plenus: **1** *de hominibus*: CANON. apost. 65, 19 sint *diaconi* . . . quieti, non -i (*gr.* μὴ γόγγυσοι), non bilingues. DOCTR. apost. 3, 6 (*fort. sec. Vulg. sap. 1, 11*) noli fieri -us, quia ducit ad maledictionem. EVAGR. *l. 38.* IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. I 947^{B} de illo populo *Iudaico* . . . -o . . . indigno . . . ingrato. 949^{D} tolerabant insipientes, insulsos, iracundos, -os, ingratos. BENED. reg. 4, 39 *esse* non -um, non detractorem. **2** *de bestiis*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 188, 3 num vides leaenam vel tigrem post catulos . . . venatu ablatos sequi cum rugitu et impetu -o?

murmurium, -ī *n.* *a* murmurare. *scribitur* -mor- BENED. *l. c. in parte codd.; cf. p. 1675, 20 sqq.* [*hisp. vet.* mormorio, *dial.* mormullo *etc., port. vet.* mormoiro *etc.; cf. Corominas III 481. Machado II 1556. G.*] *fere i. q. murmuratio*: REGVLA RevBén. 42, 1930 p. 319, 23 nemo cum -o (murmure *Ps. Aug. reg. II 2,* murmuratione *Caes. Arel. reg. virg. 17 M.*) aliquid faciat, ut non simili iudicio murmuratorum pereat ([*sec. Vulg., cf. supra l. 26*]. BENED. reg. 5, 14 c. -o [murmure *var. l.*] vel cum responso nolentis). *ibid.* p. 323, 127 si . . . inter vos contentiones et -a (murmur, murmura, murmurationes *var. ll.*; murmura *var. l. etiam loco gemino* CAES. AREL. reg. virg. 28 M.) oriuntur.

murmuro, -āvī, -ātum, -āre *et* **murmuror,** -ātus sum, -ārī. *a* murmur. *inter verba ex imitatione vocum naturalium orta*: RHET. Her. 4, 31, 42 *iuxta* mugire. VARRO ling. 6, 67 -atur — dictum a similitudine sonitus [dictus] — qui ita leviter loquitur, ut magis e sono id facere quam ut intellegatur videatur (*seq.* CARM. *p. 1679, 60*). QVINT. inst. 1, 6, 38 *iuxta* stertere. *scrib.* mor-, -mor- (*cf. p. 1675, 16 sqq.*) *hic illic in codd.* *formae deponentiales* (NON. p. 478, 3 '-ari' pro '-are' [*affert* VARRONEM, QVADRIG.]. PRISC. gramm. II 396, 25 '-o' pro '-or'): QVADRIG. *p. 1679, 17.* RHET. Her. *l. c.* (-are *pars codd. explet.*). VARRO *l. 75. p. 1679, 21. 59.* *promiscue c. act.*: APVL. *p. 1680, 29* (*cf. p. 1680, 10*). ITALA *p. 1679, 37. 39. 84* (*cf.* VVLG. *p. 1680, 14 et* num. 14,2 -ti sunt [-verunt *var. l.*]. deut. 1, 27 -ti estis [-astis *var. l.*]. *act.*

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepe). HIER. *infra l. 42.* AVG. serm. coll. Morin p. 270, 1 (*act. saepe*). NOT. Tir. 94, 49[a] -orat (*post* murmor). NON. *p. 1675, 32.* GLOSS. *γογγύζω. μορμυρίζω.* -at: iocatur, mussitat. V 581, 50 trizen nomen proprium vel (*sc. τρίζων*) -ans. *v. etiam s.* musso. *legitur inde a* PLAVTO, *?* PACVV. (trag. 321 *loco corrupto*), QVADRIG., CIC., VARRONE; *abundat in sacris scripturis, inde ap. eccl.* [*val.* murmura (*?*), *it.* mormorare, *sard. centr. et mer.* murmurare, -ai, *prov., cat.* murmurar, *hisp. vet.* mormurar, *hisp.* (*dial.*) marmurar, mermurar, *port.* (*dial.*) moumar. *cf. M.-L. 5761. Battisti-Alessio IV 2511. Wagner II 140. Corominas III 481. G.*]

i. q. murmur edere (*c. vi indignantis l. 17. 22. 39. al., cf. p. 1680, 29; accedit* adversus, contra *infra l. 18. 19. 42. al.; opp.* libere dicere CAPITOL. Maximin. 21, 3; *gr. respondet fere γογγύζειν*):

I *usu mere intransitivo:* **A** *-ant animantia* (*liberius loca resonantia l. 30 sqq., ipse sonus l. 53*): **1** *homines*: PLAVT. Aul. 52 ut scelesta sola secum -at. Mil. 744 *si hospes diutius moratur*, servi -ant. QVADRIG. hist. 72 populus -ari coepit (ITALA exod. 17, 2 [Ottob.] adversus Moysen dicentes [*gr. ἐλοιδορεῖτο . . . πρὸς M. λέγοντες, Vulg.* iurgatus contra M. ait]. num. 11, 1 [Lugd.] nequiter contra dominum [*Vulg.* ortum est murmur populi]). VARRO Men. 166 ita uti soliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus et -ari. 381 lingulacae, optrectatores tui, iam nunc -antes dicunt *eqs.* CIC. har. resp. 17 vidi . . . quendam -antem, quem aiebant negare *eqs.* SALL. frg. Aur. Fronto p. 143, 20 v. d. H. (= p. 149 N.) multi -antium voculis in luco eloquentiae oblectantur. CVRT. 6, 11, 3 *Philotas commilitones procul relegari iussit,* ne . . . -antium inter se silentio verius quam sono excitaretur. 8, 3, 15 ut vocem loquentium potius quam gemitum -antium audires. PERS. 2, 9 *v. p. 1677, 9.* PETRON. 89, 25 *in equo Troiano* fremit . . . pubes intus et dum -at (-ant *var. l.*), roborea moles spirat alieno metu. SIL. 11, 280 strepitu . . . moventum *hominum* -at alta domus (*item transfertur ad loca resonantia*: Ps. CYPR. laud. mart. 20 *gehenna* magno plangentium -at gemitu. CARM. de resurr. 147 *angelis descendentibus* totus -at orbis, . . . terra . . . remugit). FRONTO p. 140, 4 v. d. H. (= p. 146 N.) neglegere . . . cultum orationis . . . hoc indicat . . . *te malle* -are potius et friguttire quam clangere. ITALA iud. 1, 14 (Lugd.) -bat et clamabat (*gr. ἐγόγγυζε καὶ ἔκραζε, Vulg.* cum suspirasset). Luc. 15, 2 (cod. a) -ti sunt Pharisaei . . . ₍dicentes₎, quare *eqs.* ([quod, quia, quoniam *var. ll.*]. *gr. διεγόγγυζον, cett. et* VVLG. -bant; *item* 19, 7, *ubi aeque* ₍₎ *deest in parte codd.*). Ioh. 6, 43 (cod. d) nolite -ari inter vos (*cett. et* VVLG. -are). AMM. 15, 8, 20 -ans querulis vocibus saepe audiebatur *eqs.* HIER. tract. in psalm. I p. 33, 1 (*ad 14, 3* opprobrium accepit) -tus est contra eum. AVG. civ. 2, 23 p. 86, 2 D. tamquam offensi abscesserint *dei pagani,* -atur (*pass. impers. ut* serm. 55, 5, 5). PELAG. in Phil. 2, 14 qui . . . -at de praeceptis (AVG. in euang. Ioh. 32, 9 c. Parm. 1, 16, 11. *al.*). MART. CAP. 9, 906 modulatione . . . leni parvaque voce qualibet dulcedine -antes. MARCELL. vita Fel. Nol. (BHL 2874) p. 946 prol. verba -antis infantiae. *al.* *de cogitatione* (*cf. p. 1680, 8sq.*): VVLG. Nah. 2, 7 ancillae . . . minabantur gementes ut columbae, -antes in cordibus suis (VITAE patr. 3, 29. BENED. reg. 5, 17 non solum ore, sed etiam in corde. *cf.* 5, 18 cor . . . -antem [-antis *var. l.*]).
2 *animalia* (*v. et l. 80. p. 1680, 10*): COLVM. 9, 8, 2 notabimus, an . . . vehemens sonus *apium* intus -antium exaudiatur (PLIN. nat. 11, 49). PLIN. nat. 10, 82 *sonus lusciniae* infuscatur . . . interdum et secum ipse -at *eqs.* AVG. serm. 64, 3, 4 *columbae* gemitibus amoris -ant (*cf. l. 48 et* CASSIOD. var. 8, 31, 2 canori turdi . . ., strepentes sturni . . ., -antes palumbi *eqs.*). GLOSS. Loewe, Glossae nom. 249 -ant ursi.

B *-ant res* (*v. et l. 30 sqq. 53*): **1** *variae*: PLAVT. Cas. 803 tibi amor pro cibo est, mihi ieiunitate iam dudum intestina -ant (*cf.* VARRO Men. 572 cum ventrem meum coerceam nec -ari patiar). CARM. Varro ling. 6, 67 -antia litora (*cf.* PRVD. cath. 7, 128 *Ionas eructatur a monstro ibi,* qua -anti fine [*i. litore*] fluctus frangitur. perist. 12, 32 *regio quaedam Romae* cānens olivā, -ans fluento). AVG. *p. 1676, 37.* HIL. *p. 1680, 4. 11.* **2** *aquae* (*cf. l. 60 sqq.*): CIC. Tusc. 5, 116 fremitum -antis maris (SEN. Tro. 201 placidum . . . fluctu -at leni mare. PLIN. nat. 18, 359 mare si tranquillum in portu cursitabit -bitque intra se *eqs. cf.* AVIEN. orb. terr. 184 inlisum -at aequor. CLAVD. 3, 70 -at . . . impacata quies pelagi). VERG. Aen. 10, 212 spumea semifero sub pectore *Tritonis natantis* -at unda (RVT. NAM. 2, 14 levi -at unda sono. PRISC. periheg. 798 gurgite miti . . . volvens se -at u. Caystri [*gr. 838 καχλάζοντος . . . ὕδωρ*]. SIDON. carm. 18, 5 garrula . . . -at u. *al. cf. p. 1680, 8*). SEN. Phaedr. 514 per flores novos fugiente dulcis -at rivo sonus (*cf.* TIBERIAN. carm. 1, 12 -bant . . . rivuli). STAT. silv. 2, 7, 98 -antis Hebri (*cf. l. 79*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 *fluvii paradisi* respirantes -ant, strepunt. *al.* **3** *instrumenta musica*: Ps. ORIG. tract. 8 p. 88, 22 ad tubarum -antium strepitum. CE 607, 5 (*e schedis*) -ant et chitari corde (*i. citharae chordae*) cum voce decores.

II *indicatur, quid dicatur:* **A** *acc.:* **1** *simpl.:* **a** *neutr. adi., pron.:* Ov. met. 11, 53 flebile nescio quid queritur lyra *Orphei,* flebile lingua -at exanimis, respondent flebile ripae *Hebri* (*cf.* PRVD. perist. 5, 417 lupus malignum -ans. EVAGR. sent. mon. 86 [Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 210] piger monachus -at multa. OROS. apol. 12, 4 scribae non intellegentes veritatem verum [*def. Svennung, Orosiana 179*] -ant et dicunt *eqs. v. et p. 1680, 15*). ITALA exod. 17, 2 (Ottob.) quid -amini adversus me? (*gr. λοιδορεῖσθε, Vulg.* iurgamini). Ioh. 7, 32 (cod. f = VVLG.) turbam -antem haec ([ista cod. q, *om. pron. cett.*]. AVG. in psalm. 33 serm. 2, 17 hoc -atis et hoc dicitis [OROS. hist. 1, 6, 3]. *cf.* serm. 361, 5, 5 ista). HIL. in psalm. 118 koph 3 p. 524, 5 labia tantum nostra sensu peregrinante quod nesciunt -ant (PRVD. perist. 9, 102 q. petebam, q. timebam -o. AVG. epist. 144, 3. *al.*). **b** *subst., pron.:* STAT. silv. 2, 1, 150 te *Meliorem* . . . videt *Glaucias moribundus* linguaque cadente -at *eqs.* (HIL. euang. 85 te *deum* venti strepitant, pelagi te -at unda. *cf.* PRVD. c. Symm. 1 praef. 36 *Paulus* Christum sub tacito pectore -at). APVL. apol. 47 magia . . . res est . . . noctibus vigilata et tenebris abstrusa et . . . carminibus -ta. VESPA 55 sua -et acta chelidon. HIL. gen. 179 tonitrua . . . -at aether. *in fig. etym.:* ITALA exod. 16, 8 (Aug. quaest. hept. 2, 59) murmurationem vestram, quam vos -atis adversum nos ([*gr. τὸν γογγυσμὸν . . ., ὃν . . . διαγογγύζετε,* VVLG. murmurationes . . ., quibus -ti estis]. num. 14, 27 [Lugd.]. *cf.* 17, 5 [Lugd. *al.*] m. . . ., quanta . . . -verunt [VVLG. querimonias . . ., quibus . . . -ant]). **2** *dupl.:* FERREOL. reg. 30 *abbas operetur sicut fratres,* ut, etsi otiosum quicumque dicere non audet, fastidiosum tacendo non -et.

B *enunt. secund.:* **1** quare *sim.:* ITALA *p. 1679, 37.* **2** (*acc. c.*) *inf.:* AVG. epist. 36, 18 cur, inquit *urbicus quidam,* sacrificium . . . -emus offerre . . .? mor. Manich. 2, 20, 74 -verunt sustineri mandata non posse (*cf.* CYPR. GALL. exod. 1137 vatem deesse suum . . . mordaci sub corde gemit nusquamque videri -at *populus*). **3** *interrog. obl.:* PROSP. c. coll. 7, 3 (*ad Luc. 19, 7; cf. p. 1679, 38*) cur . . . introisset (GREG. TVR. Franc. 4, 49 p. 186, 10). DRAC. Romul. 7, 139 quid sit factura Dione. VITA Caes. Arel. 2, 9 -atur ab omnibus . . ., unde essent . . . comessuri.

III *indicatur, quid reprehendatur* (*v. et l. 18*): APVL. flor. 16 p. 65 quidam tarditatem poetae -ari, plures defendere.

part. praes. plur. **murmurantēs** *pro subst. i. q. murmuratores* (*cf. distinctionem p. 1678, 18*): AVG. in psalm. 42, 8 a tristibus et a -bus. CAES. AREL. serm. 235, 6 ITIN. Anton. Plac. A (= B) 21. *v. et p. 1679, 24. 26.*

adv. **murmuranter.** GLOSS. IV 179, 45 submussim: -r vel (*om. a*) timide ([murmurantes timide *var. l., quam praefert Lindsay* GLOSS.[L] III Abol. sv 60]. V 514, 21).

deriv.: murmurabundus, murmuratio, murmurator, murmurillum, murmurium. *cf.* murmurillo.

compos.: ad-, commurmuro(r), de-, im-, ob-, re-, submurmuro. *cf.* contra -o HIER. epist. 51, 9, 2 (*Epiphan.*).

murmurōsus *v.* murmuriosus. *Halter.*

***mūro,** -āvī, -ātum, -āre. *a* murus, *ad vertendum gr. τειχίζειν, τετειχισμένος. cf.* munire *sim.* GLOSS. *κτίζω*: -o, aedifico. *v. et l. 70.* *legitur inde ab* ITALA *ap. ecclesiasticos, ceterum raro; usurpatur maxime p. p. p.* [*falso trad.* CIC. Att. 4, 16, 13 (7 Sj.) aditus insulae *Britanniae* esse -tos mirificis molibus (*pars codd.*; miratos, munitos *cett., cf. Tyrrell-Purser ad l.*). *contextu dubio*: INSCR. Tun. Merlin 1091 usque hic fecerunt -tu(m) *eqs.*]

i. q. muro cingere, firmare, τειχίζειν (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur*), *munire* (*cf. var. lect. l. 77 et variationem versionum l. 57. 58. 61. 65*): **1** *proprie:* **a** civitas -ta: ITALA lev. 25, 29 (Lugd.) in c. -ta (*syn.* in c., quae habet muros, *Vulg.* intra urbis muros; *cf.* HESYCH. *ad l.* p. 1123[B] intra muros . . . munitarum civitatum . . ., quaecumque autem in non -tis *eqs.*). num. 13, 20 (Lugd., *cf.* VVLG.) aut -tae (*gr. τειχήρεσιν*) aut sine muris. 13, 29 (Lugd., *cf.* VVLG. *l. 63*). 32, 17 (Lugd., Monac.; *cf.* VVLG.). deut. 1, 28 (Lucif. Athan. 1, 5 p. 72, 25; *Vulg.* munitae). II par. 11, 5 (Complut. *al., cf.* VVLG.). 14, 6 munitas et -tas (*gr. τειχήρεις, Vulg.* urbes munitas *tantum*). Ezech. 17, 4 (cod. 175, Ps. Aug. spec. 121 p. 663, 12; *Vulg. aliter*). VEG. mil. 3, 8 p. 82, 4. AMBR. in psalm. 47, 22 p. 359, 25 (*ad Vulg. Is. 49, 16* muri). HIER. in Ier. 2, 59, 2 (*ad Vulg. Ier. 8, 14* civitatem munitam). *al.* *in comparatione*: VEG. mil. 1, 21 *castra recte constituta* quasi -tam c. videantur secum ubique portare *milites.* *cf.* VVLG. num. 13, 29 urbes . . . -tas (32, 17 I reg. 6, 18 II par. 16, 4. 17, 12 [*Itala Complut. al. exhibent* civitates munitas]. RVFIN. Clement. 1, 31, 1. *al.*). *per ellipsin*: ITALA Ezech. 33, 27 (Sangall., Weing.) qui in -tis *sunt* (*gr. ἐν ταῖς τετειχισμέναις, Vulg.* in praesidiis; *cf.* HIER. in Ezech. 33, 23 p. 324[A] in -tis sive in praesidiis). HIER. in Am. 3, 6 p. 1067[D] Emath interpretatur 'murus' aut '-ta'. **b** *alia exempla*: SERV. Aen. 7, 631 'turrigerae Antemnae' bene -tae (*cf.* GLOSS. turritum: -tum, aedificatum). SCHOL. Stat. Theb. 7, 42 'cingitur' (*domus Martis*): -atur (*cf.* 7, 43 ab ea parte, qua -ta est). VEG. mil. 3, 8 p. 85, 18 sive . . . civitates . . . sive castella -ta. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 248 petram munitissimam . . ., cumque eam -are niterentur *eqs.*

2 *in imag. et translate* (*cf. l. 62; reflexive l. 76*): **a** *rebus incorporeis*: OPTAT. 6, 4 p. 152, 5 signis, quibus *mulieres* se . . . contra petitores . . . -verant (*var. l. det.* muniverant, *quam probat Ziwsa*). AVG. in psalm. 124, 5 *deus* -vit plebem suam munimento spirituali. serm. 294, 7, 7 ego infirmitatem meam his verbis (*Rom. 11, 33 sqq.*) munio et hac cautela circumseptus adversus sagittas ratiocinationum tuarum -tus assisto. EPIPHAN. in cant. p. 92 (*ad 8, 9* si murus est *eqs.*) ac si diceret, si per incredulitatem desolata non est *anima,* sed fide -ta fuerit *eqs.* **b** *rebus corporeis*: AVG. serm. 86, 7, 8 *avaritia* tibi monstratura est munitum locum, -tum cubiculum, arcam ferream. DRAC. laud.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dei 3, 706 (*de ossibus reviviscentibus, cf. Ezech. 37, 4 sqq.*) ordine -tum (mor- *trad., corr. Arevalo*) dentes cinxere palatum. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 1 p. 856B secura pugna est iaculatori sagittarum, cum protegentium tegitur -to agmine clipeorum; cum igitur scuto benignitatis patres me videor munientes *eqs.* Coripp. Ioh. 3, 210 ruptis tegitur gens ... saxis, vallibus et scissis -tus cingitur hostis.

compos.: circummuro.

? **murobathārius,** -ī *m. vox corrupta.* Plavt. Aul. 511 *inter opifices ad luxum muliebrem paratos* stant -i, ... diabathrarii *eqs.* (*'fort.* myrobaptarii *vel* malobathrarii' *Leo, alii alia*).

1. ***murra** *et* myrra, -ae *f.*, *μύρρα. de orig.*: Hier. tract. in psalm. I p. 74, 4 biberant -am, hoc est amaritudinem (*cf.* Apon. 3 p. 50 -a ... amara interpretatur *eqs.* Isid. orig. 17, 8, 4). *de scriptura*: mu- *e gr. μυ- veteres mutasse testatur* Prisc. gramm. II 36, 19. *cf.* Ps. Diosc. Vind. 3, 11 p. 18, 10 *μούρρα παναλε* (*Διάνε Wellmann coll. Ps. Apul. p. 1683, 3, v. et* Plin. nat. 12, 69 Dianitis). *in codd.* murr(h)-, myrr(h)- (*cf. l. 20. 21*), mirr(h)- *etiam per unam* r. Gloss. *μύρον* (*cf. l. 20*). *σμύρνα* (*ζμ-*). odoramenti genus. unguentum vel pigmentum. *al. legitur inde a* Tab. cens. *infra l. 53*, Plavto, Verg. [*confund. in codd. c.* myrum (Plin. nat. 13, 12 Hier. prol. gal. p. 10, 12. *cf. l. 18. 76*), myrta (Ciris *l. 59.* Colvm. *l. 70.* Plin. nat. 20, 249. 30, 140 Gloss. *falso trad.* -a: Plin. nat. 37, 174 Veg. mulom. 2, 115. 4, 4, 4. 9 Theod. Prisc. eup. faen. 80 Apic. exc. 3. *dubitamus l. 69. p. 1682, 40*). *ex interpr. artificiosa*: Firm. err. 27, 3 lignum dulcem saporem amarae -ae fontibus reddidit (*textu fort. corrupto spectat ad fontem q. e.* Mara *sim., item* Hier. epist. 22, 9, 2 Arnob. in psalm. 74 p. 431C. *cf. l. 12*). Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 192, 1 (*ad 5, 1* 'in amoyris' *i. ἐν ἀμύροις sec. vers. Symmachi ut vid.*) 'amoyrum' genus quoddam arboris ..., quod Latini putantes '-a' dictum 'unguenta' interpretati sunt.]

I *i. q. μύρρα, σμύρνα* (*cf. l. 18 et* Ps. Theod. Prisc. simpl. med. 122 smyrna, quae appellatur -a. Oribas. eup. 2, 1 S 18 p. 506. *ad rem cf. Steier, RE XVI 1134 sqq.*). *de -ae arboris natura, virtutibus, generibus al. fusius disputat* Plin. nat. 12, 66 sqq. ([*fere sec. Theophr. hist. plant. 9, 4, 2 sqq.*]. *inde* Sol. 33, 9 sq. Isid. orig. 17, 8, 4. *addas* Fvlg. myth. 3, 8). *genera a regionibus significantur etiam infra l. 56. 58.* Scrib. Larg. 90 troglodytis (94 Plin. nat. 6, 174. *al.*). 269 Amineae. *al.*; *a qualitatibus praeterea dicuntur* pinguis (*l. 58. 60.* Cels. 6, 7, 3A Scrib. Larg. 75), stacta (Scrib. Larg. 52. 125. *al. cf. Steier l. c. 1135 sqq. et* Itala exod. 30, 23 [Lugd.] flos -ae electae [Vvlg. primae -ae et electae]. Hier. epist. 65, 14, 2 stacten florem esse -ae. Vvlg. *l. 65.* Chiron 805 flos -ae quam optimae), secundaria (Pelagon. 491 [Veg. mulom. 3, 14, 2]), vera (Marcell. med. 8, 86), sicca (*ibid.* 18, 23). *al.*

A *de suco, qui ex inciso cortice -ae arboris manat, vel de oleo inde confecto* (*adhibetur fere sing.; plur. poeticus, fort. sub specie guttarum, l. 60. 61. p. 1682, 22; aliter, sc. de arboribus, p. 1682, 34. 37, de compluribus generibus -ae* Plin. nat. 21, 38 tura -aeque): **1** *respicitur usus* (*cf.* Apvl. apol. 32 si tus et casiam et -am ceterosque id genus odores funeri tantum emptos arbitreris, cum et medicamento parentur et sacrificio): **a** *ad cultum corporis, vestimentorum sim.* (*in imag. l. 64; de variis unguentis, quibus -a admiscetur, v.* Plin. nat. 13, 8. 10. 11. *al.*): Tab. cens. Varro ling. 6, 87 censor, scribae, magistratus -a unguentisque unguentur. Verg. Aen. 12, 100 semiviri Phrygis ... crines vibratos calido ferro -aque madentes ([*inde* Val. Fl. 8, 347 semiviri nec -a corpus Achivi, sed pice, sed flammis et olentes sulphure crines]. Prop. 1, 2, 3 Orontea c. perfundere -a. Ov. met. 3, 555 madidi -a c. *Bacchi. cf.* 5, 53 madidos -a ... capillos. Sen. Herc. O. 376 hirtam Sabaea marcidus -a comam). Ciris 438 non mihi iam pingui sudabunt tempora -a (mirta *R*). Ov. medic. 88 tus ubi miscueris ... nitro, ... modicum e -is pinguibus adde cubum. 91 profuit et marathos bene olentibus addere -is; quinque parent marathi scripula, -a novem. Itala psalm. 44, 9 (Veron. *al.* = Vvlg.) -a et gutta et casia a vestimentis tuis. Vvlg. prov. 7, 17 aspersi cubile meum -a et aloe et cinnamomo. cant. 1, 12 fasciculus -ae dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. 5, 5 manus meae stillaverunt -a, digiti mei pleni -a probatissima. *al.* **b** *ad potiones medicinales, pastillos, emplastra sim. conficienda*: Cels. 3, 16, 2 sorbere ... in aqua diluta piper, castoreum, laser, -am. 3, 21, 6 catapotia ... facta ex ... -ae tertia parte. 6, 6, 9A -am (murtam *Targa, fort. recte*) nigram cum rosae foliis miscere. *et saepe.* Colvm. 6, 5, 3 (myrti *dett.*). 6, 30, 9 -ae tritae quadrantem (Scrib. Larg. 75. 267. *cf.* Veg. mulom. 4, 3, 10 pulverem -ae). *et saepe.* Plin. nat. 20, 164 *et saepe. postea passim. in mixturis vi magica praeditis*: Plin. nat. 24, 164. 166. 28, 118. **c** *ad vinum condiendum* (*cf. p. 1683, 57 sqq.*): Colvm. 12, 20, 5 ad praedictum ... modum musti adici debent ii odores: ... -ae quincunx. Plin. nat. 14, 92 lautissima apud priscos vina erant -ae (myre *vel* miro *codd.*) odore condita (*deinde designatur locus Plauti, fort. Persa 87; quae seq. v. p. 1683, 76. huc spectat* 14, 107 aromatiten ... invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo ex -a, ut diximus, mox ex nardo Celtico *eqs.*). *cf.* Plin. nat. 14, 134 oportere ... abstersa *dolia* -a suffiri ipsasque saepius cellas. **d** *ad corpora mortuorum servanda*: Ov. met. 15, 399 *Phoenix avis moribunda nidum sibi faciens* cum fulva substravit cinnama -a (*cf.* Mela 3, 84 ossa pristini corporis inclusa -a. Tac. ann. 6, 28, 5 sublato -ae pondere. Lact. Phoen. 88. 119). Mart. 10, 97, 2 -am et casiam flebilis uxor emit *eqs.* 11, 54, 1 unguenta et casias et olentem funera -am turaque de medio ... rogo ... redde. Itala Ioh. 19, 39 (cod. b *al.* = Vvlg.) *Nicodemus* ferens mixturam -ae et aloin. Prvd. cath. 10, 51 aspersa ... -a Sabaeo corpus medicamine servat. Act. Petr. 40 p. 101, 1 -a ... implens sarchofagum. *al. allegorice ap. Christianos*: Ps. Mar. Victorin. phys. 22 (*ad* Matth. 2, 11 *v. l. 27*) tus ... obtulerunt *magi* ut deo, aurum ut regi, -am ut passuro (Hil. in Matth. 1, 5 p. 923A in -a hominem confitendo. Leo M. serm. 31, 2 p. 236B -am homini ... offerunt. *aliter* Ps. Avg. serm. ed. Mai 111, 3 -a caritas est; sicut enim -a bene condit et tegit corpora mortuorum, sic et peccatorum multitudinem cooperit caritas *eqs.* Max. Tavr. serm. 61C, 3 M. -am quasi ad resurgendum ...; -a designatur incorruptibilitas). Ambr. bon. mort. 5, 20 p. 722, 8 (*ad* Vvlg. cant. 5, 1 messui -am meam) -a ... sepultura est mortuorum (Cain et Ab. 1, 5, 19 p. 356, 12 *ad eundem l.*: -am, hoc est Christi sepulturam). Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 170, 6 (*ad* psalm. 44, 9 *v. p. 1681, 62*) -a ... mortis ... indicium (*eodem spectant* Evcher. form. 9 p. 54, 1 Cassiod. in psalm. 44, 9). *cf. p. 1683, 38.*

2 *exempla generalia*: Plavt. Asin. 929 anima fetetne uxoris tuae? :: -am olet (Mart. 2, 12, 1 olent tua basia -am). Ov. met. 10, 501 est honor et lacrimis *Myrrhae in arborem mutatae* stillataque cortice -a nomen erile tenet (*cf.* fast. 1, 339 lacrimatas cortice -as. Avien. orb. terr. 1112 prorumpit lacrimoso stipite -a, Myrrha furor quondam Cinyreius. Symph. 157 tit. -a: de lacrimis et pro lacrimis mea coepit origo). Vitr. 8, 3, 13 -ae glaebulae (*cf.* Plin. nat. 12, 70 minutis glaebis nec rotundis). Plin. nat. 12, 51 principialia ... in illa *Arabia* tus atque -a. Itala Matth. 2, 11 (cod. a *al.* = Vvlg.) *magi* obtulerunt ei *Christo infanti* munera aurum, tus et -a⟨m⟩ (smyrnam *cod. d; cf. l. 6 sqq.*). *al. in comparationibus*: Plin. nat. 27, 85 *glycysidis* feminae folia -am redolent (37, 139 antachates, quae, cum uritur, -am redolet). 37, 145 *gemma* aromatitis ... -ae coloris et odoris (*cf.* 37, 174 *p. 1684, 51*). *v. etiam l. 51 sqq.*

B *de arbore ipsa* (*cf. infra l. 72. 74. p. 1681, 33*): Ov. met. 4, 393 redolent (et olent *var. l.*) -aeque crocique. 10, 310 tura ferat floresque alios Panchaia tellus, dum ferat et -am; tanti nova non fuit arbor *propter scelus Myrrhae.* Plin. nat. 12, 81 cibos ... Sabaei coquunt turis ligno, alii -ae. Plac. med. 25, 1 rec. *β* cum ... -ae folio. Sidon. carm. 2, 415 malobathrum, -as ... parturiunt campi. Apon. 3 p. 50 (*ad* cant. 1, 12 *p. 1681, 64*) arbor ... -ae. Cassiod. Ios. antiq. 3, 245 ramos -ae (*gr. μυρσίνης. desideratur* myrtae).

II *i. q. myrris* (*gr. μυρρίς, Scandix odorata L., v. Steier l. c. 1135*): Plin. nat. 24, 154 myrris (miris *X*), quam alii myrrizan (myrizam *codd. plerique*, symyrrhi- *vel* smiry- *EX*), alii -am (myran *sim. codd.*) vocant, simillima est cicutae caule foliisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuavis (*cf.* 1, 24, 97 *medicinae e* myrride sive -a sive myriza). Diosc. 4, 111 p. 55, 22 miris aut -a dicitur; foliis et hastis similis conio est, radix oblonga et mollis et odorata, apta ad edendum *eqs.* (*gr. 4, 115 μυρρίς, οἱ δὲ μύρραν καλοῦσι κτλ.*).

? **III** *i. q. smyrnium holusatrum L.* (*vix de arbore sub I descripta; cf. Steier l. c. 1138. André, Lexique des termes de botanique 215 necnon* Plin. nat. 19, 162 sucum eius *holusatri* qui colligunt, -ae saporem habere dicunt auctorque est Theophrastus [*hist. plant. 9, 1, 4*] -a sata natum): Colvm. 3, 8, 4 compluribus locis urbis iam casiam ... conspicimus, iam turearn plantam florentesque hortos -a et croco (*sed cf. l. 34*). 10, 173 lacrimas imitata tuas, Cinyreia virgo, sed melior stactis ponatur Achaia -a. Gloss. -a (*trad. fere* murta): smirnus *sim.*

deriv.: murracius, murratus, 1. murreus, 1. murrinus.

cf. smyrna *et* murrites *necnon* 1. muraria, 1. muriola, murraria (*?*) *et Onom. s. v.* Myrrha.

2. murra, -ae *f.* [*cf. c. gr. μορρία, μόρρια 'vasa murrina' originis Asiaticae. J. B. H.*] Gloss. II 429, 53 *σάρδιον τὸ ψηφίον* (*cf.* III 324, 33).

genus lapidis, vasis murrinis fabricandis aptum (*vocem cum* 1. murra *coniungunt antiqui l. 73. 74 et fort. p. 1684, 36, prudentius Whittick, JRS 42, 1952, 66 sq. et inde Gross, RE VIII A, 432 sqq. lapides ab operariis suco illo unctos esse dicentes, cf. l. 68; sed* maculosa *l. 67 vocabula diversa esse probat*): **1** *de materia*: Mart. 10, 80, 1 maculosae (*cf. p. 1684, 29*) pocula -ae. Schol. Iuv. 6, 156 'murrina': pocula de -a tincta facta (t. vel f. *Σ*). **2** *de poculis murrinis* (*metonymice, in poesi; cf. derivata*): Lvcan. 4, 380 non erigit aegros nobilis ... Bacchus, non auro -aque (gemmaque *var. l.*) bibunt, sed gurgite puro vita redit ([Adnot.: -a genus ligni, quod dat odores, ut Vergilius *p. 1681, 54*; hic ergo '-am' poculi genus accipimus de hoc ligno facti. Comment.: murrinis vasis; et '-am' alii exponunt gemmam, alii genus ligni, unde fiunt pocula odorata; Vergilius *l. c.*]. Mart. 4, 85, 1 nos bibimus vitro, tu -a ..., prodat perspicuus ne duo vina calix). Stat. silv. 3, 4, 58 pocula magno prima duci -asque graves crystallaque portat *Earinus.* Mart. 14, 113 ('murrina') si caldum potas, ardenti -a Falerno convenit et melior fit sapor inde mero.

deriv.: 2. murreus, 2. murrinus.

murrācius, -a, -um. *a* 1. murra, *cf.* moracius *sim. i. q. ad murram pertinens, e murra confectus*: Ps. Theod. Prisc. add. p. 340, 16 sanguinem menstrualem provocat nitrum et farina munda ex oleo -o (mirracio, mirtino *var. ll.*).

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

murrāria, -ae *f. orig. inc., vix a* 1. murra. *nomen herbae* (*cf. Wellmann, Hermes 33, 1898, 404*): Ps. Apvl. herb. 25 l. 17 a Graecis dicitur camellea, . . . Itali labrum Veneris, . . . alii -a (morr-, mura- *var. ll.; de eadem herba agit Ps. Diosc. Vind. 3, 11 p. 18, 10, v. p. 1681, 15*).

murrātus *et* myrrātus, -a, -um. *a* 1. murra, *cf.* 1. murreus, 1. murrinus. *de notione*: Pavl. Fest. p. 144 (*v. infra l. 66 sqq.*) *murrina vocatur etiam* -um vinum (Gloss.^{L} I Ansil. mv 273 -um v.: amarum, id est cum felle mixtum. *cf. l. 14 sqq. 70*).

1 *de potionibus, i. q. cum murra mixtus* (*cf. Blümner, Privatalterthümer 203 et* 1. murrinus; *per imag. l. 16*): Fest. p. 158 (*e Varrone*) -a potione usos antiquos indicio est, quod etiam nunc aediles per supplicationes dis addunt ad pulvinaria, et quod XII tabulis (*10, 6*) cavetur, ne mortuo indatur. Itala Marc. 15, 23 (cod. c *al.* = Vvlg.) dederunt ei *Christo* bibere -um (*gr. ἐσμυρνισμένον*) vinum et non accepit ([vinum mixtum cum murra *cod. n, sim. k*; murram cum vino *cod. d*]. Hier. in Matth. 27, 48 usque hodie Iudaei . . . dant ei v. -um, ut eum consopiant *eqs.* Rvfin. symb. 26 p. 363^{A} v. -o, quod est amarius felle. Avg. cons. euang. 3, 11, 38 [*ad l. c. et Matth. 27, 34*] fel . . . pro amaritudine posuit *Matthaeus*, et -um enim v. amarissimum est, quamquam fieri possit, ut et felle et murra v. amarissimum redderent. *cf. l. 8*).

2 *de hominibus, i. q. murra unctus*: Sidon. epist. 8, 3, 5 inter satrapas . . . -os, pumicatos, malobathratos.

? **murret** lenitur (*i.* leniter) distillat Gloss.^{L} I Ansil. mv 282. *obscurum; 'vix* murmurat (*Aen. 10, 212?*)' *Lindsay.*

murrētum *v.* myrtetum.

1. murreus *et* myrreus, -a, -um. *a* 1. murra, *cf.* murratus, 1. murrinus. *fort. huc pertinet* Gloss.^{L} I Ansil. mi 169 mirreus : amarus (*ad* Italam *l. 14 dubitanter revocant edd.*).

i. q. ad murram pertinens: **1** *c. respectu coloris murrae fere i. q. fulvus* (*cf. p. 1681, 83 et* myrteus *p. 1748, 70*): Hor. carm. 3, 14, 22 dic . . . properet Neaerae -um nodo cohibere crinem (Porph.: colorem -um in crinibus hodieque dicunt, qui medius est inter flavum et nigrum. Schol.: aut murra perfusum aut inter flavum et nigrum vel -i coloris). Prop. 3, 10, 22 crocino nares -us ungat (*i. iucunde afficiat*) onyx (*vix ad* 2. murreus). **2** *de dono murrae a magis oblato* (*cf. p. 1682, 28*): Prvd. apoth. 646 tus, aurum, -a dona. cath. 12, 71 -us pulvis sepulcrum praedocet (*ad interpr. allegoricam v. p. 1682, 6 sqq.*).

2. murreus, -a, -um. *a* 2. murra, *cf.* 2. murrinus. *i. q. e murra lapide confectus, de vasis murrinis vulgo dictis*: Prop. 4, 5, 26 (*inter res pretiosas peregre advectas*) -a . . . in Parthis pocula cocta focis (Sen. benef. 7, 9, 3. epist. 119, 3 utrum sit aureum p. an crustallinum an -um . . ., nihil refert). Iavol. dig. 33, 10, 11 (*e Labeone*) vasa aenea . . .; -a autem vasa et vitrea, quae ad usum edendi et bibendi causa parata essent, in supellectili dicuntur esse (Plin. Val. 1, 50 vas lapideum vel -um).

? **murricidus** *v.* muricidus.

1. murrinus *et* myrrinus, -a, -um. *a* 1. murra, *cf.* murratus, 1. murreus *et gr. μύρρινος 'ad myrtum pertinens', σμύρνινος. forsitan primaria fuerit forma* -a *pro subst. (masc. ? v. l. 77) ad redd. gr. μυρ(ρ)ίνης.* murr- *testatur ex. gr.* Plavti *codex A utroque loco,* myr(r)- *inscr. p. 1684, 4. 5. de notione v. l. 59 sqq.* [*var. l. pro* myrt-: Vvlg. Esth. 2, 12 (smyrn- *Itala p. 40, 14 Motzo sec. gr.*). *parum constat de* Gloss.^{L} II Philox. mv 39 morinum: *σμῆγμα ἀπὸ φύλλων συκα⟨μ⟩ίνων γινόμενον.* Gloss. II 247, 7 *ἀρωμάτιον* murina.]

i. q. ad murram pertinens (*obversari videntur etiam myrum et myrtus*): **1** *de vino condito*: **a** *forma prisca* -a, -ae (*suppleri potest 'potio' sim., sed v. l. 50*; vinum -a *l. 78, de uva l. 68*): *testimonia*: Varro frg. Non. p. 551, 17 antiquae mulieres maiores natu bibebant loram aut sapam aut defretum aut passum ⟨aut muriolam⟩, quam -am quidem Plautus (*l. 74*) appellare solet ([*suppl. Buecheler, Kl. Schr. I 193; cf. Wessner, Hermes 41, 1906, 461 sqq.*]. *sim.* Gell. 10, 23, 2 loream, passum, -am et quae id genus sapiant potu dulcia. *cf.* Varro frg. Non. p. 551, 10 [*nisi lemmata turbata sunt*] -a [murmurina *trad.*] loram dicebant in vindemia, cum expressissent acinis mustum *eqs.*). Pavl. Fest. p. 144 '-a' genus potionis, quae graece dicitur *νέκταρ*. hanc mulieres vocabant muriolam; quidam murratum vinum; quidam id dici putant ex uvae genere -ae nomine (*inde* Gloss.^{L} V Aa m 656 -a [myrrida *trad.*, marrina *ibid.* Abba ma 105]: divina potio . . ., id est vinum murratum. *al.*). Non. p. 551, 7 -a: potio confecta (*affert* Varronem *l. 75*). Gloss.^{L} IV Ps. Plac. m 15 -am: vinum murra conditum (*cf. p. 1681, 76*). *exempla*: Plavt. Pseud. 741 (*in imag. de sermone*) si opus sit, ut dulce promat indidem (*sc. de pectore*), ecquid habet? :: rogas? -am, passum, defrutum, mellam, mel quoivismodi (*afferunt hunc locum praeter grammaticos* Varro Men. 40. Plin. nat. 14, 93 [*sec. Scaevolam, L. Aelium, Capitonem*] *qui addit*: quibus apparet non inter vina modo -am, sed inter dulcia quoque nominatum). Achar. frg. 2 (Plin. *l. c.* 92) panem et polentam, vinum -am (frg. inc. 24 [*ibid.*] v. pulchrum -am). **b** *forma recentior*: Fvlg. myth. 3, 8 ('fabula Mirrae et Adonis') *sucus murrae fervidissimus ad incitandum amorem est*, unde et Petronius Arbiter (frg. 7; *narrare vid. Encolpius*) ad libidinis concitamentum -um se poculum (*aliter p. 1684, 42*) bibisse refert; nam et Sutrius comediarum scriptor introducit Gliconem meretricem dicentem: '-um mihi adfers, quo virilibus armis occursem fortiuscula'.

2 *de odore vel unguento* (*per ellipsin* -um *sc.* '*unguentum' l. 4. 5?*): Plavt. Poen. 1179 Arabus (*teste Charisio,* ara⟨b⟩u⟨s⟩ *A*, arabius *P*; aras tus *Leo, qui adnotat* 'odor *ad utrumque adi. pertinet'*), -us, omnis odor complebat. CIL V suppl. ital. 1090, 1^{b} (*in supellectili*) myrini p(ondo*?*). 1090, 4^{b} (*item*) myrrin⟨i⟩ p(ondo*?*). *fort. huc pertinet* Ps. Cypr. cena 61 accepit . . . Aaron -am *vestem cenatoriam* (*exod. 30, 23. 30 dubitanter affert Strecker ad l.*).

cf. Onom. et smyrninus.

2. murrinus, -a, -um. *a* 2. murra, *cf.* 1. murrinus *et gr. μούρρινα, μουρρίνη (μορρ-); prius est* 2. murreus. *scrib. etiam* myrr(h)- *sec.* 1. murrinus (*cf. l. 36*).

i. q. e murra lapide confectus, de vasis, poculis sim. (*ad rem v. quae p. 1682, 63 sqq. adnotavimus; fusius de origine, specie, pretio* Plin. nat. 37, 18 sqq.): **1** *usu subst.*: **a** *neutr.* -um, -ī (*subauditur 'vas', 'poculum' sim., fere plur.*): Sen. epist. 123, 7 qui *muli* cristallina et -a et caelata . . . portent (*alia v. vol. IV 1262, 33 sqq.; adde* Mart. 9, 59, 14 turbata brevi questus c. vitro -a signavit . . . decem). Plin. nat. 35, 163 eo pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent quam -a. 36, 198 *vitrum* fit et album et -a (-am *var. l.*, -um *vulg.*) aut hyacinthos sappirosque imitatum. 37, 18 victoria *Pompei a. 63 parta* primum in urbem -a (-am *L*) invexit . . .; -o $\overline{\text{LXX}}$ hs empto, capaci . . . calice . . .; neque est hodie -i (-ae F^{1}) alterius praestantior indicatura. 37, 21 Oriens -a (-am *var. l.*) mittit; inveniuntur (*i. invenitur materia, e qua conficiuntur*) ibi pluribus locis . . ., maxime Parthici regni, praecipua tamen in Carmania; umorem sub terra putant calore densari; amplitudine *eqs.* (*cf. l. 34*). 37, 204 maximum est pretium . . . extra tellurem *nascentium* crystallis, intra . . . gemmis, -is. Mart. 3, 26, 2 aurea solus habes, -a solus habes. 11, 70, 8 vende argentum, mensas, -a *eqs.* 13, 110, 1 nec -a picta nec aurum sume. 14, 113 tit. -a (*cf. p. 1682, 78*). Ivv. 7, 133 empturus pueros, argentum, -a, villas. Lampr. Heliog. 32, 2 in -is et onychis minxit. Sidon. carm. 11, 21 -a (*vix fem.*), sardonyches, amethystus . . . attollunt duplices argenti cardine valvas. **b** *fem.* -a, -ae (*ex falsa var. lect.* Plin. *l. 23, subaud. fort. 'gemma'; vix huc trahas l. 31*): Isid. orig. 16, 12, 6 -a apud Parthos gignitur, sed praecipua in Carmania; humorem sub terra putant calore densatum, unde et nomen sumpsit (*miro veriloquio, fort. obversante* 1. murra).

2 *usu adi.*: Plin. nat. 35, 158 non -is crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpulis. 37, 20 *Petronius* trullam -am hs $\overline{\text{CCC}}$ emptam fregit. Svet. Aug. 71, 1 -um calicem (Capitol. Ver. 5, 3 c. . . . -os et crystallinos Alexandrinos). Vlp. dig. 34, 2, 19, 19 -a . . . vasa in gemmis non esse Cassius scribit (Comment. Lucan. 4, 380 *v. p. 1682, 74*). Capitol. Aur. 17, 4 aurea pocula et cristallina et -a (*inde* Ps. Avr. Vict. epit. 16, 9 Evtr. 8, 13, 2. *aliter p. 1683, 82*).

murrio, -īre. *vox onomatopoeica, cf.* mintrire, 2. munire. Gloss. V 604, 33 -ire clamare, proprie murium. [*vix huc pertinet* Gloss.^{L} II Abav. mv 26 murivit ('mut- *?*' *Lindsay*): significavit.]

murriola *v.* 1. muriola.

(murrītēs), myrrītēs (-is), *acc.* -ēn *m.* (*f.*), *μυρρίτης. nom.* -is *codd. Plinii* (-es *h* 37, 174), *sed obstant expilatores; ceterum scrib. fere* my-, *iuxta* murra *vel* myrrha. *genus gemmae a murrae suco dictum*: Plin. nat. 37, 174 (*cf.* 1, 37, 63) -is murrae colorem habet faciemque minime gemmae, odorem unguenti, attrita etiam nardi. Sol. 37, 10 -es Parthis familiaris est; hunc si visu aestimes, myrrhae colore est *eqs.* Prisc. periheg. 984 *memorem* -en . . ., bonum nardi cum reddat odorem? Isid. orig. 16, 7, 14 -es dicta est, quod in ea myrrhae color est *eqs.*

mursētum *v.* myrtetum. **murt-** *v.* myrt-.

[murturias *vix recte trad.* Cass. Fel. 61 p. 150, 8 (*v. vol. V 2, 393, 79*).] *Baer.*

1. mūrum *v.* murus. **2. murum** *v.* myrum.

***mūrus,** -ī *m. de orig. v. Walde-Hofmann³ II 132; a* munire *derivant* Varro ling. 5, 141 Isid. orig. 15, 2, 18. *de script. et formis:* mur- *passim, etiam in titulis vetustis* (*c. apice* CIL I² 679 *a. 104*). moer- (*cf.* moenia *et v.* Prob. inst. gramm. IV 119, 13 'murorum' et 'moerorum'): CIL I² 770 (*a. 51; ibid.* coeraver.). 1216 (= CE 58, 6). *in libris probatur his locis* (*v. app. crit.*): Sacr. Arg. Varro ling. 5, 50 Tab. cens. *ibid.* 6, 87 Enn. ann. 419. Cato *p. 1685, 36* (moeniis *var. l.*). Acc. trag. 348 Trag. inc. 69. Lvcr. 4, 220 -orum (6, 926. Verg. Aen. 10, 24 aggeribus -orum [Serv.: 'moerorum' pro 'murorum' antique. 10, 144. 11, 382]. *ceterum ap.* Verg. murorum *traditur ter, de* Lvcr. *v. p. 1685, 2*). Varro ling. 5, 141 (*iuxta* moenia, *in veriloquio*). Diff. ed. Beck p. 76, 23 (*in veriloquio vocis q. e.* pomerium). moir-: CIL I² 1491 (*?*). 1722 *bis* (*ibid.* munic., coiraverunt). *abbreviatur vel notatur* muru(m) (*p. 1686, 42.* CIL XV 7172), mur (CIL I² 758 *a. 57.* 2673. *al.*), *?* m (CIL XI 6308). *cf.* Not. Tir. *l. 77. neutr.* (*pl. sec.* moenia): Chron. Alex. chron. I p. 117, 241 -a (p. 119, 252. 256. 129, 313 Gloss.^{L} V Aa a 1200). Not. Tir. 100, 76 -um (*v. Heraeus, ALL 12, 1902, 88 et cf. Onom.*). *? acc. pl.* -us *sec. decl. quartam* (*var. l.* -os): Itin. Burdig. p. 597, 3 Iord. Get. 219. *de notione et differentiis* (*cf.* moenia *p. 1326, 23. al.*): Isid. diff. 1, 606 non quod -us etiam vallum; nam utique quod vallum -us est. Synon. Cic. p. 420, 16. 433, 30. Gloss. *τεῖχος. legitur in formulis priscis p. 1685, 22 sqq. et inde a* Plavto, Enn., Catone; -us *et* moenia (m.) *promiscue adhibent* Cic., Sall., Verg., Hor., Prop., Liv. *al., plus minus praeferunt illud ex. gr.* Caes. (m. *de-*

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est in locut. praepos.), VARRO (m. *nonnisi p. 1684, 71*), NEP., CVRT., PLIN. nat., *hoc ex. gr.* CATVLL., LVCR. (moerorum *dactylis aptum bis, v. p. 1687, 65; ceterum* m.), OV., MANIL., VAL. MAX. [*dalm.* mor, *it.* muro, *sard. centr. et mer.* muru, *raet. occ.* mür, *raet. or.* mur, *francog., prov., cat.* mur, *hisp., port.* muro. *cf. M.-L. 5764. Battisti-Alessio IV 2533. Wagner II 142. Corominas III 481 sq. Machado II 1556 sq. G.*] [*dub. vel falso trad.*: BELL. Hisp. 16, 2 PLIN. nat. 28, 262 AMM. 22, 2, 3.]

i. q. τεῖχος, **moenia** (*fere per sing., sed maxime notione sub I A 1 a illustrata etiam pluraliter, v. l. 17; iuxta ponitur vox q. e.* moenia *variandi gratia l. 44. 48. 58. 72. al., significans ipsum oppidum vel tecta p. 1686, 8 sqq. et 60, propugnaculum p. 1686, 57; in graecis respondet* τεῖχος, *nisi alia adnotantur*): **I** *proprie de manu factis*: **A** *usu sollemni*: **1** *strictius significantur vel intellegenda esse videntur munimenta lapidibus exstructa*: **a** *oppidorum, arcium sim.* (*cf.* FRONTIN. [?] strat. 4, 1, 14 [*de castris muniendis*] cum solos urbium -os nosset antiquitas; *accedit* oppidi *sim. p. 1686, 1 sqq.*): *α vi generali* (*plur. de singulorum oppidorum -o adamatur a poetis, ap. prosae scriptores ante* CAES. civ. [*v. Klotz, Cäsarstud. 168*], NEP., LIV. *praeter l. 21 sqq. vix solitus nisi in oratione grandiore velut* CIC. *p. 1686, 6. 7, omnino repudiatus a* CAES. Gall. [*v. Klotz l. c. adn. 2*], BELL. Alex. Hisp., SALL. Catil. Iug., VITR.): Ⓘ *locutiones praepositionales* (*cf.* moenia *p. 1331, 40 sqq.*): SACR. Arg. Varro ling. 5, 50 (*de Oppio monte*) secundum -um. TAB. cens. *ibid.* 6, 87 (*cf.* COMMENT. quaestor. *ibid.* 6, 91) de -is . . . vocat *praeco* (ENN. ann. 296. scaen. 82 Hectoris natum de Troiano -o iactari [*sing. ut* GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3. *al.*]. *et saepius*). COMMENT. quaestor. *ibid.* 6, 92 (*cf.* VARRO *l. c.* 6, 90. 93. 94) circum . . . -os *classicus canat* (SALL. Iug. 37, 4 -um. VERG. Aen. 1, 483 c. Iliacos raptaverat Hectora -os . . . Achilles. *al. cf.* LIV. 3, 17, 12 circa portas -osque [10, 17, 10 *et saepius*. PHAEDR. 4, 24, 15 -um. *al.*]). LIB. de auspic. Gell. 13, 14, 1 pomerium est locus . . . pone -os (post -um VARRO ling. 5, 143 LIV. 1, 44, 5). PLAVT. Aul. 674 extra -um (ENN. ann. 399 aut intra -os aut e. [*plur. ut* LIV. 25, 40, 8. *al.*]. CAES. civ. 1, 27, 4. *al.*). Bacch. 24 intra -os civicos (ENN. *l. 32.* CIC. Phil. 3, 13 ad Brut. 1, 18 [9, 26 Sj.], 2 VARRO Men. 574 *v. p. 1687, 45.* ling. 5, 164. rust. 2 praef. 3 -um [LIV. 34, 28, 8. 38, 7, 7 VITR. 1, 6, 1. *al.*]. *et saepe, maxime ap.* LIV.). CATO dict. 46 adn. (Plin. nat. 15, 75) prope a -is (OV. met. 11, 277 haud procul a -is. VITR. 2, 9, 15 longius a -o. *al.*). SISENNA hist. 80 in -o (81 CAES. Gall. 2, 6, 3 *et saepius.* civ. 1, 17, 3 -is [2, 16, 2. 3, 105, 4 SALL. hist. frg. inc. 9. *al.*]. *al.*). CIC. inv. 2, 123 prope -os (VARRO ling. 6, 15 -um). Manil. 55 sine -o *Delos* (NEP. Ages. 6, 1 -is [LIV. 39, 37, 5. *al.*]. LIV. 34, 38, 2. *al.*). Scaur. 4 (*cf.* Tusc. 1, 84) ex . . . -o (CAES. Gall. 2, 13, 3 *et saepius.* SALL. hist. frg. 2, 106 -is [VERG. Aen. 10, 263 LIV. 3, 68, 2. *al.*]. LIV. 4, 34, 1 [*antea*: in -os]. *al.*). de orat. 2, 100 in -um (CAES. Gall. 2, 6, 2 [*antea*: moenibus]. *al.* SALL. hist. frg. 1, 126 [*cf.* Serv. Aen. 9, 555 per -os]. VERG. Aen. 2, 46 -os [11, 468 LIV. 2, 17, 5. *al.*]. LIV. 25, 23, 17. *al.*). CATVLL. 68, 86 si miles (*i. Protesilaus*) -os isset ad Iliacos (CAES. Gall. 7, 46, 3 -um [civ. 2, 10, 1. *al.*]. VERG. Aen. 11, 506 ad -os subsiste et moenia serva. *al.*). *et saepius.* Ⓘ *iuncturae verbales potiores*: -um (-os): *facere sim.* (*cf. p. 1686, 42 et* moenia *p. 1330, 32 sqq.*): ENN. ann. 617 -um fieri (CATO orig. 18 adn. faciat [*de verbis vix constat*]. *et passim*). NEP. Them. 6, 4 -os instrui (strui *pars edd., sed v. p. 1686, 1 et vol. VII 1, 2015, 37. cf.* PANEG. in Mess. 174 structis [VITR. 8, 3, 8 latere testaceo. *al.*]. LIV. 39, 37, 2 exstructi [*v. vol. V 2, 1939, 66*]. VVLG. I Macc. 10, 45 construendos). VERG. Aen. 1, 423 ducere -os ([*v. vol. V 1, 2151, 70*]. HOR. carm. 4, 6, 24 LIV. 1, 44, 4. *al. cf. p. 1686, 56 et* COMM. instr. 1, 10, 4 eduxit [1, 11, 4]). 3, 132 molior. 5, 631 iacere. OV. met. 11, 204 aedificat (*v. vol. I 925, 30*). Pont. 1, 3, 78 liquit . . . Sidonia moenia Cadmus, poneret ut -os in meliore loco (SEN. Med. 370 urbes -os terra posuere nova. VVLG. Is. 26, 1). LAVS Pis. 91 condidit (CHRON. Alex. chron. I p. 117, 241). STAT. Theb. 2, 454 agat. FIRM. err. 12, 8 fabricatorum -orum. *destruere, ferire sim.* (*cf. p. 1686, 9 et* moenia *p. 1330, 21 sqq.*): ACC. trag. 348 disicit (*v. vol. V 1, 1382, 8. cf.* LIV. 8, 14, 5 deiecti [VITR. 10, 13, 2. *al.*]). SISENNA hist. 87 qua -us erat interruptus (*v. vol. VII 1, 2273, 25. cf.* PLIN. nat. 16, 12 rumpit [16, 144 SIL. 12, 180. *al.*]. ITALA I Macc. 1, 31 [rec. B] disrupit). CIC. off. 1, 35 quamvis -um aries percusserit (*cf.* LIV. 33, 17, 9 decussi [37, 6, 1]. SEN. contr. exc. 5, 5, 3 discutiunt [LVCAN. 9, 490; de- *G*]). CAES. Gall. 2, 6, 2 subruunt (LIV. 21, 11, 8. *al. cf.* NEP. Con. 4, 5 dirutos [*v. vol. V 1, 1267, 20*]). SALL. Iug. 76, 6 -um arietibus feriri (*v. vol. VI 1, 514, 41*). VERG. Aen. 2, 610 quatit (LIV. 24, 34, 7. *al. cf.* SEN. epist. 94, 61 quassent). 12, 706 qui . . . alta tenebant moenia quique imos pulsabant ariete -os (PROP. 4, 10, 33 OV. Pont. 3, 1, 25. 4, 14, 28 VITR. 10, 13, 1. *al.*). OV. Pont. 2, 1, 37 versos. LIV. 1, 29, 2 stratis . . . ariete -is (31, 46, 16. *al.*). SEN. Herc. O. 162 propulit (*cf.* LVCAN. 6, 280 inpulsos [*v. vol. VII 1, 539, 5*]). LVCAN. 1, 383 in planum effundere. SIL. 3, 213 convulsis . . . -is. 5, 553 resolvere -os ariete (12, 495). 10, 603 -os fregerit (TERT. pall. 1, 3. *cf.* TAC. hist. 3, 20, 3 perfringere). *al.* Ⓘ *exempla varia*: PLAVT. Persa 553 munitum . . . -o . . . oppidum (559 urbs munita -o . . . simplici [*iocose opp.* 560 centumplex -us]. CAES. Gall. 2, 29, 3 [*de oppido Atuatucorum*] locum duplici altissimo -o munierant. *al.*). ENN. ann. 97 -o fretus *Romulus* magis quamde manus vi. 184 -os urbemque forumque excubiis curant. *al.* LVCIL. 8 -os servare (*5* urbem). HEMINA hist. 38. SISENNA hist. 79 humilem caementis instructum oppidi -um (CAES. Gall. 7, 46, 1. *al.* HIRT. Gall. 8, 41, 1 CIL I² 788. *al. cf.* CIC. nat. deor. 3, 94 urbis [*infra*: moenibus. VERG. Aen. 12, 690 HOR. ars 209. *al.*]. VAL. MAX. 3, 7 ext. 8 patriae [PLIN. nat. 29, 9 -is p. moenibusque aliis. SIL. 17, 200]. TAC. hist. 4, 65, 1 civitatis [TERT. adv. Iud. 4, 8. 9. *al.*]. *sim. saepius*). CIC. leg. agr. 2, 87 *Carthago* succincta portibus, armata -is. Catil. 1, 10 modo inter me atque te -us intersit (*cf.* 1, 32. 2, 17). 4, 18 *patria* vobis -os atque urbis tecta commendat (*cf.* Phil. 8, 8. *al.*). *et passim.* *iuxta* moenia *per differentiam* (*v. p. 1685, 10*): VERG. Aen. 2, 234 dividimus -os et m. pandimus urbis (*v. p. 1327, 63*). 9, 196 (194) ad -os et m. Pallantea (*cf.* LIV. 10, 10, 2 intra m. ⌊et -os⌋ [*del. Madvig*]. LVCAN. 9, 297 in -os et m. Cyrenarum. SIL. 13, 267 -os Tarpeiaque m.). 9, 782 (789) quos alios -os, quae iam ultra m. habetis? VITR. 8, 3, 24 *Zamae* m. rex Iuba duplici -o sepsit (*cf. infra l. 61 et* FLOR. epit. 1, 4, 2). LVCAN. 1, 25 semirutis pendent quod m. tectis . . . lapsisque ingentia -is saxa iacent. AVIEN. orb. terr. 382 aggere -orum Pelusia m. surgunt (*gr. 261 Πηλῆος πτολίεθρον ἐπώνυμον*). 517 Croton priscis attollit m. -is (gr. *369 πτολίεθρον ἐϋστεφάνοιο Κρότωνος*). AVSON. Mos. 455 m. . . . antiquis te prospectantia -is. PAVL. NOL. carm. 26, 104 CYPR. GALL. Ios. 63. CE 1806, 1 (*?, loco mutilo*). *audacius in appositione*: AVSON. 232, 4 p. 77 P. Iliaci, Neptunia m., -i.

β per synecdochen poeticam de ipsis oppidis (*plur. praeter l. 26. 27. 28*): VERG. Aen. 7, 409 Rutuli ad -os, quam dicitur urbem . . . Danae fundasse. PROP. 4, 1, 66 scandentes quisquis cernet de vallibus arces, ingenio -os aestimet ille meo (*cf.* 125 sq. scandentis . . . Asisi consurgit vertice -us, -us ab ingenio notior ille tuo). OV. epist. 1, 48 (*de Troia diruta*) -us quod fuit, esse solum (*cf. l. 38*). SEN. Phoen. 445 iuventus quaeque ab Inachio venit . . . -o quaeque Thebana . . . descendit arce. SIL. 1, 273 (*de Sagunto*) Herculei tollunt se . . . -i . . ., quis . . . nomen . . . sacravit . . . Zacynthos (11, 297 dederit [12, 34]. 14, 47 donarunt. *cf. l. 33 et* STAT. silv. 2, 2, 1 notos Sirenum nomine -os). 15, 193 Tyrius tenet incola -os (15, 295 Taulantius i. . . . exiguos habitat non ullo nomine -os). *alia huc vergere multa vix negaverimus; sed locutiones velut* '-os intrare' (OV. met. 5, 236. 15, 616), 'excedere' (LVCAN. 1, 497) *sim. potius cum p. 1685, 32. 33 comparandae sunt, ceterum apparet vel emphasis quaedam* (LVCIL. *p. 1685, 83. al.*) *vel ambiguitas* (*cum respectu ritus Etrusci* HOR. carm. 1, 16, 20 cur . . . imprimeret . . . -is [*sc. dirutis, cf. l. 27*] hostile aratrum exercitus [*sim. Prop. 3, 9, 41* moenia]).

b *quorumlibet locorum* (*in modum arcis munitorum l. 46. 53. 71, ceterum in re militari l. 55 sqq. 74*): CIL I² 635 (*a. 135; in -o antiquo, ubi templum erat Dianae Tifatinae*) Ser. Folvius . . . -u(m) locavit de manubies (*similia v. ibid. p. 518. item spectat ad templa*: INSCR. Année épigr. 1952 n. 55 [*a. 108 a. Chr.*]. CIL III 7118 [*a. 5 a. Chr.*]. VI 358 [*a. 41 a. Chr.*]. LIV. 29, 18, 17 -o circumdare templum. TAC. hist. 5, 12, 1 templum *Hierosolymorum* in modum arcis propriique -i [*cf.* VVLG. II Esdr. 3, 27 Ezech. 40, 5]. *al.*). 1216 (= CE 58, 6) monumentum . . . saxso saeptum ac marmori circum stipatum -um (*'extrinsecus circum -um marmore multo tectum' Buecheler. cf.* VI 10675 cepotaphium -o cinctum. XIII 2494 aediclam cum vinea et -is). 1688 circ(a) lucum macer(iam) et -um et ianu(am) (*cf. l. 62 et* SEN. epist. 86, 4 -um circumdatum silvae [COLVM. 9, 1, 2]. CVRT. 4, 7, 20 medium nemus pro arce habent *Hammonii* triplici -o circumdatum [7, 2, 29. 8, 1, 12]). CIC. Att. 2, 4, 7 de -o imperavi Philotimo *eqs.* (*cf.* 2, 6, 2. 2, 7, 5). CAES. Gall. 7, 46, 3 ex grandibus saxis . . . -um, qui nostrum impetum tardaret, praeduxerant Galli (*opp.* -um oppidi. *item in re militari*: civ. 2, 15, 1 sqq. [*syn. 2, 16, 2* moenia *oppositis* -is *urbis*]. SALL. hist. frg. 2, 107 [*?*]. LIV. 25, 11, 7 vallum . . . erigitur; . . . -um . . . addere parat *eqs.* ITALA II Macc. 8, 30 [recc. BM] -os fortes [*gr. ὀχυρωμάτων, recc. LX et Vulg.* munitiones]. *cf. p. 1687, 16 sqq.*). VERG. Aen. 6, 549 moenia lata videt, triplici circumdata -o (*in Tartaro, sec. Hes. theog. 727* τριστοιχεί. *cf.* OV. fast. 3, 801 *taurum* triplici -o lucis incluserat atris . . . Styx). S. C. Frontin. aq. 127 circa fontes et fornices et -os *aquaeductuum* (*item* LEX Quinctia *ibid.* 129). OV. met. 8, 621 tiliae contermina quercus . . . medio circumdata -o. SEN. Phoen. 209 altis nobilem -is domum *regiam*. Thy. 233 fatale saxeo pascuum *arietis* -o (sacro p. more *A*) tegens *lapis*. COLVM. 9, 5, 3 non editissimo claudantur -o *alvaria*. PLIN. nat. 36, 88 labyrinthi. VAL. FL. 1, 593 iterata . . . -is saxa (*in antro ventorum*). CIL IX 5980 (= X 6908; *a. 201*) -um ad defension(em) viae vetustate conlabsum restituerunt. PEREGR. Aeth. 23, 4 -us ingens, qui includet ecclesiam (*ibid.* -us missus est ad custodiendam ecclesiam propter Hisauros). HIER. reg. Pachom. 84 p. 38, 4 -um monasterii (*cf.* RVFIN. hist. mon. 23 p. 446ᴮ). *et al.* *de basi scorpionis*: AMM. 23, 4, 5 -o saxeo huiusmodi moles inposita (*opp.* super congestos cespites vel latericios aggeres). *de corona tecti*: VVLG. deut. 22, 8 cum aedificaveris domum novam, facies -um tecti per circuitum, ne effundatur sanguis *sc. in praeceps ruentis* (*Itala Lugd. et Aug. loc. hept. 5, 53* coronam, *Monac.* balteum).

2 *liberius significantur munimenta cuiuslibet materiae*: **a** *per comparationem*: CAES. Gall. 2, 17, 4 ut instar -i . . . saepes munimentum (*del. Madvig*) praeberent. civ. 3, 112, 9 pro -o obiectas *munitiones* (LIV. 25, 25, 8 castra obiectu [c. que textis *codd.*] parietum pro -o saepta. 30, 10, 5 onerariarum quadruplicem ordinem. 31, 39, 8 lapidum congerie). BELL. Alex. 18, 1 turres . . . editae et coniunctae -i

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

locum obtinebant. TAC. hist. 3, 71, 2 ni Sabinus ... statuas ... vice -i obiecisset. VEG. mil. 1, 24 p. 26, 11 (*de castris muniendis*) ex his *caespitibus* velut -us instruitur. 4, 3 p. 131, 2 *-o destructo* ea, quae inter parietes densata fuerat *terra*, ad -i vicem ingruentibus moles obsistit. CLAVD. 5, 128 -i ... locata in speciem ... obtendit plaustra. *aenigmatice*: NEP. Them. 2, 7 naves ...: eum enim a deo significari -um ligneum (IVST. 2, 12, 13 [*plur.*]. SCHOL. Cic. Bob. p. 142, 7 St. *cf. Herod. 7, 141, 3*).

b *usu pleno* (*falso trad.* CAES. Gall. 7, 70, 4 [munitiones *var. l.; spectat ad 7, 69, 5* fossam ... et maceriam]): **α** *de vallis* (*at distinguuntur voces q. s.* -us *et* vallum *p. 1684, 80, cf. ex. gr.* LIV. 8, 19, 9 -is potius quam vallo. 10, 41, 12 melius -i quam vallum armatos arcent. 25, 11, 7 [*p. 1686, 58*]): VARRO ling. 5, 48 Subura, quod sub -o terreo Carinarum (*ibid. iterum*). 5, 143 *oppidis Etrusco ritu conditis* terram unde exculpserant, fossam vocabant et introrsum iactam -um (*cf.* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. o 4). *dubia vel ambigua* (*potius ad p. 1686, 55 sqq.*): CAES. Gall. 1, 8, 1 a lacu Lemanno ... ad montem Iuram ... -um ... fossamque perducit ('*Wall' Meusel ad l. et Howald-Meyer, Die röm. Schweiz 31; sed haec notio ab auctore aliena esse videtur, prorsus incerta* 6, 35, 9). SPART. Hadr. 11, 2 -um ... duxit *in Britannia* (Sept. Sev. 18, 2. *al.* -um *vallo additum significari probat Hülsen, CIL VII p. 99 sqq.*). AMBR. *p. 1688, 40.* *arcendi sunt* -i *castrorum oppida praefigurantium, qualia finxit* VERG. (*B. Rehm, Das geogr. Bild d. alten Italien in Verg. Aen. 42 sqq.*) *et noverat aevum imperatorum* (CIL III 10596 *a. 365/7. al.*). *cf. p. 1685, 16.* *ne caespites quidem, quales opponuntur l. 2. p. 1686, 74, nisi cum neglegentia quadam vel cum respectu lapidum additorum* -i *nuncupati esse videntur*: LVCAN. 6, 33 nec caespite tantum contentus fragili subitos attollere -os *Caesar* (*sc. saxeos fecit firmiores Troianis*). ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (CIL VIII 18042) frg. B 2, 2 -um lo⟨ngi⟩ operis et qualis mansuris hibernaculis fieri solet non ⟨mul⟩to diutius exstrucxistis quam caespite exstruitur ...: vos lapi⟨dibus⟩ *exstruxistis.* CIL III 14485^{a} (*in Dacia, a. 201*) -os cesp⟨i-t(icios)⟩ castro⟨ru⟩m ... lapide eos ('*videtur scribendum esse* lapideos' *edd.*) restitue⟨r⟩unt (CAPITOL. Pius 5, 4 *in Caledonia* alio -o c. ... ducto [*cf.* GILD. Brit. 15 chron. III p. 33, 21 factus non tam lapidibus quam cespitibus. *v. Hülsen l. c. 191 sqq.*]). **β** *de aggeribus* (*distinguuntur voces q. s.* -us *et* agger *ex. gr.* TAC. ann. 2, 20, 2 quis impugnandus agger, ut si -um succederent *eqs.* AMM. *p. 1686, 74*): VARRO rust. 1, 14, 3 aggeres faciunt sine fossa: eos quidam vocant -os, ut in agro Reatino.

B *usu dilatato fere i. q. paries* (*potius per distinctionem* PLIN. paneg. 49, 1 parietibus et -is; *vix huc pertinent* VARRO ling. 5, 42 [*de vestigiis Saturniae oppidi*]. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 48 ultra -os ['*out of the house' Drabkin, 'extra urbem' Forcellini rectius*]): VARRO Men. 574 primum venit in urbem atque intra -os, deinde ... intro it domum, ⌊id est intra privatos -os⌋ (⌊⌋ *sunt, qui deleant vel Nonio dent*). PROP. 2, 32, 59 aerato Danae circumdata -o. SEN. epist. 86, 8 in hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis quam fenestrae -o lapideo exsectae. CALP. ecl. 7, 49 marmoreo ... -o *amphitheatri*. TAC. ann. 15, 43, 4 nec communione parietum, sed propriis quaeque -is ambirentur *aedificia*. SVET. Nero 38, 1 saxeo -o constructa erant *horrea*. VVLG. III reg. 6, 6 templi (*aliter p. 1686, 42*). CAEL. AVR. acut. 1, 1, 23 nova politura in -is parietis (*coniecerunt alii alia, def. Bendz, Caeliana 64*) cubiculorum.

C *usu c. licentia poetica deflexo ad:* **1** *turres elephantorum*: SIL. 9, 601 quos fera (*collective*) circumfert ... -os (*cf. 604* propugnacula). **2** *coronam muralem Cybeles*: CLAVD. 20, 284 defluxit capiti turris summoque volutus vertice crinalis violatur pulvere -us.

II *metaphorice*: **A** *de rebus*: **1** *vi corporali*: **a** *de variis rebus naturalibus* (*per comparationem l. 64. 67. 69. al., oppositionem l. 64 sq. 80. 82*): CIC. Phil. 5, 37 ut eius *Antonii* furorem ne Alpium quidem -o cohibere possemus (HEGES. 5, 46, 1 p. 397, 17. *cf.* CAES. Gall. 7, 8, 3 Cebenna ut -o munitos *Arvernos*. PROP. 4, 4, 13 -us erant montes). LVCR. 4, 220 aestus ab undis aequoris, exesor -orum litora circum (6, 926. *cf. 1, 326* sale saxa peresa). CAES. Gall. 6, 10, 5 *silvam* pro nativo -o obiectam (*cf.* HEGES. 2, 9, 1 p. 151, 3 populos ... naturalibus -is ferociores). BELL. Hisp. 29, 6 in quo *oppido* sibi prope -um [adversariis] constituebant (a. *del. Pascucci ad l. revocans ad 32, 1* qui oppidum Mundam sibi constituissent praesidium. *cf.* AMM. 25, 9, 3 *Nisibi* provinciarum -o [*25, 8, 14* claustrum]). VERG. Aen. 3, 535 gemino dimittunt bracchia -o turriti scopuli. SEN. benef. 4, 19, 2 *deum Epicuri* [in]saeptum ingenti ... -o (*cf.* MART. CAP. 2, 202 iuxta ipsum extimi ambitus *mundi* -um). CVRT. 7, 4, 5 Oxum amnem velut -um obiecturum hosti (*cf.* AMM. 14, 2, 9 *fluvius* pro -o tuetur accolas. HEGES. 2, 9, 1 p. 152, 20 *urbs* saepta fluminis -o). PLIN. nat. 16, 173 licet alni saepibus muniant contraque erumpentium amnium impetus riparum -o in tutela ruris excubent in aqua satae densius. HEGES. 4, 27 p. 283, 18 *Aegyptus* uno tantum -o septentrionali innititur terrae, qui ducit in Syriam. 5, 46, 1 p. 397, 4 *et* 8 (*de oceano oppositis -is civitatum et Rubri maris* [*l. 84*]). VVLG. Nah. 3, 8 *Thebarum Aegyptiarum* divitiae mare, aquae -i eius. DRAC. laud. dei 1, 187 ramorum -us opacus. *significantur aquae vel miraculo vel tempestate erectae*: VVLG. exod. 14, 22 erat ... aqua quasi -us (14, 29 Iudith 5, 12. *de eadem re*: PS. PHILO antiq. 15, 5 -i aquarum [GREG. TVR. glor. conf. 71 p. 790, 7]. HEGES. *p. 1687, 80 et* 5, 41, 2 p. 386, 5 quibus unda -us est). DRAC. Romul. 8, 395 -us (-is *Buecheler*, -o *Baehrens*) stat celsior unda. **b** *de corpore eiusque partibus* (*per comparationem* CIC., LACT., PS. APVL.): CIC. nat. deor. 2, 143 ut quasi -us oculis interiectus esse videatur *nasus*. PLIN. nat. 11, 181 *cor* munitum costarum et pectoris -o. APVL. apol. 7 *sermo*, ut ait poeta praecipuus, dentium -o proficiscitur (*i. ἕρκος ὀδόντων*. flor. 15 p. 60 RVFIN. Basil. hom. 2, 8 p. 1744^{B}. *cf.* LACT. opif. 10, 17 dentium saeptis ... quasi -o). PS. APVL. Ascl. 7 tamquam -o corporis saepta *mens* (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 12 p. 224^{A} corpus ... -um spiritus [*v. infra l. 53*]). ARATOR act. 2, 144 cum ... gentes ... duas in ventre Rebecca ferret et angustis includeret agmina -is. **c** *singulariter de margine testae*: IVV. 4, 132 testa alta paretur, quae tenui -o spatiosum colligat orbem.

2 *vi incorporali* (*c. gen. explic. l. 43 sqq. 60. p. 1689, 11*): **a** *c. respectu cuiuslibet praesidii* (*per comparationem l. 19. 24. 31, oppositionem l. 26. 41. 50; cf. interpretamentum allegoricum* EVCHER. form. 9 p. 55, 5 '-i' munimenta scripturae divinae vel prophetae aut sancti [*v. p. 1689, 2*]): CIC. Verr. II 5, 2 ad omnes ... meos impetus quasi -us quidam boni nomen imperatoris opponitur (VVLG. prov. 18, 11 substantia divitis). Catil. 4, 23 *memoria consulatus mei* dum erit in vestris fixa mentibus, tutissimo me -o saeptum esse arbitrabor. Pis. 9 lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula -ique tranquillitatis atque otii. SALL. Catil. 58, 17 audacia pro -o habetur (*inde* HEGES. 5, 4, 1 p. 302, 24 *audacia* sibi -us est). HOR. epist. 1, 1, 60 hic -us aeneus esto: nil conscire sibi *eqs.* SEN. suas. 2, 5 -i nostri arma sunt (*de rebus Spartae ut infra l. 74 et* IVST. 14, 5, 1 cum ... -us urbi virtus civium fuerit). SEN. epist. 74, 19 adversus hos casus muniendi sumus; nullus autem contra fortunam inexpugnabilis -us est (82, 5 philosophia ... i. -us, quem fortuna ... non transit. PANEG. 6, 11, 2 ille est i. -us, quem exstruit fama virtutis. *al.*). LVCAN. 10, 485 -i ... vicem fortuna tuetur. TERT. orat. 29 p. 199, 29 oratio -us est fidei, arma et tela nostra (MAR. VICTORIN. hymn. 2 p. 1143^{B}. *al.*). virg. vel. 16, 5 -um sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos nec admittat alienos. OPTAT. 3, 2 p. 69, 16 solvistis singulare baptisma, ex quo baptismate hominibus -i facti sunt ad tutelam, et fecistis quasi alteros -os. AMM. 20, 8, 9 libero pectoris -o (*i. fortitudine*; liberi *Cornelissen*), ut ita dixerim, saeptus. AMBR. exc. Sat. 1, 31 lignorum ... concaedibus construi -um pudoris. inst. virg. 17, 112 p. 332^{C} dilectionem ... veritatis -um (AVG. c. Iulian. 3, 17, 32 -os). obit. Valent. 4 nos ... -um Alpibus addere parabamus: Valentiniani gratia non expectávit Alpium vallum ..., sed ... -o nos sui imperii protexit. HIER. epist. 14, 3, 6 aries iste pietatis, quo fides quatitur, euangelii retundendus est -o (RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 240, 6 -os). in Is. 26, 1 p. 293^{A} bonorum operum *eqs.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 131, 25 donec ... mendacii turres et -os perversae doctrinae subruerent *apostoli* (*cf.* Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 16 turres superbiae ... et -os elationis. 18, 3 p. 408, 18 [*ad prov. 21, 22*]. PETR. CHRYS. serm. 95 p. 468^{A} [*ad psalm. 54, 11*] in civitate ... perfidiae saepta -is *eqs.*). Orig. in lev. 15, 2 p. 489, 14 dogmatis. Orig. in Ios. 19, 4 p. 414, 2 continentiae. CLAVD. 8, 109 exstruite ... scopulos (*eqs.*) ...: non dabitis -um sceleri. PETR. CHRYS. serm. 8 p. 209^{B} est ieiunium castitatis -us, pudicitiae propugnaculum, civitas sanctitatis (*cf.* 12 p. 225^{A} ieiunium ... -um spiritus [*v. supra l. 10*]). *al.* **b** *c. respectu impedimenti* (*accedit* quasi *l. 59*, tamquam *l. 62*): CIC. rep. 4, 4 Lacedaemonii ..., cum omnia concedunt in amore iuvenum praeter stuprum, tenui sane -o dissaepiunt id quod excipiunt; conplexus enim concubitusque permittunt palliis interiectis. ITALA psalm. 17, 30 (Veron. *al.* = VVLG.; *cf.* VVLG. II reg. 22, 30) in deo meo sperans transgrediar -um (*huc spectant* AVG. in psalm. 72, 22 l. 23 [*ad 72, 16*] quasi stat mihi in facie -us quidam. serm. 361, 16, 16 -um peccatorum. VITAE patr. 5, 10, 60 voluntas hominis -us est aereus *eqs.* [*cf.* MART. BRAC. sent. patr. 81]). SYAGR. reg. 7 p. 148, 22 ea, quae nobis tamquam -um ferreum opponere consuerunt. AVG. serm. 315, 7, 10 *ira* -um erigit et non est qua transeas. **c** *c. respectu societatis* (*accedit* quasi *l. 69*): CYPR. epist. 73, 10 p. 785, 17 ecclesia paradisi instar exprimens arbores frugiferas intra -os suos intus inclusit (*cf.* FACVND. defens. 4, 1 p. 609^{A} qui ab ecclesiasticis -is exclusus est [*de excommunicatione ut* p. 610^{A}. 6, 5 p. 679^{A}. 8, 6 p. 730^{C}]). COD. Iust. 1, 17, 1, 5 ut ... his quinquaginta libris totum ius antiquum ... quasi quodam -o vallatum nihil extra se habeat.

B *de animantibus*: **1** *hominibus* (*per oppositionem l. 74, comparationem l. 78 sqq. 83. al.; usum rei militari antiquae vindicat* VEG. *l. 80*): TRAG. inc. 69 ferron an fato -us (omerus, moerus, metus *var. ll.*) Argivom occidit *Achilles*? (OV. met. 13, 281 Graium -us A.). SEN. suas. 2, 3 non est Sparta lapidibus circumdata: ibi -os habet, ubi viros (*cf. supra l. 26*). SEN. Tro. 126 tu *Hector* -us eras (*cf.* DRAC. Romul. 9, 64 Dardanidis quis -us erit post Hectora campo?). SIL. 16, 68 qui postquam -us miseris ruit *sc. Larus Cantaber*. AMM. 16, 12, 20 antepilanis ... velut insolubili -o fundatis (*comparatur acies cum -o ut*: VEG. mil. 2, 17 p. 51, 7 tamquam -us, ut ita dicam, ferreus stabat *gravis armatura*. 3, 14 p. 98, 2. *cf.* 1, 20 p. 23, 7 unde ... apud antiquos -us dicebatur pedestris exercitus, nisi quod pilatae legiones praeter scuta etiam catafractis galeisque fulgebant?). AMBR. Cain et Ab. 2, 3, 12 p. 389, 14 destituitur grex iuvenum -o senili. VVLG. I reg. 25, 16 pro -o erant nobis *nuntii David*. Ier. 1, 18 dedi te ... in -um aereum (15, 20).

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avg. in psalm. 124, 4 *praedicatores veritatis* ambiunt illam *Ierusalem* et quasi -um illi faciunt (*cf. p. 1688, 18 et* Pavl. Med. vita Ambr. 1 qui *viri* -i ecclesiarum sunt. Op. imperf. in Matth. 10 p. 686 -i ... illius *ecclesiae* sunt sacerdotes ceterique doctores). Svlp. Sev. chron. 2, 37, 6 velut -us obstiterat *Athanasius Arianis*. Drac. Romul. 8, 377 -us erit sociis *Aiax*. Ferrand. epist. 7, 18 p. 947C dux amabilis -us est patriae. CE 1335, 2 Constantius heros, qui patriae tegmen, -us et arma fuit. *per hebraismum de puella casta* (*?*): Vvlg. cant. 8, 9sq. si -us est *soror*, aedificemus super eum propugnacula argentea ... :: ego -us, et ubera mea sicut turris. **2** *deo, Christo*: Vvlg. Zach. 2, 5 absque -o habitabitur Ierusalem ...; et ego ero ei, ait dominus, -us ignis in circuitu. Avg. in euang. Ioh. 7, 7 *Christus* -us est adversus omnes impetus *eqs.* (Apring. in apoc. 21, 17 -us ... civitatis huius. *per comparationem*: Nicet. appell. 2 p. 4, 21 te munitum praestabit ut -us).

paronomasia c. munire *p. 1685, 79*, moenia *p. 1686, 8; adde* Avg. civ. 2, 2 p. 55, 19 D. non -orum, sed morum munimenta.

deriv.: muralis, murana, 1. muraria (*?*), 1. murio (*?*), muro.

compos.: ante-, circum-, promurale, intermuralis; ante-, circum-, extra-, intramuranus; foras-, infra-, intramuraneus; muricidus (*?*), muricinctum, murifex (*?*). *cf.* pomerium.

v. etiam Onom.

[mūrusculus *vox ficta p. 1700, 22.***]**

murux Ps. Prisc. gramm. III 526, 4 (*cod. Groning.*) *obscurum.* *Ehlers.*

1.ˣmūs, mūris *fere m.* [*i. q. sanscr.* mūṣ-, *gr. μῦς, alban.* mi '*mus*', *anglosax.* mūs (*theod.* Maus), *slavon.* myšь '*mus*', *cf. arm.* mu-kn '*mus, musculus*'. *J. B. H.*] *de origine et formatione*: Prisc. gramm. II 265, 5 *inter monosyllaba III^{ae} decl. est* masculinum unum a Graecis sumptum, *μῦς*, hic -s, -is, quod per obliquos casus producit u ... ideoque assumpsit r, quia non poterat u vocalis paenultima produci vocali altera consequente. Isid. orig. 12, 3, 1 -s pusillum animal, Graecum illi nomen est; quidquid vero ex eo trahit ⟨ur⟩, Latinum fit; alii dicunt -es, quod ex humore terrae nascantur (*quae sequuntur v. p. 1691, 28*). *de genere: masc. testantur* Char. gramm. p. 49, 11 B. Prisc. gramm. *l. 29 et adhibent fere omnes, cf.* Ivv. 6, 339 testiculi sibi conscius. *fem. testatur* Gramm. suppl. 118, 24 communia duorum generum ut hic et haec grus ..., promiscuum ut haec -s. *exstat* Plin. nat. 10, 185 -ium fetus ...; generatio eorum ...; ex una genitos cxx tradiderunt. *comm. testatur* Prisc. gramm. III 445, 31 in us correpta duo ... et duo monosyllaba, quae producuntur in nominativo ..., nam -s, -is epicoenon est, quod a graeco *μῦς* ...; nullum enim latinum masculinum in us productum desinit (*inde* Gramm. suppl. 129, 32). *gen. plur.*: -ium *defendit* Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 173, 27 B. (*ex Romano*) '-um' (Cic., *v. infra*) pro '-ium', quoniam non ut 'fures furum' ... dicimus, ita quoque '-um' censere debemus *eqs.; legitur sine var. lect. (v. l. 51) ap.* Plin. nat. *ubique et* Svet. frg. 161 p. 250, 2 Ivst. 15, 2, 1 Vvlg. I reg. 6, 5 Antidot. Brux. app. 215 Epist. canon. Migne 56, 895C Arnob. in psalm. 77 p. 439A Isid. orig. 12, 1, 117. 12, 7, 36. -um *testatur* Char. *l. c. afferens* Cic. *p. 1690, 29* (*ubi potiores codd. omnes habent* -ium); *legitur raro in codd.*: Fest. p. 146 (*item* Paul. Fest.). Sen. epist. 90, 16 Arnob. nat. 3, 33 Amm. 31, 2, 5; *var. l. iuxta* -ium: Colvm. 2, 19, 1 Lampr. Heliog. 27, 2. Not. Tir. 17, 67 (*post* mu). 109, 3 (*ante* mustela). Gloss. *μῦς*. Gloss.L I Ansil. mv 315 genus soricis (363. *al.*). *legitur inde a* Plavto, Enn. *p. 1691, 6*, Catone, Lvcil., Cic., Varrone, Verg. [*raet. occ.* mir, míwr, mikr, mür, mükr, *hisp. et port. vet.* mur. *cf. M.-L. 5764 a. Corominas II 478. Machado II 1555.* -s araneus (*v. p. 1690, 69*): *raet. occ.* müsaroñ, *raet. centr.* buzərañə, *francog.* musaraigne, *hisp.* musaraña, *port. vet.* busaranha, *port.* musaranha, -o. *cf. M.-L. 5765. Corominas III 479. Machado II 1555. G.*]

i. q. μῦς: **I** *proprie de animalibus* (*v. Steier, RE XIV 2396sqq.*): **A** *de -bus vulgaribus* (*cf.* Plin. nat. 8, 221 incolas domuum. 10, 201 -es hi vulgares. *sing. collect.*: Varro rust. 1, 57, 2 Plin. nat. 8, 29 Vvlg. Is. 66, 17 Evstath. Basil. hex. 9, 5, 16 Mart. Brac. corr. 11. *adde p. 1690, 50. 59. 60*): **1** *exempla generalia selecta*: Plavt. Truc. 868 cogitato, -s pusillus quam sit sapiens bestia, aetatem qui non cubili ⟨uni⟩ umquam committit suam *eqs.* Cato agr. 92 frumento ne noceat curculio neu -es tangant (Petron. 78, 2. *cf.* Plin. nat. 20, 9 adtingunt [30, 144]). 128 *habitatione delutata* neque -es cava facient *eqs.* (*inde* Varro rust. 1, 51, 1. 1, 57, 2 Colvm. 2, 19, 1). Lvcil. 1201 luna ... -bus fibras et iecur (pecu *trad.*) addit (*cf.* Plin. nat. 11, 196 -ium iocusculis fibrae ad numerum lunae in mense congruere dicuntur. 29, 59. *cf. ibid. 2, 109* soricum). Varro rust. 1, 8, 5 si parit humus -es, minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleris muscipulis. 3, 5, 3 -s aliave quae bestia. 3, 7, 3 -s aut lacerta. Verg. georg. 1, 181 saepe exiguus -s sub terris posuitque domos atque horrea fecit (Serv.: nitela ⟨-s agrestis robeus⟩ [*add.* auct.]). Ov. fast. 2, 574 sub limine ..., qua brevis occultum -s sibi fecit iter. Liv. 23, 19, 13 ad id ventum inopiae est, ut ... nec -bus aliove animali abstinerent. Sen. dial. 4, 34, 1 -es formicaeque, si manum admoveris, ora convertunt. epist. 48, 6 -s caseum rodit (Carm. inc. Quint. inst. 8, 3, 19 praetextam ... -es rosere camilli [*an* Camilli*? cf.* Ivv. 3, 20 divina opici rodebant carmina -es]. Vlp. dig. 19, 2, 13, 6. *al. adde p. 1690, 11. 34*). *al.* *de voce -is v.* mintrire, 2. munire, murrire. *cf.* Avien. Arat. 1857 parvi cum stridunt ... -es, cum gestire solo, cum ludere forte videntur, *nubes fiunt.* **2** *in usu medicinali vel magico*: Plin. nat. 22, 104 *laser* cum ... -ium fimo (29, 110 capita -ium et fel -ium et fimum. Ser. Samm. 240. *al.*). 29, 59 -es dissecti impositi (30, 76. 122. *cf.* 29, 91 divulsus [30, 81]). 29, 107 cinis et e -ium capitibus caudisque et totius -is (29, 118). 29, 110 fel -ium (29, 134). 30, 95 cerebrum. 30, 99 rostellum auriculasque summas. *al.* **3** *-es prodigio sunt* (*cf.* Plin. nat. 8, 221 -es, haud spernendum in ostentis etiam publicis animal. Avson. 347, 12 p. 165 P. quadrupes oscinibus quis iungitur auspiciis? -s): Plavt. Stich. 460 auspicio hodie optumo exivi foras: mustela -em abstulit praeter pedes. Cic. div. 1, 100 Lanuvii clipeos ... a -bus esse derosos ([*de eadem re* Plin. *l. c.*]. *cf.* 2, 59 si -es corroserint aliquid, quorum opus est hoc unum, monstrum putemus? Liv. 27, 23, 2 -es ... aurum rosisse. 30, 2, 10. 40, 59, 8 oleas ... praegustasse -es *eqs.*). 2, 62 anguibus ... comprehensis haruspices ... convocatos; qui magis anguibus quam lacertis, quam -bus? Plin. nat. 8, 223 cum candidi *-es* provenere, laetum faciunt ostentum. *v. etiam l. l.* **4** *in fabulis* (*cf. l. 32*): Hor. sat. 2, 6, 80 olim rusticus urbanum -em -s paupere fertur accepisse cavo. Phaedr. 4, 2, 9 de mustela et -bus. 4, 6, 1 victi -es mustelarum exercitu. Romvl. fab. 4 *de -e et rana.* **5** *in elocutionibus facetis vel proverbialibus* (*cf. Otto, Sprichw. p. 233sqq.; v. et infra l. 72*): Plavt. Capt. 77 (*loq. parasitus*) quasi -es semper edimus alienum cibum (Persa 58). Cas. 140 cum ..., tum tu furcifer quasi -s in medio pariete versabere (*cf.* Petron. 58, 10 [*Hermeros*] curris, stupes, satagis tamquam -s in matella. Tab. defix. Année épigr. 1958 n. 150 ut mutus sit Quartus, agitatus erret ut -s fugiens). Varro Men. 13 factus sum vespertilio, neque in -bus plane neque in volucribus sum. Cic. nat. deor. 2, 17 -bus illam *domum magnam et pulchram* et mustelis aedificatam esse *vix credas* (*sim.* 3, 26). 2, 157 neque ... homines -um aut formicarum causa frumentum condunt, sed coniugum *eqs.* Hor. sat. 2, 3, 247 *amentiae est* plostello adiungere -es. ars 139 parturient montes, nascetur ridiculus -s (*cf.* Phaedr. 4, 23 [24], 3 mons parturibat ..., at ille -em peperit). Sen. apocol. 7, 1 (*Hercules ad Claudium*) venisti huc, ubi -es ferrum rodunt (*locus varie explicatus, cf. Kuijper, Mnemos. IV 18, 1965, 64sqq.*). 8, 3 (*contextu incerto*) Romae ... -es molas lingunt. Petron. 44, 18 urceatim plovebat ... et omnes redibant udi (ridebant ut dii *trad.*) tamquam -es. Vopisc. Prob. 18, 4 quo *Saturnino* victo tanta in Oriente quies fuit, ut, quem ad modum vulgo loquebantur, -es rebelles nullus audiret. Lact. inst. 3, 17, 29 (*de laudibus Epicuri Lucr. 3, 1043sq.*) poeta inanissimus leonis laudibus -em non ornavit, sed obruit et obtrivit. Hier. epist. 133, 11, 6 *haereticus* si iratus fuerit atque rescripserit, suo quasi -s prodetur indicio *eqs.* Vvlg. Iudith 14, 12 egressi -es (*de lect. hebr. non constat, gr. δοῦλοι*) de cavernis suis ausi sunt provocare nos ad proelium. **6** *in superstitione*: Apvl. met. 2, 22, 2 *versipelles* -es, immo vero etiam muscas induunt.

B *de variis generibus -ium* (*odoris gratia adhibitorum l. 50. 60*): **1** *terrestrium*: **a** *indicatur patria*: Africanus: Plavt. Poen. 1011 (*al. v. vol. I 1262, 18sqq.*). Alpinus (*fort. idem ac* montanus, *cf. Jud ap. Howald-Meyer, Die röm. Schweiz 366*): Plin. nat. 8, 132. Arabus: Pavl. Pell. 148 ut ... mihi vestis ... A. -is leni fragraret odore. Indicus: Epist. Alex. l. 182 H. -es I. ... vulpibus similes. Libycus: Plin. nat. 10, 201. Ponticus (*ad rem cf. Schwentner, KZ 71, 1954, 90sqq.*): Plin. nat. 8, 132 conduntur hieme et P. -es, dumtaxat albi *eqs.* 10, 200. *in lusu verb. de Marcione Ponti incola*: Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 24 quis tam comesor -s P. quam qui euangelia conrosit? *varia genera in Cyrenaica viventia enumerat* Plin. nat. 8, 221. *cf.* peregrinus (*huc fort. pertinet* Sen. epist. 90, 16 magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac -um, quae tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt): Hier. epist. 130, 19, 1 p. -is olentes pelliculas (adv. Iovin. 2, 8. *cf.* epist. 127, 3, 3 flagrare -e). **b** *indicatur species regionum*: agrestis: *v. vol. I 1417, 73 sq., ubi addas* Marcell. med. 8, 99 id est qui in campis invenitur. *v. et p. 1689, 77.* montanus: *v. l. 75 et cf. l. 48.* silvaticus: Plin. nat. 30, 70. silvestris: Plin. nat. 30, 119. Amm. 31, 2, 5 *Hunni* indumentis operiuntur ... ex pellibus s. -um consarcinatis. subterraneus: Sen. nat. 3, 16, 5 pleraque ex his *animalibus stagna habitantibus* caeca ut talpae et s. -es (*cf.* Colvm. 4, 33, 3 subterraneis animalibus sicuti -bus et talpis). terrestris: Plin. nat. 31, 14 in Lusis, Arcadiae quodam fonte, -es t. vivere et conversari. **c** *alia*: araneus (*cf. p. 1689, 57*): *v. vol. II 396, 43sqq. et infra l. 75.* caecus: *v. l. 66 et vol. III 42, 42sqq., ubi addantur* Ser. Samm. 879 Chiron 507. Gloss. II 249, 21 *ἀσφάλαξ, μῦς ἀρουραῖος* haec talpa, -s c. *in comparatione*: Iren. 5, 29, 1 *gentes* sicut -es c. absconditi in profundo insipientiae. candidus: *l. 16.* gliris: *v. vol. VI 2, 2045, 75.* montanus: *l. 75.* mustela: Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 11 -s m., -s montanus (-nis *trad.*), -s erraneus. **d** *i. q. sorex* (*fere per variationem, etsi* Varro *soricum pullos* -es *dicere videtur; cf. p. 1689, 73 et* Gloss. *p. 1689, 54; ceterum animalia discernuntur, e. g.* Colvm. 12, 31 -s sorexve. arb. 15 a soricibus aut -bus. Plin. nat. 8, 223 Arnob. nat. 2, 59): Varro rust. 2, 4, 12 *sus quaedam tam pinguis erat*, ut in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset et peperisset -es. Filastr. 12, 1 *haeretici* Musiritae nomine, qui sorices colunt, qui ..., cum ... produxisset terra sorices ..., fecerunt aureos -es (*cf.* Vvlg. I reg. 5, 6 nati sunt -es. 6, 5 -es aureos). **e** Gloss. III 90, 70 -s *μυοξός*.

[Ustrnul]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *aquatilium* (*cf. p. 1690, 66. 68*): **a** -s marinus: PLIN. nat. 9, 71 exeunt in terram et qui m. -es vocantur. 9, 166 -s m. in terra scrobe effosso parit ova . . . fetumque in aquam ducit. 32, 67 -is m. cinis (*sim. pro remedio* 32, 112 mustelae marinae iecur, item -is [*an de -e vulgari?*]). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 11 -s m. (marinius *trad.*). *?* **b** *nude ponitur*: ENN. frg. var. 35 -es *enumerantur in hedyphageticis ut ibid.* 44 muriculi, -es (murex *Casaubonus*), . . . echini.

II *translate* (*cf. p. 1690, 22 sqq.*): **A** *de hominibus*: **1** *pro convicio*: PETRON. 58, 4 (*Hermeros Gitonem alloquitur*) -s, immo terrae tuber! **2** *pro blandimento*: MART. 11, 29, 3 (*poeta Phyllidi*) cum me -em (vitam *var. l.*, '*fort. interpol.*' *Heraeus*), cum me tua lumina dicis *eqs.*

B *de lacerto, musculo*: ISID. orig. 11, 1, 117 *in viscerum numero habentur* lacerti sive -es . . . appellanturque a nomine similium animalium sub terra delitescentium, nam inde musculi a -ium similitudine.

de herba q. d. -is auricula *v. vol. II 1495, 80 sqq.*

paronomasia c. sus MART. 11, 18, 18; *c.* musca *p. 1690, 45; c. nom. (cognom.) propr.* SYMPHOS. 440, 88 tit. *in iocoso veriloquio vocis* muraena PETRON. 56, 9.

deriv.: murarius (-a), muriculus (*?*), 1. muricus, murinus, musculus. *cf.* murrio, musia, musio, Musiritae.

compos.: muriceps, muricidus (*?*), murilegus, muscerdae, muscipula (-um), mustela (*?*).

v. Onom.

2. mus. *vox peregrina inc. orig., ut coniciunt Tietze, Glotta 28, 1940, 279 et Friedrich, ibid. 29, 1942, 61, qui cft. Hesych. μωύς· ἡ γῆ, Ἀνδοί. vocem nihili esse veriloquii gratia fictam censet Haffter in plagulis fort. rectius.* ISID. orig. 12, 3, 1 (*quae praecedunt v. p. 1689, 31 sqq.*) -s terra, unde et humus (20, 3, 4 *in veriloquio vocis* mustum. GLOSS.^{L} I Ansil. MV 314). 17, 2, 3 dictus fimus, quod fiat -s (*v. vol. VI 1, 765, 77*).

3. mus, ma, mum *pro* meus. *v. p. 913, 79 sqq. Ustrnul.*

***mūsa** (Mūsa), -ae *f.*, *μοῦσα*. *de origine*: CASSIOD. inst. 2, 5, 1 (*sec. Clem. Alex. protrept. 2, 31*) -ae . . . appellatae sunt apo tu maso (*i. μαστεύω sim.*), id est a quaerendo, quod per ipsas . . . vis carminum et vocis modulatio quaereretur (*inde* ISID. orig. 3, 15, 1). var. 4, 51, 8 -ae . . . Eoa (*i. graeca*) lingua quasi homousae (*i. ὁμοῦ οὖσαι*) dicuntur, quod invicem sicut virtutes necessariae sibi esse videantur. GRAMM. suppl. 234, 28 -a dicitur quasi moysa; moys (*vox nihili, ficta ut vid. ad veriloquium nominis q. e.* Moyses) enim graece dicitur aqua . . .; aqua namque multum iuvat in organo, quod in hydraulica potest videri (*cf. l. 58*). *scrib.* mú- CE 1965. 'muha' pro '-a' Boeoti PRISC. gramm. II 33, 2. *de formis* (*vocem inter verba* triptota *habet* GRAMM. suppl. 244, 6): *gen. sing.* -as *dici sec. graec. testatur* GRAMM. suppl. 94, 15; *in codd. non legitur.* -ai (*nom. pl., ut vid.*) *apud antiquos exstitisse testatur* PAVL. FEST. p. 25 (*iuxta* aulai); *in codd. non legitur.* *de notione*: MACR. somn. 2, 3, 1 theologi . . . novem -as octo sphaerarum musicos cantus et unam maximam concinentiam, quae confit ex omnibus, esse voluerunt; (2) unde Hesiodus in theogonia sua (*78*) octavam -am Vraniam vocat . . .; (4) -as esse mundi cantum etiam Etrusci sciunt, qui eas Camenas quasi canenas a canendo dixerunt. *legitur inde ab* ENN., LVCIL., OPILIO (*p. 1692, 4. 6*), VARRONE, CIC., CATVLLO, LVCR. *frequenter in poesi.*

dearum genus, i.q. μοῦσα. aequiperantur c. Camenis: ENN. ann. 2 -as quas memorant, nosce nos esse Camenas. *al. v. Onom. II 117, 26. 36. 39. 54. cf. p. 1692, 51. 1694, 80 et* AVSON. 410, 12 p. 269 P. adsurgit -ae nostra Camena tuae. *c. nymphis*: SERV. ecl. 7, 21 secundum Varronem ipsae sunt nymphae quae et -ae . . ., nec immerito, nam aquae motus musicen efficit, ut in hydraulia videmus (*cf. l. 40. inde* ISID. orig. 8, 11, 96. *eundem Vergilii locum affert* SCHOL. Hor. carm. 2, 19, 3 ['nymphas'] -as). *discernuntur* MACR. Sat. 7, 1, 16 (*sec. Plut. mor. 613d*) apud mensam . . . aptis philosophandum est, ut crateri liquoris . . . adhibeatur non modo nympharum, sed -arum quoque admixtione temperies.

I *in universum*: **A** *exempla ad mythologiam pertinentia*: **1** *de numero* (*fusius disputat sec. veteres* ARNOB. nat. 3, 37 sq.): CIC. nat. deor. 3, 54 (*Ioves sunt tres*) -ae primae quattuor [natae] Iove altero (*sequuntur corrupta*) . . ., secundae Iove tertio et Mnemosyne procreatae novem, tertiae *eqs.* (*inde* ARNOB. nat. 4, 15. GRAMM. suppl. 234, 32 novem . . . ideo dicuntur fuisse, quia novem sunt officia, quibus vox humana peragitur *eqs.*). PS. CENS. frg. 12, 3 organum quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam et acutam; inde -ae quoque tres olim existimatae, Hypate Mese Nete (SERV. ecl. 7, 21 Varro tres tantum -as esse commemorat: unam, quae ex aquae nascitur motu, alteram, quam aëris icti efficit sonus, tertiam, quae mera tantum voce consistit. AVG. doctr. christ. 2, 17, 27 [*e Varrone*] non . . . Iuppiter novem -as genuit, sed tres fabri ternas creaverunt [*cf. Alc. Avit. carm. 6, 16*]). **2** *de natu, natura sim.*: AMPEL. 2, 9 (*sec. Sositheum*) Crotus, filius nutricis -arum (*al. v. Onom. vol. II 733, 17 sqq.*). ARNOB. nat. 4, 24 Macari filiae . . . ancillulas profitetur *Myrtilus* fuisse -as (*cf.* DICT. 6, 7 [*de nuptiis Pelei et Thetidis*] ex feminis *ut quaeque cantando praevaluerant* plurimas '-as' cognominaverant). SERV. auct. ecl. 8, 12 *ait* Varro etiam -as (*sc. ut Liberum Patrem*) hedera coronari. PHILOCAL. (= POL. SILV.) fast. Iun. 13 (CIL I^2 p. 266) natalis -arum.

B *facete dicta*: **1** *novenorum librorum opera -ae nominantur*: SVET. gramm. 6, 3 *Aurelius Opilius* composuit . . . variae eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis (cui est titulus '-arum' *suppl. Robinson*), quae (qui *trad.*), quia scriptores ac poetas sub clientela -arum iudicaret, non absurde et fecisse et ⟨in⟩scripsisse se ait ex numero divarum et appellatione (GELL. 1, 25, 17 Aurelius . . . Opilius in primo librorum, quos '-arum' inscripsit. *cf.* praef. 6 alii '-arum' inscripserunt, alii 'silvarum' *eqs.*). *hinc explicare velimus* CIC. ac. 1, 2 silent . . . diutius '-ae' Varronis quam solebant, nec tamen istum cessare, sed celare quae scribat existimo ([*Reid ad l. vix recte confert p. 1694, 4. 5*]. ARNOB. nat. 6, 11 pro Marte Romanos hastam *coluisse*, V. ut indicant -ae [*Clem. Alex. protrept. 4, 46 Οὐάρρων ὁ συγγραφεύς*]; *significari videntur disciplinarum libri; rem tractabimus MusHelv. 23, 1966* ['*Beitr. a. d. Thes.-Arbeit*']). **2** *Sappho decima -a appellatur*: AVSON. 32, 1 p. 331 P. Lesbia Pieriis Sappho soror addita -is; *εἰμ' ἐνάτη λυρικῶν, Ἀονίδων δεκάτη.*

II *de -is poesin, musicam, artes sim. foventibus*: **A** *vi propria vigente vel plus minus servata* (*v. quae monebimus p. 1694, 41 sqq.*): **1** *usu communi*: **a** *strictius respicitur ars poetica sim.*: *α generalia*: Ⓘ *plur.*: ENN. ann. 1 -ae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum (*invocantur ut*: VERG. georg. 4, 315 Aen. 9, 77. OV. met. 15, 622 [*sec. Verg. Aen. 7, 641 = 10, 163* deae]. *et saepius. v. et l. 33. 51. 63. p. 1693, 69. cf. infra l. 81 sqq. et* VARRO rust. 1, 1, 4 prius invocabo eos *deos* nec, ut Homerus et Ennius, -as, sed duodecim deos Consentes. PRIAP. 2, 3 scripsi non nimium laboriosa, nec -as tamen, ut solent poetae, ad non virgineum locum vocavi). 215 (*versu manco*) -arum scopulos. 299 tibia -arum pangit melos *in ovatione Marcelli*. LVCIL. 1008 haurire . . . -arum e fontibus. VARRO Men. 356 Pacvi discipulus dicor . . ., Ennius -arum *fuit* (*cf.* CE 55, 9 [*s. I a. Chr.; in praescripto*: erodita omnes artes] docta, erodita paene -arum manu). CIC. Arat. frg. 1 a Iove -arum primordia ([*gr. 1 ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, cf. Theocr. 17, 1 ἐκ Δ. ἀ. καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι*]. VERG. ecl. 3, 60 ab I. principium -ae: . . . illi mea carmina curae [SERV.: vel '-ae meae ab I. est p.' vel 'o -ae, sumamus ab I. p.']). Arch. 27 Fulvius non dubitavit Martis manubias -is consecrare; . . . imperatores . . . poetarum nomen et -arum delubra coluerunt *eqs.* (*cf.* PHAEDR. 3 prol. 16 intrare si -arum limen cogitas. SIL. 8, 593 Mantua, -arum domus *eqs.* IVV. 7, 37 et -arum et Apollinis aede). div. 2, 123 si sine medico medicinam dabit Minerva, -ae scribendi, legendi, ceterarum artium scientiam somniantibus non dabunt? CATVLL. 65, 3 me . . . cura . . . sevocat a doctis . . . virginibus nec potis est dulces -arum expromere fetus mens animi (*cf.* OV. ars 3, 412 doctis . . . -is). 68, 7 nec veterum dulci scriptorum carmine -ae oblectant *Manium*. 68, 10 munera . . . et -arum hinc (*i. a me*) petis et Veneris (*cf. p. 1664, 42 et* HOR. epist. 2, 1, 243 -arum dona). 105, 2 *Mamurram Helicona petentem* -ae furcillis praecipitem eiciunt. LVCR. 1, 925 laudis spes . . . incussit suavem mi in pectus amorem -arum, quo nunc instinctus . . . Pieridum peragro loca. 1, 930 (= 4, 5) petere inde coronam, unde prius nulli velarint tempora -ae. VERG. ecl. 6, 69 (*Linus Gallo*) hos tibi dant calamos . . . -ae, Ascraeo quos ante seni *eqs.* 7, 19 alternis . . . contendere versibus ambo coepere; alternos -ae meminisse volebant ([volebam *var. l., quae si vera esset, invocarentur -ae sec.* SERV. *ad l.*]. *cf. 3, 59* amant alterna Camenae). georg. 2, 475 me . . . dulces ante omnia -ae, quarum sacra fero . . ., accipiant caelique vias . . . monstrent. 3, 11 primus ego in patriam mecum . . . Aonio rediens deducam vertice -as (*inde* CARM. de resurr. 33 talia compositis deducam carmina -is). Aen. 9, 774 amicum Crethea -is, Crethea -arum comitem, cui carmina semper . . . cordi *eqs.* (HOR. carm. 1, 26, 1 *poeta* -is amicus. *v. et vol. III 1774, 51 sqq.*). HOR. carm. 1, 32, 9 *Alcaeus* Liberum et -as Veneremque . . ., canebat. 3, 1, 3 -arum sacerdos (OV. am. 3, 8, 23 -arum . . . Phoebique s. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 7, 40 p. 10, 22 -arum sacerdotium profitentur *poetae*). 3, 19, 3 qui -as amat impares (*i. novem*) . . . vates *eqs.* TIB. 1, 4, 65 Pieridas, pueri, doctos et amate poetas . . .; quem referent -ae, vivet . . .; (67) at qui non audit -as *eqs.* 2, 4, 15 ite procul, -ae, si non prodestis amanti *eqs.* PROP. 1, 8, 41 *Cynthiam flexi carmine*; sunt igitur -ae *eqs.* 2, 34, 31 (*dub. interpr.*) memorem -is . . . Philitan. 3, 3, 29 *in antro pendebant* tympana . . ., orgia (ergo *trad.*) -arum et Sileni . . . imago (*cf.* CENS. 12, 2 non -is tibiae ceteraque id genus essent attributa). 3, 5, 20 -arum . . . choris (*al. v. vol. III 1024, 63 sqq.*) MANIL. 4, 381 nec *tantum* Gemini -as nec merces Cancer amabit (*cf. 4, 152 sqq.*). GERM. 444 hoc opus arcanis (*i. tacentibus ut vid., cf. p. 1693, 7*) an credam postmodo -is *eqs.* CALP. ecl. 4, 23 frange, puer, calamos et inanes desere -as. STAT. Theb. 6, 355 cantu -arum . . . mulcens concilium . . . Apollo. MART. 9, 11, 17 nobis non licet esse tam disertis (*sc. quam Graecis*), qui -as colimus severiores. GELL. praef. 19 inter eiusdem -ae aemulos (*cf.* 9, 10, 1 Annianus poeta et plerique cum eo eiusdem -ae viri). *al. argutius apes ad -as referuntur*: VARRO rust. 3, 16, 7 quae *apes* cum causa -arum esse dicunt⟨ur⟩ volucres, quod et, si quando displicatae sunt, cymbalis et plausibus numero⟨sis⟩ redducunt in locum unum, et, ⟨ut⟩ his dis Helicona atque Olympon attribuerunt homines, sic his floridos et incultos natura attribuit montes.

Ⓘ *sing.*: ENN. ann. 326 insece, -a, . . . induperator quod quisque . . . gessit (*invocatur more Homerico ut*: LVCR. *p. 1693, 26*. VERG. Aen. 1, 8 HOR. sat. 1, 5, 53. carm. 2, 1, 37 ne relictis, -a, procax iocis Ceae retractes munera naeniae *eqs.* 3, 3, 70 epist. 1, 8, 2. PROP. *p. 1693, 26*. OV.

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1694, 45. met. 10, 148 ab Iove, -a parens, ... carmina nostra move [*cf. p. 1692, 30*]. VAL. FL. 3, 213. 6, 34. 516 SIL. 1, 3. *al. adde l. 56*). PORC. LIC. carm. frg. 1, 1 Poenico bello secundo -a pinnato gradu intulit se bellicosam in Romuli gentem feram. HOR. sat. 2, 3, 105 nec studio citharae nec -ae deditus ulli (*cf. p. 1694, 19 sqq.*). carm. 1, 6, 10 imbellis ... lyrae -a potens vetat *bella canere* (*cf.* ars 407 -a lyrae sollers). 2, 10, 19 quondam cithara tacentem suscitat -am ... Apollo. 2, 12, 13 tu ... pedestribus dices historiis proelia ...; me dulces dominae -a Licymniae cantus ... voluit dicere *eqs.* 4, 8, 28 dignum laude virum -a vetat mori: caelo -a beat. epist. 1, 3, 13 fidibusne Latinis Thebanos aptare modos studet *Titius* auspice -a an tragica desaevit ... in arte? 2, 1, 133 puella ... disceret unde preces, vatem ni -a dedisset? (ars 83 -a dedit fidibus ... libera vina referre. 323). PROP. 4, 6, 75 ingenium potis (positis *var. l.*) irritet -a poetis; Bacche, soles Phoebo fertilis esse tuo. OV. rem. 12 nec nova praeteritum -a retexit opus. met. 5, 294 -a loquebatur (*cf.* 5, 337 refert. fast. 1, 660 inquit. *sim. al.; v. et p. 1694, 30sqq.*). trist. 4, 1, 88 in tantis hospita -a malis. *al.* MANIL. 2, 42 *Theocritus* -am ... inducit in aulas ([*Housman*, auras *trad.*; antra *Bentley, alia alii*]. *cf.* QVINT. inst. 10, 1, 55 amabilis in suo genere Theocritus, sed -a illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat). COLVM. 10, 228 quae canat inter opus -a modulante putator. MART. 9, 25, 5 et parvae nonnulla est gratia -ae (*infra*: nostra Thalia). GELL. 19, 9, 7 quae *lingua Latina* nullas voluptates nullamque mulcedinem Veneris atque -ae haberet.

al. *apponitur nom. propr.*: LVCR. 6, 93 mihi ... spatium praemonstra, callida -a Calliope (*cf.* PROP. 4, 6, 11 -a, ... referemus Apollinis aedem: res est, C., digna favore tuo). CASSIOD. var. 4, 51, 8 -a Polymnia. CE 1944, 1 -a Terpsichor⟨e⟩.

β specialia: Ⓘ *-a (-ae) certorum poetarum (fere sing., plur. l. 52. 60. 61; v. et p. 1694, 57)*: Ⓐ *poetae (scriptores) loquuntur de ingeniis aliorum poetarum*: CATVLL. 35, 17 (*de amica Caecilii*) Sapphicā puella -ā doctior (*aliter p. 1692, 14*). OV. am. 3, 1, 27 (*Tragoedia ad poetam*) quod tenerae cantent, lusit tua -a, puellae. ars 3, 330 vinosi Teia -a senis *Anacreontis* (rem. 762 trist. 2, 364). trist. 2, 496 nec video ... unum, quem sua perdiderit -a; repertus ego. Pont. 4, 14, 32 agricolae -a ... senis *Hesiodi*. 4, 16, 29sq. -a ... Turrani tragicis innixa cothurnis (*cf. l. 74. p. 1694, 67*) et tua cum socco -a, Melisse, levi[s]. PETRON. 135, 8 v. 16 quam *Hecalen* -a ... Battiadae vatis (Baccineas veteres *trad.*) ... tradidit aevo. STAT. silv. 2, 7, 75 cedet -a rudis ferocis Enni. ARNOB. nat. 3, 10 Cererem, -a ut praedicat Lucretia (*4, 1168*; -tii *Sabaeus*), mammosam. PS. AVR. VICT. orig. 1, 1 ut ... Maronis -a testatur illis versibus *eqs.* (AVSON. 325, 1 p. 110 P. aeris in campis, memorat quos -a M. VEN. FORT. carm. 8, 18, 5). AVSON. 203, 6 p. 62 P. Cei -a Simonidei. *in oppositione*: AVSON. 393, 9 p. 245 P. -ae non Helicone satae nec fonte caballi, sed quae facunde de pectore Clementini inspirant vacuos aliena mente poetas. *iocose*: AVG. ord. 1, 3, 6 p. 125, 13 (*Licentio expergefacto*) video tibi -am tuam lumen ... accendisse (*cf. p. 1694, 74 et* retract. 1, 3, 2 displicet mihi ..., quod -as quasi aliquas deas quamvis iocando commemoravi). Ⓑ *poetae loquuntur de suo ingenio*: VERG. ecl. 3, 84 Pollio amat nostram, quamvis est rustica, -am. CIRIS 10 detexere munus, in quo iure meas utinam requiescere -as ... liceat. CVLEX 6 culpare iocos -amque *meam* (*i. -am iocosam*). 8 graviore sono tibi -a loquetur nostra. HOR. carm. 1, 17, 14 dis pietas mea et -a cordi est. PROP. 2, 1, 35. 2, 10, 10. 2, 12, 22 haec mea -a levis gloria magna tua est. OV. am. 3, 1, 6 rem. 362. 609. fast. 2, 359 adde peregrinis causas, mea -a, Latinas. trist. 2, 313 in nostra nimia est lascivia -a. 2, 364 vita verecunda est, -a iocosa mea est. Pont. 3, 4, 46 ad laetum carmen vix mea -a venit (*G solus, def. Knoche, RhM. 85, 1936, 59*; mea versa lyra est *cett. deficiente A*). MART. 9, 58, 6 (*ad fontem quendam*) excipe ... mea dona, libellos; tu fueris -is Pegasis unda meis. 9, 99, 1 Marcus amat nostras ... -as. *al.*

Ⓘ *-ae certarum regionum (v. et l. 80)*: VERG. ecl. 4, 1 Sicelides -ae, paulo maiora canamus (SIL. 14, 467). VARRO ling. 7, 20 (*ad* ENN. *p. 1692, 19*) a quo *monte* potius *quam a caelo* -as dictas Olympiadas; ita enim a terrestribus locis aliis cognominatae Libethrides, Pimpleides, Thespiades, Heliconides. GERM. 15 Latiis ... -is (COLVM. 1 praef. 30 LVCAN. 9, 983. *cf.* SERV. ecl. 6, 1 ['nostra Thalia'] Romana ... -a). COLVM. 10, 40 quae cura satis *sit* ..., Pierides tenui deducite carmine -ae (*cf. p. 1692, 14*). AVSON. 418, 73 p. 289 P. Boeotia numina, -ae. CLAVD. 21, 181 rustica -a Lycaei. CARM. inc. Comment. in Don. gramm. IV 424, 30 -ae Aonides. *peculiariter* (*cf. supra l. 34*): AVIEN. Arat. 66 (*de Arato*) incola Tauri -a.

Ⓘ *-a tragoediae (cf. l. 36)*: HOR. carm. 2, 1, 9 *dum Pollio maius carmen meditatur*, paulum severae -a tragoediae desit theatris.

b *latius respiciuntur variae artes, scientiae sim.* (*cf.* CIC. Tusc. 5, 66 qui modo cum -is, id est cum humanitate et doctrina, habeat aliquod commercium. nat. deor. 3, 88 Pythagoras, cum in geometria quiddam novi invenisset, -is bovem immolavisse dicitur [*de eadem re* VITR. 9 praef. 7]. *v. etiam p. 1692, 1 sqq. 29. 1694, 25 sqq.*): VARRO Men. 379 ales gallus (*subaudiatur Plotius Gallus*), qui suscitabat Atticarum (aithrarum *trad.*, aetherearum *Onions*) -arum scriptores (AVSON. 198, 3 p. 57 P. an Corinthi anne Sperchei pariterque nati Atticas -as memorem Mnesthei grammaticorum?). CIC. orat. 12 forenses causas, quas, ut illi ipsi (*sc. Plato, Aristoteles al., ut vid.; cf. Phaedr. 229e ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος*) dicere solebant, agrestioribus -is reliquerunt. Att. 2, 4, 2 cum -is nos delectabimus animo aequo (*cf.* 2, 5, 2 cum omnibus -is rationem habere cogito). fam. 1, 9, 23 me [et]iam ab orationibus diiungo fere referoque ad mansuetiores -as ...; scripsi igitur ... libros *de oratore*. 16, 10, 2 tu *Tiro* -is nostris para ut operas reddas. PROP. 4, 4, 51 o utinam magicae nossem cantamina -ae. PETRON. 68, 7 (*loq. Habinnas de servo suo*) idem sutor est, idem cocus, idem pistor, omnis -ae mancipium (*cf. 43, 8* omnis Minervae homo). CARM. de pond. 102 quod (*sc. differentiam ponderis variorum liquorum*) tibi mechanica promptum est deprendere -a. GELL. 9, 3, 2 *Philippus pater Alexandri* a liberali ... -a et a studiis humanitatis numquam afuit, quin lepide comiterque pleraque et faceret et diceret; feruntur adeo libri epistularum eius *eqs.* BOETH. cons. 1, 1, 11 W. (*verba Philosophiae*) abite ..., Sirenes usque in exitium dulces (*cf.* 7 poeticas -as), meisque eum -is curandum ... relinquite (*cf. Plat. rep. 548b τῆς ἀληθινῆς μουσης τῆς μετὰ λόγων καὶ φιλοσοφίας*). 3 carm. 11, 15 quodsi Platonis -a personat verum *eqs.*

2 *in elocutionibus plus minus proverbialibus*: VARRO Men. 59 cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit -a *eqs.* (*cf.* CIC. Arch. 20 aversus a -is. OV. am. 3, 12, 17 aversis ... -is. MART. 2, 89, 3 carmina quod scribis -is et Apolline nullo, laudari debes: hoc Ciceronis habes. QVINT. 1, 10, 21 in proverbium usque Graecorum celebratum est, 'indoctos a -is atque a Gratiis abesse'. CLAVD. carm. min. 44, 4 procul a -is. *v. et p. 1693, 5. 24*). CIC. Brut. 187 Antigenidas ... discipulo frigenti ad populum: 'mihi cane et -is'; ego huic Bruto ... 'mihi cane et populo ...' dixerim (VAL. MAX. 3, 7 ext. 2 SYMM. epist. 9, 115, 2. HIER. in Ier. 3, 1, 2 [*cf.* praef. par. sec. hebr. p. 7, 1] iuxta Ismenium poetam mihi canens et meis [*desideratur* -is. *cf.* epist. 50, 2, 3 cuius *Ioviniani* nemo scripta intellegeret, qui sibi tantum caneret et -is]). orat. 62 Xenophontis voce -as quasi locutas ferunt ([*inde* QVINT. inst. 10, 1, 33]. HOR. epist. 2, 1, 27 sic fautor veterum, ut tabulas *duodecim* ..., foedera regum ..., pontificum libros, annosa volumina vatum dictitet Albano -as in monte l. QVINT. inst. 10, 1, 99 licet Varro '-as', Aeli Stilonis sententia, 'Plautino' dicat 'sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent'. PLIN. epist. 2, 13, 7 epistulas ... scribit *Voconius*, ut -as ipsas Latine loqui credas. *cf.* HIER. epist. 57, 12, 3 haec est Plautina eloquentia, hic lepos Atticus et -arum, ut dicunt, eloquio comparandus. *v. et p. 1692, 28*). QVINT. inst. 1, 10, 28 libet propter quosdam imperitiores etiam 'crassiore', ut vocant, '-a' dubitationem ... eximere.

B *translate*: **1** *de ipsis carminibus sim.* (*exempla certiora, poetica praeter l. 71 sqq.; nonnulla sub A allata huc referri posse vix negaverimus, e. g. p. 1692, 30. 55. 1693, 51. al.; ambiguitas maxime apparet* PROP. 3, 1, 10 a me nata coronatis -a triumphet equis ... non datur ad -as currere lata via. OV. am. 1, 1, 30 cingere ... flaventia tempora myrto, -a, per undenos emodulanda pedes. HYG. astr. 2, 27 [*sec. Sositheum*] Crotum ... cum -is solitum delectari ... et celerrimum in silvis et acutissimum in -is factum esse): LVCIL. 549 si messes facis ⟨et⟩ -as si vendis Lavernae ('*id est si aliorum scriptorum fur compilas libros*' *Marx*). CIC. carm. frg. 29, 5 (*2* nostros ... cantus) *nemo adhuc Sirenas praetervectus est*, quin prius adstiterit vocum dulcedine captus, post, variis avido satiatus pectore -is, doctior ad patrias ... pervenerit oras (*Hom. μ 188 τερψάμενος*). LVCR. 4, 589 *Pan calamis canit*, fistula silvestrem ne cesset fundere -am (VERG. ecl. 1, 2 s. [agrestem *var. l.*] ... -am meditaris avena. *cf. p. 1693, 51 et* LVCR. 5, 1398 tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinni consuerant; agrestis enim tum -a vigebat [VERG. ecl. 6, 8 agrestem ... meditabor harundine -am. *v. et supra l. 1*]). VERG. ecl. 8, 1 -am Damonis et Alphesiboei ..., quorum stupefactae carmine lynces ..., Damonis -am dicemus *eqs.* Aen. 10, 191 canit et maestum -a solatur amorem. HOR. sat. 2, 6, 17 quid ... illustrem saturis -aque pedestri? epist. 1, 19, 28 temperat Archilochi -am pede ... Sappho, temperat Alcaeus. PROP. 2, 13, 3 *Amor* me tam graciles vetuit contemnere -as *eqs.* OV. am. 3, 15, 9 imbelles elegi, genialis -a, valete, ... superstes opus (*cf.* MART. 7, 46, 5 divitibus poteris -as elegosque sonantes mittere, pauperibus munera *πεζὰ* dato). trist. 2, 3 cur modo damnatas repeto, mea crimina, -as? Pont. 2, 4, 14 saepe tuas venit factum modo carmen ad aures, et nova iudicio subdita -a tuo est. MART. 2, 41, 21 tragicis vacare -is (*cf. p. 1693, 36*). 2, 92, 2 natorum mihi ius trium roganti -arum pretium dedit mearum *Caesar*. TIBERIAN. carm. 1, 18 *frondibus* melos vocalis aurae -a zephyri moverat. HIL. in psalm. 149, 2 p. 867, 21 ('filii Sion exultent') laetabuntur in choro ... psallentes; haec ... -a (musica *vel* causa *Benedictini*) laetitiae in tabernaculis ... est, et in symphoniae cantu *eqs.* AVG. ord. 1, 8, 24 (*ad Licentium carmen de Pyramo et Thisbe componentem, cf. p. 1693, 47*) vade ... interim ad tuas -as (*antea*: redeundum tibi est ad illos versus). BOETH. cons. 1, 5, 10 W. in extremo -ae saevientis ... vota posuisti. *al. huc fort. pertinet* PRISC. gramm. III 234, 7 (*inter exempla adhibendi gerundii*) 'legendi Vergilium' et '-am' et '-as'. **2** *de hominibus, civitate* (*paulo aliter p. 1693, 72*): OV. Pont. 4, 3, 16 ille ego iudiciis unica -a tuis. APVL. flor. 20 p. 98 Carthago provinciae nostrae magistra venerabilis, C. Africae -a caelestis, C. Camena togatorum.

de deo q. e. Hercules -arum *v.* Hercules.

de herba q. e. -arum carduus *v. vol. III 448, 15.*

cf. Onom. (-a *cogn.*) *et* 1. musaeus, 1. museum, musicus, *pro compos.* musagenes, musagetes, musiarcus, musigena, musigenus, musurga.

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

musach *indecl., hebr.* mîsak. VVLG. IV reg. 16, 18 (*contextu hebr. corrupto*) m. . . . sabbati, quod aedificaverat in templo, . . . convertit in templum.

musaeārius *v.* musivarius.

1. mūsaeus (-ēus), -a, -um, *μουσαῖος*. *cf.* museum. *scrib.* -sae- LVCR. *tantum*, -se- GERM., CLAVD., DRAC. (*ubi altero loco fere* -sei-), GLOSS.; *cf. p. 1701, 25 sqq.* *i. q. ad musam vel musas pertinens* (GLOSS. opus -um : carmen musarum): LVCR. 1, 934 (= 4, 9) obscura de re tam lucida pango carmina, -o contingens cuncta lepore (*quae praecedunt v. p. 1692, 47*). 1, 947 (= 4, 22) carmine Pierio rationem exponere nostram et quasi -o dulci contingere melle. 2, 412 ne . . . putes serrae stridentis acerbum horrorem constare elementis levibus aeque ac -a mele, per chordas organici quae . . . figurant. GERM. 220 (*de Hippocrene*) -os fontes. CLAVD. carm. min. app. 5, 40 ipsa loqui . . . scis . . . et -a tuis insedit cura medullis. DRAC. Romul. 1, 11 natura . . . quīs negat concordiam, hos chelys -a totos Orpheusque miscuit. 7, 31 *puellae* quatiant dulces -o pectine chordas.

2. musaeus (-ēus) *v.* musivum (-us).

mūsagenēs *m.* *ad instar vocum graecarum velut νυμφᾱγενής formatum ex μοῦσα et -γενής.* *i. q. ex musa natus, musae filius*: DRAC. Romul. 8, 23 quicquid contempsit uterque scribere -es (*sc. Homerus et Vergilius; 'cave conicias* musagetes' *Vollmer ad l.*), hoc vilis colligo vates.

mūsāgetēs, *acc.* -ēn *m., μουσαγέτης.* *i. q. musarum dux*: PROB. Verg. georg. 3, 293 Apollo . . . dicitur -es (-is *var. l.*), quia musarum ⟨dux⟩ existimetur, ut Lutatius (*hist. 6 P.*) . . . ait 'qui deorum curam egerat' (quod earum chorum regat *Haupt; alii alia*). PANEG. 9, 7, 3 *Fulvius Nobilior aedem Herculis musarum consecravit certior factus* Heraclen -en esse, id est comitem ducemque musarum.

musario *v.* mussirio. **musārius** *v.* musivarius. *Oomes.*

***musca,** *-ae f.* [*cf. c. gr. μυῖα, lituan.* musė, *slavon.* mucha, *mъšica 'musca', alban.* mi-ze '*musca*', *theod.* Mücke. *J. B. H.*] *scrib.* must- *infra l. 74 fort. vulgariter, cf. p. 1697, 7. 53.* NOT. Tir. 109, 58. GLOSS. *μυῖα. cf.* ISID. orig. 12, 8, 11 -a ex Graeco venit. *inde a* PLAVTO, CIC., NIGID., VARRONE. [*val.* muscă, *it.* mosca, *sard. centr. et mer.* muska, *raet. occ.* muosk'a, *raet. or.* mosk'e, *francog.* mouche, *prov., cat., hisp., port.* mosca. *cf. M.-L. 5766. Battisti-Alessio IV 2515. Wagner II 143. Corominas III 452. Machado II 1542. G.*] [*dub. interpr.*: PLAVT. Poen. 690 sq. dixerunt . . . te quaeritare *hospitium* a -is.:: minime gentium . . ., quia ⟨a⟩ -is si mi hospitium quaererem, . . . irem in carcerem (*temptaverunt alii alia, probabilia ne Lindsay quidem, ALL 8, 1893, 442 et ClRev. 10, 1896, 333*).]

i. q. μυῖα (*respondet passim, raro σκνίψ* [VVLG. sap. 19, 10], *ἐμπίς* [EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 3. *cf. p. 1696, 1*]; *ad rem v. Wellmann, RE VI 2744 sqq.*): **I** *proprie*: **A** *exempla naturam, genera, virtutes sim. illustrantia*: **1** *usu stricto et communi*: **a** *vario*: CIC. de orat. 2, 247 (*verba Vargulae*) puer, abige -as *sc. Sempronios Muscas* (*v. vol. I 95, 72 sqq. et cf. l. 62. p. 1696, 32*). Brut. 217 (*verba Sicinii*) nisi se . . . iactavisset *Curio*, hodie te (*Octavium medicamentis delibutum*) istic -ae comedissent. VARRO rust. 2, 9, 14 perungunt aures et inter digitos *catulorum*, quod -ae . . . soleant . . . ea exulcerare (*cf.* COLVM. 7, 13, 1). 3, 16, 6 *apes* pungunt, non, ut -ae, ligurriunt, quod nemo has videt, ut illas, in carne *eqs.* 3, 16, 38 *apes* revivescunt, ut solet similiter fieri in -is aqua necatis (*inde* ISID. orig. 12, 8, 11. *cf.* PLIN. nat. 11, 120). PHAEDR. 5, 3, 1 calvi momordit -a . . . caput *eqs.* (*de pungentibus ut*: PLIN. nat. 11, 100 aculeus in ore . . . culici et quibusdam -is *eqs.* [HIER. vita Pauli 3 ut -arum aculeis cederet martyr *melle perunctus*]. TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 12 sustine -ae spicula, culicis . . . lanceam [AVIEN. Arat. 1717 defigunt spicula -ae *imbris nuntiae*]). SEN. dial. 4, 25, 3 -a parum curiose fugata (MART. 3, 82, 12). rem. fort. 10, 4 mel -ae secuntur. COLVM. 6, 16, 3 ne infestentur *ulcera boum* a -is, quae . . . vermes creant. *al.* PLIN. nat. 8, 30 abigendo taedio -arum. *al.* MART. 14, 67, 1 *v. p. 1696, 69. et passim.* **b** *in fabulis*: PHAEDR. 3, 6, 1 -a in temone sedit et mulam increpans *eqs.* 4, 25 (24), 2 formica et -a contendebant *eqs.* **c** *in medicina*: COLVM. 6, 30, 4 (*inde* PALLAD. vet. med. 22. *al.*) *si urina non fit,* inditur foramini . . . -a viva (*cf.* PLIN. nat. 28, 29 [*de remediis lippitudinis*] viventem -am in linteolo [*sim.* MARCELL. med. 8, 52]). PLIN. nat. 29, 106 -arum capita recentia *alopecias replent* . . .; alii sanguine -arum utuntur, alii . . . cinerem earum inlinunt *eqs.* (CHIRON 998 MARCELL. med. 6, 21 Ps. THEOD. PRISC. add. p. 270, 24 ANTIDOT. Brux. 165. 215). 29, 115. 30, 108 (*inde* PLIN. med. 3, 7, 1). 30, 121. 30, 134 supercilia denigrari -is tritis tradunt (*cf.* CHIRON 789 pilos albos ad colorem ut reddas: . . . prendes -as [*trad.* mustas, *corr. Niedermann, Recueil 198; cf. supra l. 32*] et . . . teris *eqs.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 36. 40. *cf. l. 81.* **d** *in superstitione*: APVL. met. 2, 22, 3 mures, immo vero etiam -as induunt *versipelles*. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 861 furorem daemonis in parvam potuisti adstringere -am (*cf. p. 1696, 45*).

2 *indicantur genera specialia per adi.*: NIGID. Serv. auct. georg. 3, 146 asilus est -a varia ('*fortasse* virosa *i. e. venenata' Thilo*), tabanus *eqs.* PLIN. nat. 30, 92 fuere et qui -as XXI rufas, et quidem a mortuo, . . . darent. ITALA psalm. 77, 45 (cod. 400 = PSALT. Rom.) -am caninam ([*gr. κυνόμυιαν, Vulg. al.* cynomiam, HIER. psalt. sec. Hebr. genus omne -arum]. 104, 31 [cod. 400; HIER. *l. c.* -a omnimoda]. *al. v. vol. III 252, 44 sqq. cf.* HIER. epist. 106, 86, 2). GLOSS. II 296, 30 *ἐμπίς* -a vinaria (*cf. p. 1695, 44*).

3 *latius per variationem significantur apes* (*iocose* LAMPR. Heliog. 26, 8 apes mansuetas eas *-as* appellans; *distinguuntur p. 1695, 52. 53 et saepe*): PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 11 quaero . . ., quid tibi praestantius videatur, mel aut apis, -a an cera; . . . quae conficit vilis est, et plus est ipsa . . . confectio, et pretiosiora sunt mella quam -a.

B *cum acumine dicta*: **1** *locutiones facetae vel proverbiales* (*dub. p. 1695, 39; cf. Otto, Sprichw. p. 235 sq., qui etiam p. 1695, 78 huc trahit*): PLAVT. Truc. 284 quas tu mulieres mihi narras, ubi -a nulla feminast in aedibus? (*cf.* SVET. Dom. 3, 1 [*sim.* AVR. VICT. Caes. 11, 6 Ps. AVR. VICT. epit. 11, 8] solebat . . . -as captare . . ., ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Caesare, . . . responsum sit a Vibio Crispo, 'ne -am quidem'). SEN. apocol. 10, 3 *Claudius* non posse videtur -am excitare. benef. 3, 31, 4 si vitam inputas mihi . . . et id ut magnum bonum iactas, cogita te mihi inputare -arum ac vermium bonum. TERT. anim, 16, 3 ut illud quidem (*sc. indignativum*) commune sit nobis et leonibus, istud vero (*sc. concupiscentivum*) cum -is. ITALA eccles. 10, 1 (Optat. 7, 4 p. 173, 26; *cf.* VVLG.) -ae moriturae (morientes *Vulg.*) exterminant olei suavitatem (*v. sub II necnon l. 72; huc spectare videtur etiam* ENNOD. epist. 9, 21, 1 p. 243, 18). AVG. civ. 5, 7 p. 200, 22 D. ceteros rerum ortus ita inhiberi, ut cum illo *homine* sub eadem caeli plaga nec -a nascatur. **2** *comparationes*: PLAVT. Curc. 500 item genus est lenonium inter homines . . . ut -ae, culices (*eqs.*) . . .: odio et malo et molestiae . . . estis. Truc. 65 nunc lenonum et scortorum plus est fere, quam olim -arum est cum caletur maxime. PETRON. 42, 4 minoris quam -ae sumus. 135, 6 *Oenothea* dentibus . . . folliculos *fabarum* pariter spoliat atque in terram veluti -arum imagines despuit. HIER. epist. 60, 4, 1 *homines* velut -ae et culices conterebantur; absque notitia enim creatoris sui omnis homo pecus est. AVG. civ. 2, 22 p. 84, 19 D. maiores . . . moribus suis ab urbis altaribus tam multos ac minutos deos tamquam -as abegerunt (in euang. Ioh. 102, 4 *corporalia* tamquam importunas -as ab interioribus oculis. GREG. M. moral. 30, 52 motus . . . cogitationum quasi . . . -as ab oculis mentis). VITAE patr. 3, 195 p. 803^{A} (*cf.* 6, 3, 2 p. 1005^{D}) vidit tamquam -as daemones venientes (PALLAD. hist. mon. I 7 p. 279^{C} [*cf.* II 14 p. 369^{D}] ut amplius nos a -is quam ille a d. terreretur. *cf. l. 46*). MVTIAN. Chrysost. hom. 16, 3 p. 343/4 *divitias* tamquam -as videbimus, si in illa altitudine sederimus (*antea*: ita videbimus homines, ut putemus a formicis nihil differre). **3** *forma 'ille -a est' sim.*: PLAVT. Merc. 361 -ast meus pater, nil potest clam illum haberi *eqs.* AVG. in euang. Ioh. 1, 14 *catholicus quidam* cum taedium passus est ad -as, -a factus est, quem diabolus possiderit (*eo, quod Manichaeus quidam illi persuasit cum -is etiam hominem a diabolo factum esse*).

II *metaphorice et allegorice*: PS. ORIG. tract. 10 p. 115, 6 -as et tabanos intellegere debemus . . . daemones et erraticos spiritus *eqs.* (*cf.* EVCHER. form. 4 p. 24, 25 -a diabolus [*affert* eccles. 10, 1, *v. supra l. 19*]. *v. etiam l. 35. 42. p. 1695, 78 et vol. II 1799, 80 sqq.* [Beelzebub], *quo pertinet* FILASTR. 13, 1 sq.). OPTAT. 7, 4 p. 174, 1 *Donatistae* -as morituras nos appellant *eqs.* (*v. supra l. 19 et cf.* VINCENT. LER. 9, 8 -ae morituraе, quales sunt Pelagiani). VVLG. Is. 7, 18 sibilabit dominus -ae, quae est in extremo fluminum Aegypti ([*cf. exod. 8, 21 sqq.*]. HIER. *ad l.*: -as . . . Aegyptios vocat propter sordes idololatriae et imbellem populum. *huc spectat etiam* VEREC. in cant. 6, 14 volubilitas . . . eloquentiae saecularis, in cuius extremo -a insidet falsitatis). AVG. epist. 55, 29 (*ad* exod. 8, 21) inquietudinem -ae illae . . . significaverunt (*sim.* GREG. M. moral. 18, 68 [*inde amplius* ISID. in exod. 14, 8 sq.], *ubi etiam* eccles. 10, 1 *affertur*).

in paronomasia c. mus *p. 1695, 76; cf. p. 1698, 14.*

deriv.: muscarius, muscio (*?*), 1. muscula.

cf. 3. muscus *et Onom.*

muscārius, -a, -um. *a* musca. *i. q. ad muscas pertinens*: VITR. 7, 3, 11 cannae clavis -is . . . figantur (*intellegi solent capite amplo ornati; forsitan conferri possint l. 82 et Chiron 79* verruca . . . alta quasi muscae amplae caput). PLIN. nat. 29, 131 aranei -i tela.

neutr. **muscārium,** -ī *pro subst.* GLOSS. *μυιοσόβιον.* flabellum.

1 *i. q. flabellum muscis abigendis aptum*: **a** *proprie*: *α strictius in usu hominum*: MART. 14, 67 tit. -um pavoninum: lambere quae turpes prohibet tua prandia muscas, alitis . . . cauda . . . fuit. HIER. epist. 44, 2 quod . . . matronis offertis -a (*v. app. crit.*) parvis animalibus ventilanda, *signum est* procul ab illis abesse debere luxurias, quae . . . interiturae . . . oleum vitae suavioris exterminant (*v. supra l. 19*). *iocose significatur mel*: PETRON. 56, 9 (*inter apophoreta*) 'passeres et -um': uvam passam et mel Atticum ('*mel cum allectans impediensque muscas perdat -i instar est' Buecheler; iocus frigidior videtur quam ut notionem p. 1697, 7 probatam admisceri credas*). *β latius de cauda animalium* (*cf. l. 68*): MART. 14, 68 tit. -um bubulum (*nunc pulveri detergendo aptum*). VEG. mulom. 3, 1, 1 -um habet commissuras XII. 3, 2, 2 usque ad imum -um (3, 3). 3, 4 (*Hippiatr. gr. II 239, 7 οὐρᾶς*).

b *per similitudinem de corymbo herbae*: PLIN. nat. 12, 127 semine *panacis* -is dependente ut ferulae (*cf. Diosc. 3, 48, 1 σκιάδιον, lat.* capitellu). *herbam quandam corymbo ornatam Lambot intellegit loco obscuro* AVG. serm. 46, 39 in Numidia . . . -um (muscarum, musco-

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rium *var. ll.*) vix invenitur, in cupsonibus habitant; quomodo mons umbrosus in Numidia? (*explicatur Hab. 3, 3*).

? 2 i. q. armarium a muscis tutum: CIL IV 2464 tabulas positas in -o (*v. Väänänen, Le Lat. vulg. des inscr. Pomp.² 95, qui confert it.* moscaiola, moscarola).

? fem. **muscāria,** -ae *pro subst.*: Ps. Dioscor. Vind. 3, 121 p. 131, 14 *κόνυξα πλατύφυλλος· ... Ῥωμαῖοι ἵντουβουμ ..., οἱ δὲ μουστάρια* (-sc- '*«herbe aux mouches», visqueuse, cf. tosc.* chiappa muscerina *«attrape-moucheron»*' *André, Lexique des termes de botanique 213; ad* -st- *cf. p. 1695, 74 et infra l. 53*).

muscātus, -a, -um. *a* 2. muscus. mosc- Oribas. *i. q. musci odore praeditus*: Ps. Dioscor. Vind. 3, 116 p. 128, 10 cod. N (*ad γεράνιον*) acus -a maior et acus -a minor. Oribas. syn. 3, 214 p. 892 confectio thimiamae -u (*seq.* muscu, *gr. non respondet. cf.* 3 add. p. 924, 73 tymiama -on, *ubi inter verba distinguunt edd.; seq.* musco).

n. pl. **muscāta,** (-ōrum) *pro subst. i. q. res -ae*: Vitae patr. 3, 39 propter thymiamata et -a (musica *vel* musaco *var. l., cf. 5, 4, 5* odoribus unguentorum; *gr. Cot. p. 357A ἀρωμάτων*) et alia diversa, quibus ... fruebar.

1. muscella, -ae *f.* [*a* mula *deminutive, cf. Hesych. μύσχλοι· οἱ σκολιοί et v. Niedermann, Mélanges Meillet 1902, 101 sqq. J. B. H.*] Gloss. II 373, 29 *μουλάριον* -a. *i. q. (parva) mula*: Itala II reg. 13, 29 (codd. 91. 94. 95) ascenderunt unusquisque in -as (muc- 95) suas (*gr. ἡμίονον, Vulg.* mulas). IV reg. 4, 22 (*ibid.*) mitte mihi ... unam -am (*gr. μίαν τῶν ὄνων, Vulg.* asinam). *? translate* (*fort. de puellis, sensu obsceno*): CIL IV 2016 mulus hic -as docuit.

2. mūscella (mu-*?*) *v.* mustela.

3. muscella *v.* genisculae *vol. VI 2, 1811, 57.*

muscellāginōsus *v.* mucilaginosus. **muscellum** *v.* monstellum.

? **mūscellus,** -ī *m. a* musculus, *cf.* muscillus (*?*). Gloss. III 205, 28 (*de navigatione, inter* carabos *et* embolon) mys: -us (*trad.* mussellus. *cf. p. 1700, 30*). *Halter.*

mūscerdae, -ārum *f.* [*a* 1. mus *et* *scerda, *cf. sanscr.* chardáyati '*vomit, exscreat*', *hibern.* sceirdim '*evomo*', *gr. σκῶρ, σκατός* '*stercus*' *et* sucerdae. *v. W. Schulze, Kl. Schr. 114 adn. Jacobsohn, Χάριτες f. Leo 442. J. B. H.*] Fest. p. 146 -as prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum (*cf.* Gloss.^{L} III Abol. mv 7 [*trad.* -a]. V Aa m 624 Gloss. V 604, 16. 629, 66). *i. q. stercus murinum* (*numerantur globuli l. 41*): Plin. nat. 29, 106 *alopecias replet*, ut Varro noster tradit, murinum fimum, quod ille (*Mayhoff*, lite *sim. codd.*) -as (-credas *VR¹*) appellat. Marcell. med. 25, 30 -ae (-cardae *codd.*) novem tritae ... potui dantur. *Ustrnul.*

? **muscidus** *v.* muscivus. **[muscillānius** *v. p. 1078, 28.***]**

? **mūscillus,** -ī *m. si recte restituitur, a* musculus; *cf.* muscellus. Pavl. Fest. p. 159 '-is' Cato (inc. libr. frg. 33) pro parvis muribus dixit (*Keller, ALL 4, 1887, 139* [musculis ... m. *Salmasius*], moscillis ... moribus *edd. cum libris. cf.* Gloss. V 604, 51 -us parvus mus [*Birt, RhM. 51, 1896, 263 adn.*, mosillus p. mos *trad.*, 'moscillus *scribendum' Goetz*]).

? Gloss.^{L} II Abav. mv 30 **muscinārius** (murc- *?*): inutilis (mutilus *Scaliger, cf. Gloss. V 604, 15* murcinarius: m.), *ἄχρηστος. orig. inc.; 'vox castrensis? Graeca interpretatio non favet Scaligeranae emendationi* mutilus' *Lindsay.*

muscio (mustio), -ōnis *m. (?). vix secernendum a* musca, *cf.* curculio; *scriptum* mustio (*cf. l. 7 et p. 1695, 74*) *a* mustum *derivatur l. 62, quod probare studet Sofer, Etym. d. Isid. 104.* [*it.* moscione, *francog. vet.* moisson, *norm.* moešõ *etc., pic.* mušõ, *loth., wall.* mohõ, *prov.* moisó, *cat.* moixó, -ón (> *hisp.* mojón), *arag.* mixchón, *port. vet.* moxão, *port.* muchão, *dial.* mochõe *etc.; cf. M.-L. 5769 et 5781. Battisti-Alessio IV 2517. Corominas III 414 sq. Machado II 1547. G.*] *genus muscarum*: Isid. orig. 12, 8, 16 bibiones (bibones *var. l., v. vol. II 1968, 10*) sunt qui in vino nascuntur, quos vulgo -es (must- *Lindsay c. parte codd.; ad rem cf. p. 1696, 1*) a musto appellant. Gloss.^{L} I Ansil. cv 55 culici: -e. *cf. Onom.* *B.*

***mūscipula,** -ae *f. et* ***mūscipulum,** -ī *n.* [*a* 1. mus *et* capere, capulum; *v. Jacobsohn, Χάριτες f. Leo 433. J. B. H.*] *certis exemplis probatur fem.* (*cf.* Prob. app. gramm. IV 194, 15) *inde a* Lucil. (*plur.*), *neutr. inde a* Phaedro *et* Sen. epist. *multo rarius, masc. per soloecismum* (*sec.* laqueus) *l. 70.* Not. Tir. 109, 5 (*post* mus, mustela). Gloss. *παγίς* (*ἐπὶ μυῶν*). *μυάγρα. μυοθήρας.* temptatio. laqueus. Gloss. V 311, 50 -os: laqueos, quo mures capiuntur. 605, 12 -a: captentula. Gloss.^{L} I Ansil. mv 327 -a: pedica, id est laquei, quibus pedes inligantur. *al. legitur inde a* Lucil., Varrone *raro ante* Italam (Vulg. *non habet nisi in libro Italae adnumerando p. 1698, 24*); *sub II A 2 a selecta, ceterum omnia exempla attulimus.* [*tusc.* (*Pistoia*) musceppia. *cf. M.-L. 5770. Battisti-Alessio IV 2534. G.*]

I *strictius i. q. instrumentum muribus captandis aptum*: Lucil. 1022 hic ut -ae (-a *var. l. metro invito*) tentae atque ut scorpios cauda sublata (*adversarium quendam significari commendatur exemplis p. 1698, 50 sqq. allatis, sed pluralis et instrumentum iuxta bestiam positum displicent*). Varro rust. 1, 8, 5 si parit humus mures, minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleris -is, quod in insula Pandateria faciunt. Phaedr. 4, 2, 17 *mus* saepe laqueos et -a effugerat (*in eadem fabula*: Romvl. fab. 72, 6 rec. vet. caveas et laqueos atque insidias -arum doctus cavere [rec. gall. omnem iam noverat -am, *ubi notionem sub II illustratam irrepsisse censet Thiele*]). Sen. epist. 48, 6 'mus' syllaba est: ... verendum est, ne quando in -o (-a *b*) syllabas capiam. Romvl. fab. 15, 16 rec. vet. (*cf.* rec. gall.) tensa in -a capieris.

II *latius* (*luditur l. 14 cum voce q. e.* musca) *fere i. q. laqueus insidiose paratus* (*cf. iuxta posita p. 1697, 82. 83*): **A** *usu christiano* (*v. Rivière, Rech. de théol. anc. et méd. 1, 1929, 484 sqq. d'Alès, Rech. de science relig. 21, 1931, 589 sq. Mohrmann, Altchristl. Sonderspr. 229 sqq.; in locis* Italae *respondet gr.* παγίς, *Vulg.* laqueus): **1** *proprie*: **a** *captantur aves*: Itala psalm. 123, 7 (Veron., *cf.* Sangerm. *et* Aug. in psalm. 123, 12 Prosp. *ad l.*) anima nostra sicut passer liberata est de -a venantium *eqs.* Am. 3, 5 (Aug. c. Adim. 26 p. 184, 18) si decidet avis sine aucupe in terram, si tendunt -am (-ũ *G*) sine causa, ut nihil capiant. Avg. in euang. Ioh. 1, 14 solent ... aucupes ponere in -a muscas, ut esurientes aves decipiant. in psalm. 140, 23 (*ad* 140, 9) si amat avis hanc escam, cadit in -am. Greg. Tvr. vit. patr. 6 prol. p. 679, 35 tamquam aves de -is evolantes. **b** *captantur pisces* (*i. q. rete*): Ps. Avg. serm. 205, 1 disposita praetenditur -a.

2 *in imagine, comparatione metaphora*: **a** *de variis insidiis* (*exempla selecta; c. gen. obi. l. 31. 46, explic. l. 33 sqq.*): Itala psalm. 9, 16 (Veron., Aug. in psalm. 9, 15) in -a ista, quam occultaverunt, comprehensus est pes eorum. 68, 23 (Aug. civ. 17, 19 p. 246, 9 D. *al.*) fiat mensa eorum *inimicorum* coram ipsis in -am (Fvlg. aet. mund. p. 145, 2 coctura⟨m⟩ ... in -um [-am *S*] parat *Iacob.* Vvlg. sap. 14, 11 *idola facta sunt* in -am pedibus insipientium. *cf.* Itala psalm. 139, 6 [Veron. *al.*] restes extenderunt ⌞in -a⌟ [-am cod. 189, -as Aug. in psalm. 139, 9] pedibus meis). 90, 3 (Veron., *cf.* cod. 136 Cas., Aug. in psalm. 90 serm. 1, 4) *dominus* liberavit me de -a venantium (*v. l. 11*). *et saepe in psalmis, maxime* Veron. *et* Aug. *testibus.* Luc. 21, 35 (cod. e) *dies ille* quasi -a introibit ... super omnes. I Tim. 6, 9 (Cypr. eleem. 10 p. 381, 24. *al.*) incidunt in temptationem et -a (-as, -am *var. ll.*). Priscill. tract. 3, 61 p. 48, 1 non eruditio fidei ..., sed -a decepti. 6, 97 p. 73, 8 -is 'terrenae habitationis' (*sap. 9, 15*) hebetavit *corpus animam.* Fvlg. aet. mund. p. 133, 11 *deus* mortis -um in fructu prohibito indidit (*c. gen. explic. ut*: p. 145, 26 [*de Lea et Rahel*] sponsus. Ps. Hier. epist. Migne suppl. 2, 268 deceptionis. Rvfin. Basil. reg. 8 mali. Avg. c. Parm. 3, 1, 3 p. 104, 1 insidiarum. Ps. Avg. serm. ed. Mai 119, 3 diaboli ... -a delictorum. Bachiar. repar. laps. 13 p. 1050^{C} fornicationis [*seq.* ebrietatis laqueis]). Ambrosiast. in Rom. 3, 13 verba huiusmodi hominum -a sunt. Pavl. Nol. epist. 24, 13 p. 213, 24. Avg. conf. 3, 1, 1 oderam securitatem et viam sine -is. in psalm. 50, 8 l. 26 tamquam bicipiti -a tentantes capere sapientiam dei *Iudaei Christum de muliere adultera interrogantes* (*cf.* Ps. Avg. serm. ed. Mai 8, 1). serm. 130, 2 *Christus* tetendit -am crucem suam: posuit ibi quasi escam sanguinem suum (*item de cruce vel carne Christi, qua captatur diabolus*: 134, 5, 6. 263, 1 [= serm. coll. Morin p. 508, 23; *cf. ibid. p.* 662, 13] *diabolus* tamquam in -a escam accepit ...; -a diaboli, crux domini. Ps. Avg. serm. 120, 1 serm. ed. Mai 44, 3). 216, 6, 6 supponat -as *diabolus. al.* Comm. instr. 2, 7, 13 escam -i, ubi mors est, longe vitate. Greg. Tvr. Franc. 5, 49 p. 259, 13 dolos ... ac -as. 9, 24 p. 444, 8. *et saepius.* **b** *de hominibus insidiosis* (*de oculo l. 53; cf. p. 1697, 77*): Itala Os. 5, 1 (Wirc.) -um facti estis. Ps. Orig. in Iob 2 p. 486^{B} *respexit* ad uxorem, ad insidias, ad -am *eqs.* (*cf.* Ps. Avg. serm. ed. Mai 1, 3 *femina* -um est animae [72, 2]. Evseb. Emes. serm. 7, 23 p. 191, 2 ne fiat *oculus virginis* laqueus videntibus, ne -um occurrentibus).

? **B** *usu profano* (*cf. p. 1697, 83*): Ps. Apvl. herb. 131 l. 18 *mandragoram capturus* facies vice manganum ...; facies quasi -i genus (*i.* '*in insidiis eris*', *ni fallimur*) de longe ... herbam mandragoram evellet *pertica.*

in paronomasia c. musca *l. 14; cf. p. 1696, 59.*

deriv.: muscipulo. *cf.* 2. mustricula.

mūscipulātor deceptor alterplex Gloss. V 605, 13. *a* muscipulare.

mūscipulo, -ātum, -āre. *a* muscipula. *huc pertinere videtur* Gloss.^{L} II Philox. mi 34 -at (misc- *trad.*): *ποππύζει* (*cf. Samuelsson, Glotta 6, 1915, 241 sq.*). *fere i. q. decipere, captare*: Fvlg. aet. mund. p. 156, 9 Saul ... adipatae gregis laqueatum adfectu et taurorum pinguium -tum adpetitu (*v. I reg. 15, 9*).

deriv.: muscipulator.

mūscipulum *v.* muscipula. *Ustrnul.*

? **muscīvus,** -a, -um. *a* 1. muscus. *fere i. q. muscosus*: Sidon. epist. 8, 16, 2 per roscidas ripas et pumices -os (*L et ante corr. N, Mohr, 'fort. recte' Luetjohann*; muscidos *MCT; cf. l. 80*).

[musco *v.* emusco.**]**

muscōsus, -a, -um. *a* 1. muscus. *litt. graecis*: Plvt. fort. Rom. 10 p. 322^{F} *παρὰ ... τὴν Μουσ[ι]κῶσαν καλουμένην κρήνην ἔτι Τύχης ἱερόν ἐστι. vocat. l. 83. compar. l. 79.* Gloss. II 477, 31 *χλοώδης*: -us, gramineus (III 265, 30 *additur* herbosus).

1 *i. q. musco coopertus sim.*: Cic. ad Q. fr. 3, 1, 5 *ἀποδυτηρίῳ* nihil alsius, nihil -ius. Catvll. 68, 58 *lacrimae fluunt*, qualis ... rivus -o prosilit e lapide (*cf.* Plin. nat. 12, 9 pumices). Verg. ecl. 7, 45 -i fontes et somno mollior herba (Serv.: lanugine viridiore cooperti. Gloss.^{L} III Abstr. mv 33 *ad l.*: herbis mollium frondium [*al.*]. *cf.* Sidon. carm. 22, 103 Durani -e). Varro rust. 1, 9, 5 prata retorrida -a. Prop. 2, 19, 30 -is flumina fusa iugis (2, 30, 26). 3, 3, 26 nova -o semita facta solo

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est. **2** *i. q. musci similis*: PLIN. nat. 16, 33 aegilops fert pannos arentes, -o villo canos. TERT. pall. 3, 6 vellera, quae (*'acc. obi. int.' Bulhart ad l.*) -ae lanositatis . . . conchae comant.

muscu CIL IV 3058 *obscurum.* *B.*

1. muscula, -ae *f.* *a* musca *deminutive.* GLOSS. II 373, 51 *μνῖα ὑποκοριστικῶς* -a. *i. q. (parva) musca*: ARNOB. nat. 2, 45 -arum aliae *animae* ut interirent veneno. AVG. civ. 22, 24 p. 612, 3 D. in qualibet minutissima -a *opus dei stuporem ingerit.* serm. 8, 17 l. 409 L. *magi* veniunt ad tertiam plagam, id est, ad illas -as quae appellantur scinifes, . . . deficiunt ad muscas (trin. 3, 7, 12 sc. . . . -ae sunt brevissimae *eqs.* OROS. hist. 7, 27, 6 sc., -as scilicet parvissimas ac saevissimas *eqs.* [*cf.* VICTOR CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 270]). Ps. HIPPOCR. epist. progn. Philol. 42, 1884, 123 si ante oculorum visum -ae veluti (vel *var. l.*) nigre inanes (imagines *? Kühlewein*) vagantes videantur. EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 8 -ae parvae (*gr. τὰ λεπτότατα τῶν ζῴων*). BOETH. cons. 2, 6, 5 W. *homines* -arum . . . vel morsus vel in secreta quaeque reptantium necat introitus.

2. mūscula ulna, brachium GLOSS.^{L} II Abav. MV 34 (= VL 7). *cf.* musculus.

3. muscula *v.* mussula. *Halter.*

mūsculārius, -ī *m.* *a* musculus. *i. q. in musculo stipendia faciens* (*v. p. 1700, 30*): NOT. dign. occ. 42, 16 praefectus militum -orum, Massiliae Graecorum.

[mūsculātus *pro* masc- *v. p. 425, 30.*]

mūsculeus *v.* musculus.

ˢmūsculōsus, -a, -um. *a* musculus. *scrib. in codd. hic illic* masc-, -col-. GLOSS.^{L} II Abav. MV 32 (= LA 19) -us: lacertuosus. *i. q. musculis praeditus, lacertosus, torosus*: CELS. 4, 1, 4 cor . . . natura -um (VINDIC. epit. alt. 18 maculosus et -us. *cf.* 26 renes . . . n. -i). 5. 20, 1 si nervosus aut -us is locus est (5, 26, 23^{H} *et* 30^{C}. 5, 27, 2^{A}. CASS. FEL. 27 p. 44, 3 in articulosis et n. l. vel -is et cartilaginosis. *al.*). COLVM. 6, 37, 6 pectore -o . . ., feminibus lacertosis (8, 2, 10 -a p. lacertosaeque . . . alae). PALLAD. 4, 13, 7 corpora *pullorum equinorum* (4, 14, 3 *asinorum admissariorum*). VEG. mil. 1, 6 umeris. SORAN. p. 77, 9 *mulier.* ORIBAS. syn. 5, 44, 14 Ab p. 79 -i sunt *sicci homines* (*gr. μυῶδες*, *La* muscoli).

cf. Onom.

ˢmūsculus, -ī *m.* *a* 1. mus *deminutive, cf.* GRAMM. suppl. 70, 11 mus -us (muscus *trad.*). *scrib.*: *?* -st- *p. 1700, 2*, -cl- *p. 1700, 21*, -col- ORIBAS. syn. 3 add. p. 914, 56. 4, 41, 10 Ab p. 44. *al.*, -leus *infra l. 84.* *neutr.* (-a, -um) *var. l.* ORIBAS. syn. 1, 3, 1 La p. 34, 18 Mø. NOT. Tir. *v. p. 1700, 32.* *legitur inde a* PLAVTO, CIC., CAES. [*ad not. q. e. cochlea: françog. vet.* mouscle, *francog.* moule, *wall. vet.* moske, *wall.* mosse, *prov.* muscle, müskolo, *cat.* muscle; *germ.* Muschel. *cf. M.-L. 5773. G.*] [*confund. c.* masc- *ex. gr. l. 56. 78. p. 1700, l. 10 et* ORIBAS. syn. 8, 20, 1 Ab p. 235 eup. 2, 1 K 91 p. 459; *cf. l. 65. 72.*]

1 *usu originario i. q. (parvus) mus*: **a** *vulgaris, sc. terrenus*: CIC. rep. 3, 25 Arcades et Athenienses commenti se de terra tamquam hos ex arvis -os extitisse. div. 2, 33 -orum iecuscula bruma dicuntur augeri. PLIN. nat. 8, 103 ruinis inminentibus -i praemigrant. 9, 179 detegente eo *Nilo* -i reperiuntur *eqs.* 10, 202 *feles* occulte speculatae in -os exiliunt. 27, 23 *myosoton* -orum aures imitatur foliis. 27, 52 atramentum librarium ex diluto eius *absinthii* temperatum litteras a -is (*d? et Barbarus e Diosc. 3, 23, 4*, muscis *cett.*) tuetur. APVL. met. 2, 25, 4 (*ad mustelam*) quin . . . te . . . ad tui similes -os recondis . . .? (mosc- *ex* masc- *cod.; coniecerunt alii alia, contumeliam iaci vidit Floridus*). *iocose de homine*: FRONTO p. 19, 21 v. d. H. (= p. 24 N.) *versibus per Victorinum remissis* ita linum obsignavi, ne -us iste aliquid aliqua rimari possit. **b** aquatilis: PLIN. nat. 2, 227 in eo *fluvio Scatebra*, ut in Arcadia Stymphali, nascuntur a. -i.

2 *per similitudinem (fere sec. gr. μῦς)*: **a** *significantur animalia* (*cf. Strömberg, Griech. Fischnamen 109 sq. et libros infra cit.*): *α genus cochleae* ('-i coclearum' ISID. orig. 12, 6, 6 [*v. l. 74*], *cf.* 12, 6, 53 -i sunt . . . cochleae, a quorum lacte concipiunt ostreae; et dicti -i quasi masculi. GLOSS. III 355, 72 -i: *μύες* [*inter pisces, seq.* ostrea]. *v. Steier, RE XVI 785. de Saint-Denis, Vocabulaire des animaux marins 75, qui* mūsc- *intellegit vocem a* mūsc- *discernendam*): PLAVT. Rud. 298 (*loq. piscatores*) captamus . . . -os (*inter alia*). CELS. 2, 29, 2. 3, 6, 14 concharum -orumve aut lucustarum. AVSON. 396 praef. p. 250 P. de ostreis et -is (396, 36 p. 251 iunctus . . . -us ostreis). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 30. *β piscis quidam ballaenae amicus* (*cf.* VEG. *p. 1700, 17.* ISID. orig. 12, 6, 6 -us, quod sit ballenae masculus [*veriloquium ex falsa var. lect.* PLIN. *l. 78 ortum esse videtur, cf. l. 64*]: eius enim coitu concipere haec bellua perhibetur; hinc et -i coclearum *eqs. v. de Saint-Denis l. c. 73. Andrews, Transactions . . . of the Am. Phil. Ass. 79, 1948, 236*): PLIN. nat. 9, 186 amicitiae exempla sunt . . . ballaena et -us, quando . . . vada praenatans demonstrat *eqs.* 11, 165 -us (masc- *codd. plurimi*) marinus, qui ballaenam antecedit, nullos *dentes* habet, sed pro iis saetis intus os hirtum et linguam etiam ac palatum (MARCELL. med. 34, 90. *aliter* mus m. *p. 1691, 1*). 32, 144 (*inter beluas marinas*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 5 (*antea*: balena). SIDON. epist. 5, 13, 1 *Euanthius* -is similis . . . ballaenarum corpulentiam praegubernantibus. *γ piscis q. v. gobius*: GLOSS.^{L} II Abav. CV 1 cubio: -us. Philox. MV 50 -leus: *κωβίος*. GLOSS. V 596, 35 cubio: masculus. *huc pertinere vid.* GLOSS. III 437, 16 *κωβιοί* (*ωνιοι cod.*): mustuli.

b *significantur res*: *α lacertus* (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 117 lacerti . . . -i a murium similitudine. GLOSS. II 374, 20 *μῦς ὁ ἐν τῷ σώματι τοῦ ἀνθρώπου*: -us [III 85, 69. 175, 50. 248, 5. *cf.* 351, 9 -us: *μυών*]): CELS. 5, 26, 3^{B} quodcumque *vulnus* -um aut nervum . . . laesit (5, 26, 21^{C}. *al.* COLVM. 6, 2, 15 SCRIB. LARG. 206. 208. 209 PLIN. nat. 20, 230. 250 PLIN. epist. 3, 6, 2. *et saepe*). 8, 1, 8 temporum (*cf.* 8, 10, 7^{B} femoris aut umeri [LVCAN. 9, 771 femorum]. CHIRON 18 pectoris. *al.*). *al.* COLVM. 6, 29, 2 -orum (masc- *pars codd.*) toris numeroso pectore. SCRIB. LARG. 84 (= MARCELL. med. 17, 23). 101 (= MARCELL. med. 20, 5) maxillares (*cf.* VEG. mulom. 1, 25, 5 brachiolares). APVL. met. 8, 27, 5 morsibus suos incursantes -os *sacerdotes.* TERT. carn. 5 l. 54 carnem . . . sine -is solidam. 9 l. 11 (*de carne terrae simili*) -os ut glebas. *et passim.* *in imagine*: PLIN. epist. 5, 8, 10 hanc *orationem saepius* ossa, -i, nervi, illam *historiam* tori quidam . . . decent. *β machina bellica* (*cf.* VEG. mil. 4, 16 -os dicunt minores machinas . . .; vocantur autem a marinis beluis [*v. p. 1699, 71*] -i; nam quemadmodum illi . . . ballenis auxilium . . . exhibent, ita istae machinae . . . adventui illarum *turrium* parant viam *eqs.* CHAR. gramm. p. 121, 23 B. [*scrib.* -scl-]. ISID. orig. 18, 11, 4 -us cuniculo similis fit, quo murus perfoditur; ex quo et appellatus, quasi murusculus. GLOSS.^{L} I Ansil. MV 332. *Lammert, RE XVI 796 sq.*): CAES. Gall. 7, 84, 1 *Vercingetorix* longurios, -os (mulc- *var. l.; sunt qui vocem deleant aut cruce signent*), falces reliquaque, quae eruptionis causa paraverat, profert. civ. 2, 10, 1 -um . . . facere instituerunt (*seq. descriptio, cf. sequentia usque ad* 2, 11, 3 *et* 2, 14, 4). 3, 80, 5 Caesar . . . scalas -osque ad repentinam oppugnationem fieri . . . iussit. BELL. Alex. 1, 2 oppidi partes, quae minus esse firmae videntur, testudinibus ac -is aptantur. VEG. mil. 2, 25 p. 61, 5. 4, 13. *γ navis parva* (*cf.* ISID. orig. 19, 1, 14 -us, curtum navigium [*opp.* longae naves]. GLOSS. V 604, 56 -us: parva navis. NOT. Tir. 110, 60 [*antecedit* cumbile *i.* cymbula, *seq.* lembus]. *Heraeus, RhM. 54, 1899, 307. ALL 12, 1902, 86 adn.*): CIL VIII 27790, 12 (*s. II?*) -us (*infra navem; supra eam μύδιον*). NOT. dign. or. 39, 35 praefectus ripae legionis . . . secundae Herculiae -orum Scythicorum et classis (*v. Grosse, Militärgesch. 74 sq. et cf.* muscularius).

deriv.: muscellus (*?*), muscillus (*?*), muscularius, musculosus.

cf. 2. muscula *et Onom.* *Ustrnul.*

1. ˢmuscus, -ī *m.* [*cf. c. anglosax.* mos '*muscus, palus*', *lituan.* mūsaĩ '*mucor lactis acidi*', *slavon.* mъchъ '*muscus*'. *J. B. H.*] *scrib. etiam* misc- (GLOSS. V 636, 1), musch-, *μοῦσχος* (GLOSS.^{L} II Philox. MV 51 GLOSS. II 373, 33), *vulgariter* miquus (GLOSS. II 473, 43 *φυκάριον*: m.), must- (COLVM. 2, 17, 2 *recc. aliquot.* APVL. met. 2, 4, 6 *F.* CHIRON 587 [musc- VEG. mulom. 2, 47, 3]. GLOSS. IV 121, 8). *inter nomina semper singularia* CHAR. gramm. p. 32, 26 B. DIOM. gramm. I 327, 19 GLOSS. II 258, 56. *exstat plur. l. 76 sqq.* *de notione*: CHAR. *l. c.* herba, quae in parietibus vel corticibus arborum nascitur vel haeret (DIOM. *l. c.*). SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 18 genus herbae mollissimae (GLOSS.). SYNON. Cic. p. 427, 10 herba . . . -us. GLOSS. *βοτάνη ἡ τοῖς τοίχοις καὶ φλοιοῖς συνημμένη. πόα καὶ ποία. χλόη. βρύον, φῦκος. cf. p. 1701, 7. 13.* *inde a* CATONE. [*it. vet.* musco, *pedem.* nüsk, *abrut.* nusca, *lucan.* míeska, *hisp., port.* musgo (*?*). *cf. M.-L. 5774. Battisti-Alessio IV 2535. Corominas III 483 sq. Machado II 1558. G.*]

genus herbae, fere i. q. bryon, fucus ('-us herba' *p. 1701, 2; ad rem v. Steier, RE XVI 232 sqq.*): **1** *vario usu*: CATO agr. 6, 2 (*inde* VARRO rust. 1, 24, 2 PLIN. nat. 17, 223) -us ruber molestus erit. LVCR. 5, 951 saxa super viridi stillantia -o (CVLEX 106. CALP. ecl. 6, 66 saxa, quibus v. stillanti vellere -us dependet. AVSON. 398, 5 p. 226 P. Mos. 67. *cf.* VERG. georg. 4, 18 stagna virentia -o [SIL. 15, 775 antra. *v. et l. 68*]. OV. fast. 3, 297 -o . . . adoperta virenti [*v. l. 84*] . . . vena . . . aquae). VARRO rust. 1, 9, 6 in agro pingui . . . licet videre . . . omnia sine -o. VERG. ecl. 6, 62 *cantor* Phaethontiadas -o circumdat amarae corticis. georg. 3, 144 flumina, -us ubi et viridissima gramine ripa. HOR. epist. 1, 10, 7 -o circumlita saxa. OV. met. 1, 374 fastigia *templi* turpi pallebant -o. 8, 563 molli tellus erat umida -o. EPICED. Drusi 223 salice implexum -oque et arundine crinem caeruleum *Tiberini* (*cf.* SEN. Phaedr. 1044 *monstri e mari emergentis* -o tenaci pectus ac palear viret. STAT. Theb. 9, 408 aspera -o colla *Ismeni*). VITR. 8, 4, 2 -us non nascetur neque iuncus. SEN. nat. 5, 5, 2 -um . . . innasci aquis. COLVM. 2, 17, 2 eraso -o. *al.* PLIN. nat. 10, 96 nidus ex -o arido . . . perficitur. 27, 69 *conferva est* spongea . . . verius quam -us aut herba. 27, 100 lapis vulgaris iuxta flumina fert -um siccum, canum (*cf.* 1, 27, 75 lapidis -us). *al.* STAT. silv. 1, 3, 72 *Anien* huc illuc fragili prosternit pectora -o. APVL. apol. 35 -um et algam, cetera maris eiectamenta. met. 2, 4, 6 saxum insurgit in speluncae modum -is et herbis . . . de lapide florentibus (*plur. ut*: TERT. carn. 9 l. 15 [*de carne terrae simili*] lanugines ut -os. PRVD. perist. 12, 40 -i relucent). NEMES. cyn. 11 intacto premimus vestigia -o. TIBERIAN. carm. 1, 13 antra -us *vinxerat.* CLAVD. 1, 212 structa cubilia -o. **2** *in medicina*: CELS. 2, 33, 2 (*inter reprimentia et refrigerantia*). PLIN. nat. 26, 22 genus lichenis petris totum adhaerens ut -us, qui et ipse inlinitur. 31, 72 -us, qui in aqua fuerit, podagris inlitus prodest (*cf.* 1, 31, 38). *al.* CHIRON 587 (*cf.* VEG. mulom. 2, 47, 3). MARCELL. med. 34, 11 -us aquaticus virens . . . tumorem . . .

[Lévêque-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conpescit. *al.* PLIN. VAL. 2, 28 -um, qui in tegulis nascitur, conteres *eqs.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 16 decoctione . . . -i herbae. ORIBAS. syn. 9 add. p. 401 -o siliq(uoso) (*ibid. bis*).

deriv.: muscivus (-dus), muscosus. *cf.* emusco, mussula *et v. Onom.*

2. muscus, -ī *m.* [*gr. μόσχος originis Asiaticae. J. B. H.*] must- *l. 16, ?* misc- *l. 10.* GLOSS. Loewe, Glossae nom. 123 -us nomen est equivocum ad idem aromaticum et ad illam lanuginem quae vestit arbores et similiter vestit lapides torrentes. [*sard. centr. et mer.* nusku. *cf. M.-L. 5775. Wagner II 179. G.*] [*e coni. dub.*: ARNOB. nat. 7, 30 venerabiles -os (*Salmasius,* miscus *trad., cf. p. 1700, 41*; cnissas *Gelenius, alii alia*) carbonibus excitamus exstinctis.]

1 *genus bestiae*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 (*inter quadrupedes*). GLOSS.^{L} V Aa M 622 -us: genus herbae vel muscae seu quadrupes (-pedes *b*; mus *ante* q. *dubitanter suppl. edd., vix recte*). **2** *i. q. odoramentum inde productum* (*cf. supra l. 7*): HIER. in Ier. 4, 57, 4 contemplemur haereticos, quomodo . . . -o (-st- *M post corr.*) fraglent, unguentis variis delibuti quaerant corporum pulchritudinem. adv. Iovin. 2, 8 odoris . . . suavitas et . . . oenanthe, -us et peregrini muris pellicula (*v. Bickel ad l. et cf. p. 1690, 59*). ASTER. ad Renat. RevBén. 47, 1935, 106 *mulieres quaedam* scema convertunt -o. ORIBAS. *p. 1697, 14. 15.*

deriv.: muscatus.

3. muscus *i.* '*musca*' *v. l. 13.* **[4. muscus** *v. p. 1703, 28.***]**

museiārius *v.* musivarius. *Lévêque-B.*

1. mūsēum (-aeum), -ī *n.*, *μουσεῖον.* *scrib.*: -se- (*cf.* CAPER gramm. VII 94, 13 odea, -a, serapea, isea . . . dicendum [*sc. non* -aea *vel* -ia]): VARRO (*cod. A*), PLIN. nat. (*pars codd.*), CE. -si- (*cf.* musivum): SVET., PS. CENS., SCHOL. Hor., EXPOS. mundi, CIL. -sae- *in inscr. non exstat.* *cf.* 1. musaeus.

i. q. locus musis sacer, μουσεῖον (*quam vocem textui lat. inseruit* PLIN. epist. 1, 9, 6 [*de Laurentino suo*] o mare, o litus, verum secretumque -*ov*): **1** *vario usu*: VARRO rust. 3, 5, 9 flumen . . . derectum ab insula ⌊ad -um⌋ (*verba suspecta*), quae est in imo fluvio, . . . ad summum flumen, ubi est -um. PLIN. nat. 16, 133 *arborem prolapsam sua sponte resurrexisse tradunt* Stagiris in -o (*Theophr. hist. plant. 4, 16, 3 ἐν μουσείῳ*). 36, 154 appellantur . . . ita (*sc. pumices*) erosa saxa in aedificiis, quae -a vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam (*de antris ut*: CE 462, 2 dum varias cupit spec⟨ies⟩ -o figere in alto, decidit [*vix de musivo*]. *item fortasse* PS. CENS. frg. 10 Nicocrates libro, quem composuit de -o [*sc. Heliconis, si recte coni. Wendel, RE XVII 357, 1sqq.*]). 37, 14 (*de aedicula a Pompeio Romam translata*) -um ex margaritis, in cuius fastigio horologium.

2 *de aedificiis publicis ad litteras colendas institutis*: **a** *de -o Alexandrino*: SVET. Claud. 42, 2 veteri Alexandriae -o additum ex ipsius nomine ⟨novum⟩. SPART. Hadr. 20, 2 apud Alexandriam in -o multas quaestiones professoribus proposuit. EXPOS. mundi 34 certamine facto Aegyptiorum et Graecorum, quis eorum -um accipiat . . ., -um ad eos (*i. Aegyptios*) iudicatum est. 35 (*loco vix sano*) undique . . . -um ei *spectatori* redire (reddi *trad.*) videtur. CIL III 6820, 7 arch⟨ierei⟩ . . . ducenario et a -o (*musivum dici propter magnam pecuniae summam recte negare videntur edd.*). XIV 5340 Hermogeni . . . immunitati -i fulto (*cf. vol. VII 1, 508, 15*). **b** *de -o Romano q. v. Athenaeum*: SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 38 ('in aede') in -o, in Athenaeo . . ., ⟨in aede⟩ musarum.

cf. musia, musiarcus.

2. musēum, musēus *v.* musivum (-us).

mūsia nidi soricum GLOSS. IV 260, 7 V 604, 17. 62. 629, 67. 635, 66. *v. et l. 67.* *cf.* 1. mus; '*aut errorem aut iocum subesse collato* Musium *vocabulo suspicor*' *Loewe, Prodr. 420* (*v. l. 27*).

deriv.: 2. musiarius (*ut vid.*).

mūsiarcus, -ī *m.* *gr. *μουσείαρχος, ut vid.; fort. nom. propr.* *i. qui museo (potius quam rei musicae) praeest*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 9 (CIL VI 32334), 4 -us (*inter* '*nomina fortasse ludionum*', *ut coni. edd., qui scribunt* m-; *sed in* Eph. epigr. VIII 1899, 291 *est* M-, *in indice p. 566 exstat inter cognomina*).

1. musiārius *v.* musivarius.

2. mūsiārius qui per musia quaerit GLOSS. V 603, 59. *a* musia, *ut videtur.*

mūsica *v.* musicus.

mūsicārius, -ī *m.* *a* musicus (musica). *i. qui musicam tractat*: CIL II 2241 Syntrophilu⟨s⟩ musicar⟨ius⟩. VI 4454 Ti. Claudius Corinthus -us Paridis ([*'mihi est tibicen, ad quem pantomimus ille saltavit' Mommsen*]. 9650/51 ingenuo -ri(o)). 9648 Ligyro -rIo. 9649 Calocaero . . . -o ingeniosissimo. XII 3344 L. Avidio Secundo -o. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 410 Felici . . . -o.

mūsicē *v.* musicus.

mūsico, -ātum, -āre. *a* musicus. *i. q. musicum reddere*: PS. APVL. Ascl. 9 in hominum coetum musarum chorus est . . . demissus, . . . ne terrenus mundus videretur incultior, si modorum dulcedine caruisset, sed potius ut -tis (*fere i. q. musicis*) hominum cantilenis concelebraretur *deus* laudibus (⟨et⟩ l. *vel* -bus⟨que⟩ *edd.*; 'l. *fort. delendum*' *Thomas*). PS. PALAEM. gramm. V 542, 15 (*de euphonia*) studium fuit omnibus -are latinitatem et id addere, quod in aures laberetur, id demere, quod rancidius offenderet auditum.

***mūsicus,** -a, -um, *μουσικός* (*cf. p. 1703, 30. 1704, 8sqq.*). *scrib.* moys- GLOSS. V 370, 45 *cod. Epin.* (*cf. p. 1691, 38*), -ussi- CIL IX 4161 (*cogn.*). *terminatio* -os *servatur usu technico infra l. 59; cf. p. 1703, 74sqq.* *compar. et superl. non exstant; cf.* plus m. *infra l. 74 et* FVLG. Virg. cont. p. 84, 15 ad plenissimam rationem . . . -us. GLOSS. V 370, 45 -a: modulabilis (*cf. infra l. 39*). *legitur inde a* PLAVTO (*adv.*), TER., PACVV., RHET. Her. *p. 1704, 23*, CIC., VARRONE *p. 1704, 28*, NEP. *p. 1704, 29. 1705, 1.* [*loco corrupto ut vid.*: PLIN. nat. 34, 76 *Demetrius fecit* Minervam, quae -a (*codd. praeter B, qui habet* myetica; *emendatur varie, v. Ernout, RevPhil. 28, 1954, 78*) appellatur; dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant. *loco manco dub. interpr.*: CE 236, 2 (*v. vol. VI 1, 1127, 81*).]

i. q. ad musam (musas) pertinens: **I** *usu communi respicitur ars, scientia*: **A** *sensu minus arto pertinet ad poesin* (*exempla certiora, cf. l. 27*): **1** *de rebus*: TER. Hec. 23 poetam restitui in locum prope iam remotum . . . ab studio atque ab labore atque [ab] arte -a (46 nolite sinere . . . a. -am recidere ad paucos. Phorm. 17. *cf. infra l. 52*). Haut. 23 ad studium hunc *poetam* se adplicasse -um (PORPH. Hor. carm. 3, 4, 21 ['Camenae'] st. -a). GELL. praef. 20 profanum volgus a ludo -o diversum. CE 19, 3 (*s. II*) tibi *Silvano* hasce grates dedicamus -as (*i. hos versus*). SIDON. epist. 3, 12, 6 anima perita -as non refutat inferias (*sc. carmen funebre*). ENNOD. carm. 1, 6 dict. 4 p. 520, 21 dicam . . . -o stilo (*i. elegia*) gaudia mea. **2** *de hominibus* (*cf. infra l. 79sqq.*): AVSON. 176, 12 p. 40 P. Maxime . . . facunde et -e et acer (400 p. 230 facundus et -us).

B *sensu artiore et plus minus technico pertinet ad sonos, cantum, instrumentorum modulationem sim.* (*sunt quae ad A referri possint, e. g. l. 43sqq. 58*): **1** *proprie*: **a** *de rebus*: *α de ipsis cantibus, sonis sim.*: PACVV. trag. 114 hymenaeum fremunt aequales, aula resonit crepitu -o. VITR. 1, 1, 9 sonitum ad symphonias -as sive concentus componunt (*cf.* APVL. flor. 3 p. 11 concentum. AVG. civ. 17, 14 p. 235, 24 D. harmoniam. BOETH. arithm. 2, 48 p. 155, 14 -arum consonantiarum, quas symphonias nominant). PHAEDR. 4, 20, 20 audis -um citharae sonum. QVINT. inst. 1, 10, 14 exercitus Lacedaemoniorum -is accensos modis (*al. v. p. 1256, 1sqq.*). APVL. Plat. 1, 1 canore -o (*cf. p. 1705, 5. 28*). FIRM. math. 6, 26, 1 -i carminis modos . . . et . . . poeticae disciplinam (VVLG. Ezech. 33, 32 CE 400, 1). CHALC. comm. 73 sonos (HIER. in psalm. 4 p. 11, 12 [*explicatur* sela] -i cuiusdam s. esse signaculum). MAR. VICTORIN. gramm. VI 4, 18 *vox* aut -a est, quae tibiis vel tuba redditur aut quolibet organo, aut communis, qua promiscue omnes utuntur. COMM. instr. 2, 16, 22 et choros historicos (*i. scaenicos*) et cantica -a quaeris. *al.* *β de arte, ratione, scientia sim.*: CIC. de orat. 2, 66 de mathematicis, de -is rebus non poterit quin dicat *orator*. leg. 2, 39 negat *Plato* . . . mutari posse -as leges sine mutatione legum publicarum. VITR. 1, 1, 10 *organa hydraulica sim.* sine -is rationibus efficere nemo poterit (5, 3, 7 per canonicam mathematicorum et -am r. 5, 5, 1. 6 VAL. MAX. 7 ext. 8 COLVM. 1 praef. 3 PLIN. nat. 2, 84. 93 QVINT. inst. 9, 4, 139. 12, 10, 68. *al.*). 5, 4, 1 harmonice . . . est -a litteratura obscura (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 130, 3 in -is . . . libris Varronis). 5, 6, 1 convenientia. 6, 1, 7 diagrammate. 10, 12, 2 -is auditionibus catapultae temperantur. VAL. MAX. 8, 10, 1 artis (*cf. supra l. 17 et v. vol. II 666, 28sqq.*). PLIN. nat. 10, 81 in una *luscinia est* perfecta -a scientia (CASSIOD. inst. 2, 5, 4 -a s. est disciplina, quae numeris loquitur). QVINT. inst. 1, 12, 14 nec moduletur aut -is notis cantica excipiat *orator*. SVET. Nero 12, 3 certamen . . . more Graeco triplex, -um, gymnicum, equestre (Dom. 4, 4. *cf.* Nero 22, 3 agones [23, 1]). *al.* *γ de pedibus sim.*: PLIN. nat. 29, 6 in -os pedes venarum pulsu discripto *ab Herophilo* (*cf. infra l. 82. technice in doctrina metrica*: DIOM. gramm. I 481, 28 -os *pes constat* ex longa et brevi et longa et duabus brevibus temporum septem). CENS. 12, 4 rhythmis -is. *δ de instrumentis* (*cf. p. 1705, 12sqq.*): ITALA psalm. 70, 22 (cod. 136 Cas.) confitebor tibi in vasibus -is veritatem tuam . . ., psallam tibi in cithara (*gr. ἐν σκεύει ψαλμοῦ, Psalt. Rom.* v. psalmorum, *Vulg.* v. psalmi. *inde* AVG. civ. 16, 2 p. 125, 8 D. in citharis atque huiusmodi v. -is). LACT. Phoen. 48 tibia. HIER. tract. in psalm. I p. 312, 25 psalterium proprie genus organi est -i, quod est quasi cithara (CHRON. Alex. chron. I p. 116, 235). CYPR. GALL. gen. 186 -a plectra repperit *Iobalus* (*cf. Vulg. gen. 4, 21* fuit pater canentium cithara et organo). PROSP. in psalm. 150, 4 ('in chordis et organo') in quolibet instrumento -o *eqs.* (CASSIOD. inst. 2, 5, 6). 150, 5 ('in cymbalis iubilationis') ostenditur per omnia opera -a non corporeos sonos, sed affectus animi designatos (VITAE patr. 5, 10, 76 p. 926^{D} pro calamis et cithara vel alio o. -o [*gr. Cot. p. 659^{C} ἀντὶ μουσικῶν καὶ κιθαρῶν*]). SIDON. epist. 8, 9, 4 *chorda* quo plus torta, plus -a est. *al.* *ε de locis resonantibus* (*alia notione p. 1703, 10. 23*): TIBERIAN. carm. 1, 19 virecta pulchra, odora et -a (*cf. p. 1694, 69*). OPT. PORF. 27, 6 heuantes satyros per -a tempe. CLAVD. carm. min. app. 1, 3 *Sirenes* -a saxa . . . habitabant.

b *de animantibus* (*ore p. 1703, 4; animantur res p. 1703, 8sqq.*): CIC. Pis. 22 cum collegae tui domus cantu et cymbalis personaret cumque ipse . . . saltaret . . .; hic autem non tam concinnus helluo nec tam -us *eqs.* (*ironice*). GELL. 3, 10, 13 arterias medicos -os dicere ait *Varro* numero moveri septenario (*cf. supra l. 58*). APVL. Plat. 1, 14 per quem *auditum* . . . numeros . . . orationis metiretur ac modos faceret

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fieretque ipse totus modulatus ac -us. TER. MAVR. 1354 magistri rhythmici vel -i. 1845 ithyphallica ... citarunt -i poetae (HIER. chron. a. Abr. 2160 Mesomedes ... -us p. VEN. FORT. carm. praef. 5 p. 2, 15 non -us p., sed muricus). PERVIG. Ven. 87 ut putes motus amoris ore dici -o. FIRM. math. 8, 21, 9 citharoedus -us (8, 24, 8. 8, 25, 2). DIOM. gramm. I 478, 1 -i viri ociori melo intenti. AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 8 bono auditori -o ... sine aliqua instructione -ae artis cantare trepidas. *animantur res*: CIC. nat. deor. 3, 23 isto modo (*sc. Zenonis*) etiam disertus et quidem mathematicus, -us *esset mundus*. PRISC. periheg. 501 *si tibia canitur*, cantu saltare putatur *Halesinus fons* -us et ripis laetans excurrere plenis. *c. acumine dicitur de ipsis musis*: SIDON. carm. 23, 124 hic *Consentius* cum Amphioniae studebat arti ... ipsas musas non ita -as putares. epist. 4, 3, 9 nec Athenae sic Atticae nec musae sic -ae iudicabuntur.

2 *in imag. et translate* (*cf. p. 1702, 71*): PAVL. NOL. carm. 20, 43 Christus nobis est -us auctor, ille David verus, citharam qui corporis huius restituit (*ad rem cf. p. 1704, 68*). ORIG. in Matth. 14, 1 p. 277, 14 patiente membro ⟨uno⟩ compatiantur omnia ...; debemus in nobis -um istum servare consensum (*gr. τὴν ἀπὸ τῆς θείας μουσικῆς συμφωνίαν*); sicut enim in musicis nisi fuerit convenientia vocum *eqs.*

II *usu peculiari respiciuntur deae* (*ad reddendam vocem q. e.* Pierius; *cf.* 1. musaeus): SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 40 ('Pierio ... antro') -o secreto *eqs.* (*cf.* 3, 25, 9 in antris -is). 4, 3, 18 ('Pieri') fontis -i (*textu Hor. male intellecto*).

III *in versione nominis herbae q. e.* μελίλωτος (*-ov. cf. p. 616, 47*): GLOSS. III 632, 37 mellidotus erba -a quod similat trifolio. *per ellipsin ibid.* 592, 48 -a maior (614, 8. 626, 14. *falso trad.* 569, 71 muscus m.).

m. pro subst. ***mūsicus,** -ī. *versionem lat. reicit* QVINT. inst. 2, 14, 4 et 'philosophos' et '-os' et 'geometras' dicam nec vim adferam nominibus his indecora in sermonem Latinum mutatione (*cf. p. 1704, 8*). [*loco interpolato ut vid.*: TERT. apol. 1, 8 (*v. vol. VII 1, 509, 49*).]

i. q. homo artis musicae peritus (*cf.* BOETH. mus. 1, 34 p. 224, 18 [*artifices ab instrumentis appellatos enumerat*] is vero est -us, qui ratione perpensa canendi scientiam non servitio operis, sed imperio speculationis adsumpsit. p. 225, 11 cui adest facultas ... de modis ac rhythmis ... ac de poetarum carminibus iudicandi. *de ratione inter poetas et -os intercedente v. l. 41 sqq.*): CIC. de orat. 1, 44 missos facio mathematicos, grammaticos, -os (BASS. gramm. VI 259, 3 quod *metrum* -i bacchicon vocant, grammatici choriambicon [*cf.* 263, 23. 268, 22 MAR. VICTORIN. *ibid.* 149, 32]). 3, 58 se alii ad poetas, alii ad geometras, alii ad -os contulerunt (3, 174 *Isocrates et Naucrates*, duo -i, qui erant quondam eidem poetae. rep. 2, 18 cum iam plena Graecia poetarum et -orum esset. BASS. gramm. VI 272, 10 non tantum poetae perfectissimi, sed etiam -i. SCHOL. Ter. p. 114, 9 poetae -i vocantur. *cf. l. 37. 57. 62*). 3, 190 rhythmicorum aut -orum ... norma (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 6 inter metricos et -os ... dissensio est). leg. 3, 32 -orum cantibus. fin. 3, 4. 5, 7. Tusc. 1, 4 in Graecia -i floruerunt. 1, 19 Aristoxenus -us idemque philosophus (VITR. 1, 1, 13 nec *architectus debet esse* -us ut A., sed non amusos. VAL. MAX. 8, 13 ext. 3. *al.*). 2, 12 si absurde canat is, qui se haberi velit -um *eqs.* div. 2, 9 off. 1, 146. VITR. 1, 1, 15 (*ter*). 16. SEN. epist. 87, 12 in arte musica quod bonum est, facit -um. 88, 9. 109, 2. COLVM. 1 praef. 5 scholas ... geometrarum -orumque. MELA 1, 86 Timothei -i. PLIN. nat. 7, 168 Xenophili -i. 37, 7. CIL IV 3174 Augus⟨tus⟩ -us ('*lectio non est certissima; fort. Nero intellegendus est*' *edd.*). 4166 Cuspius -us. 8679. 9182. QVINT. inst. 1, 10, 4. 6. 9 musicen ... tantum ... venerationis habuisse, ut idem -i et vates et sapientes iudicarentur. *al.* ITALA apoc. 18, 22 (cod. g, *cf.* VVLG.) vox citharedorum et -orum *eqs.* (*sec. Ezech. 26, 13*). SPART. Hadr. 16, 8. 10 VOPISC. Car. 19, 3 LACT. inst. 7, 13, 9. FIRM. math. 3, 6, 21 publicos -os. 3, 12, 1 -os choricos et qui musicos modos faciant. 5, 2, 12 -os organis ... applicitos aut poeticis artibus deditos. MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 14 F, quam -i digamma vocant (*v. vol. V 1, 1115, 12*). FORTVN. gramm. VI 278, 18 *si vis metra cognoscere*, veteres lege -os. AMM. 21, 1, 13. COMM. instr. 2, 17, 12 transgrederis legem, cum te facis -is inter. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 167 vocis exercitium -o monitore (*i. φωνασκῷ*) compositum. 2, 13, 179 adhibemus motus sub magisterio aliptae vel -i. CIL VIII 26757 C. Caesetius Honoratus, qui et -us. CE 1557, 1 -us incanere, docte cantare solebat. *al.*

cf. Onom.

f. sg. pro subst. ***mūsica,** -ae *et* **mūsicē,** -ēs (*plur. fidei dubiae p. 1704, 59*). *de orig.*: AVG. ord. 2, 14, 41 p. 176, 9 *musae*, unde ista disciplina sensus intellectusque particeps -ae nomen invenit (*sim.* ISID. orig. 3, 15, 1). *de formis graecae declin. (cf. p. 1702, 3): nom.* -e: VERS. metr. Bass. gramm. VI 264, 23 (-i *trad., sed* -e Mar. Victorin. *ibid.* 124, 17). QVINT. inst. (-a 2, 17, 10 *tantum, iuxta* fabrica *et* rhetorice, *fort. potius pro adi. subaudienda voce q. e.* ars) 1, 10, 17. 22. 31. MAR. VICTORIN. gramm. VI 187, 4 (*iuxta* poetice, astrologice *al.*). VINDIC. epist. ad Valent. 9. *gen.* -es: QVINT. inst. 1, 10, 12. 15. 20. 27. 33 SERV. auct. ecl. 5, 20 MART. CAP. 3, 268. 326. *acc.* -en: NEP. Epam. 1, 2 (-am praef. 1). VITR. (-am 1, 1, 3) 1, 1, 8 (*iuxta* rationem ... mathematicam). 17 *bis*. SEN. epist. 88, 4 (*interpol.*; SEN. *ipse utitur formis latinis bis*). QVINT. inst. (-am *semel, v. p. 1704, 11*) 1, 4, 4 (*iuxta* grammatice). 1, 10, 9. 10 (*bis*). 15. 18. PS. APVL. Ascl. 13 (APVL. *ipse formis latinis uti videtur*). SERV. ecl. 7, 21 (*inde* ISID. orig. 8, 11, 96). CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 105, 10 (-am *var. l.*). epist. 2 p. 204, 27. *abl.* -e (*dub.* APVL. *p. 1705, 28*): QVINT. inst. 1, 10, 18. 23. 29. 2, 21, 16 (*sed* 17 -ā *ut* 11, 3, 41). CENS. (-ā 7, 1 *iuxta* astrologia, arithmetica) 9, 3. 14, 13. MART. CAP. 9 tit. (*in parte codd.*; harmonia *plerique*). *latina tantum decl. utuntur* RHET. Her., CIC., VARRO, APVL. (*cf. l. 3*), TERT. *et posteri fere omnes. declinationes miscent* NEP., VITR., QVINT., CENS. *de usu* (*cf. p. 1703, 29*): CIC. fin. 3, 5 ea verba, quibus instituto veterum utimur pro Latinis, ut ... -a, quamquam Latine ea dici poterant, tamen, quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus. QVINT. inst. 8, 3, 34 'piraticam' ... ut '-am' et 'fabricam' dici adhuc vetabant mei praeceptores. *cum vocem q. e.* ars *sim. (cf. p. 1702, 42 sqq.) plus minus subaudiri constet, exempla certiora tantum infra congeremus.* [*loco spurio*: SEN. epist. 88, 4 (*v. p. 1703, 82*).]

1 *i. q. ars musica, quae ad cantum, instrumentorum modos sim. pertinet, ita ut poesis comprehendi videatur infra l. 51. 55* (*dicitur tam de scientia quam de ipsis sonis, cf.* APVL. mund. 20 -a, quae de longis et brevibus, acutis et gravioribus sonis constat, tam diversis et dissonis vocibus harmoniam consonam reddit. CENS. 10, 3 -a est scientia bene modulandi [*cf.* AVG. mus. 1, 3, 4 bene movendi]. PS. CENS. frg. 11, 1 peritia faciendorum et canendorum modorum): **a** *proprie*: **α** *generatim*: RHET. Her. 2, 27, 43 *Zethi et Amphionis* controversia de -a inducta (*sim.* CIC. inv. 1, 94. *cf.* PLIN. nat. 7, 204 -am Amphion invenit). CIC. de orat. 1, 217 ne philosophi quidem ... dicere audent geometriam aut -am philosophi esse (*inter artes liberales* 3, 127. TAC. dial. 30, 4 [*cf.* 31, 7]. GELL. 1, 9, 6). 3, 132. nat. deor. 2, 22 si platani fidiculas ferrent ..., censeres in platanis inesse -am. VARRO ling. 9, 111 omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in -a et in aliis multis discrepant scriptores (VITR. 1, 1, 3). NEP. praef. 1 quis -am docuerit Epaminondam (*cf.* Epam. 1, 2 -en nostris moribus abesse a principis persona). VITR. 1, 1, 8. 17 SEN. epist. 87, 12. 13. VERS. metr. Bass. gramm. VI 264, 23 (*cf. p. 1703, 75*) egregia percoluit ingenia -e. PLIN. nat. 16, 170 cum adhuc (*sc. usque ad Antigenidem*) simplici -a uterentur (BOETH. mus. 1, 20 p. 205, 28 s. principio fuisse -am Nicomachus refert. *cf.* 1, 1 p. 182, 3 Timotheus unum addidit nervum ac multipliciorem -am fecit. p. 184, 1 multiplicem). QVINT. inst. 1, 4, 4 neque citra -en grammatice potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmisque dicendum sit. 1, 10, 9 (*v. p. 1703, 57*). 10 Timagenes auctor est omnium in litteris studiorum antiquissimam -en exstitisse *eqs. al.* SVET. Tit. 3, 2 ne -ae quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret iucunde scienterque. APVL. met. 6, 12, 1 -ae suavis nutricula ... arundo (6, 24, 3 Venus suavi -ae superingressa ... saltavit). TERT. pall. 6, 2 poeta et qui -am pulsat ('*eleganter de eo, qui -am pulsu temperat ac moderatur*' *Salmasius*). *al. in proverbio* (*cf. Otto, Sprichw. p. 236*): SVET. Nero 20, 1 prodire in scaenam concupiit inter familiares graecum proverbium iactans 'occultae -ae nullum esse respectum'. GELL. 13, 31, 3 verbum illud ... e Graecia vetus -am, quae sit abscondita, eam esse nulli rei. -a *quasi dea*: SIDON. epist. 5, 2, 1 *in libris Claud. Mam. musas disciplinas esse demonstratur*; illic ... -a ponderat ... et metrica modulatur (-a *et* metrica *locos inter se mutare debere coni. Wilamowitz*). VEN. FORT. carm. 3, 18, 16 *metris quibusdam laesis* -a cloda gemit.

β *determinantur genera*: GELL. 1, 11, 4 *tibicinibus apud Lacedaemonios in proelio adhibitis* ad quandam quasi militaris -ae disciplinam vis ... militum ... cohibebatur (*cf. p. 1702, 35*). AVSON. 399, 38 p. 230 P. socci et cothurni -am carpentis impone tuis. SCHOL. Hor. epod. 9, 6 tria genera ... -ae: Ionium [Graecum], Lydium, barbarum. AVG. epist. 101, 4 *David* amavit ... -am piam. MACR. somn. 2, 4, 13 *genus diatonum* mundanae -ae doctrina Platonis adscribitur (*cf.* BOETH. mus. 1, 2 [*verba tituli* tres esse -as *vix Boethii sunt*] -ae genera ... tria: ... mundana [*infra*: mundi] ... humana, tertia, quae in quibusdam constituta est instrumentis, ut in cithara vel tibiis *eqs.* [*infra*: instrumentorum]). ALC. AVIT. carm. 6, 17 verax (*i. Christiana*). CASSIOD. var. 2, 40, 5 artificialem. 8 manualem.

b *in imag. et translate*: APVL. mund. 21 mundi substantiam ... natura veluti -am temperavit: humidis arida ... confudit *eqs.* (*gr. τὴν τῶν ὅλων σύστασιν ... μία διεκόσμησεν ἁρμονία. cf. p. 1705, 28*). PAVL. NOL. carm. 20, 32 *gentes fictis rebus delectantur*; at nobis ars una fides et -a Christus, qui docuit miram sibimet concurrere pacem disparis harmoniae quondam *eqs.* (*sc. utramque naturam in se coniungens; cf. p. 1703, 16*).

c *singulariter de voce humana* (*cf. p. 1702, 39*): VINDIC. epist. ad Valent. 9 ne per uvae destillantis aut exulceratae vitium ipsa -e ('*organum vocis*' *Niedermann*) hominis corrupta languescat *eqs.*

? 2 genus herbae: v. p. 1703, 27.

cf. Onom.

n. pl. pro subst. ***mūsica,** -ōrum (*sing. l. 79*). *i. q. res ad artem musicam pertinentes*: **1** *de studiis, operibus sim.* (*cf.* GLOSS.L III Abol. MV 8 cantica aut voce humana aut soni modulatione pulsuve composita. Abstr. MV 32 -um: dulce carmen ['*Sirach 32, 7*' *Lindsay, v. p. 1705, 10*]. *opp.* metris *p. 1705, 6*): TER. Eun. 477 fac periclum in litteris, fac in palaestra, in -is. CIC. de orat. 1, 10 quis -is, quis ... studio litterarum ... se dedit, quin ...? 3, 79 quid faciet in geometria qui non didicerit? quid in -is? fin. 1, 72. 5, 50 ac. 2, 91. Tusc. 5, 63 homini ... artibus ingenuis erudito, -orum vero perstudioso. Att.

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 17, 6 (4, 16, 7 Sj.) *Britannos* nullos . . . litteris aut -is eruditos. NEP. Epam. 2, 1. PLIN. nat. 1, 2, 20 de sideribus -a (*seq. 21* de mundo geometrica. *cf. 2, 84* musica ratione). GELL. 14, 3, 6 Socrates physica (de ph. *pars codd.*) et -a et geometrica disserit. CYPR. zel. 2 p. 420, 5 aures per canora -a (canoram musicam M^2) temptat. MAR. VICTORIN. gramm. VI 41, 17 minus aptus pes in metris, -is autem consentaneus aestimatur. VVLG. I par. 15, 16 cantores in organis -orum, nablis videlicet et lyris *eqs.* (*cf.* Is. 22, 24 omne vas -orum. AVG. in psalm. 56, 16 l. 7 organa dicuntur omnia instrumenta -orum). Sirach 22, 6 -a in luctu importuna narratio. 32, 5 non impedias -a. 32, 7 comparatio -orum in convivio vini. 40, 20. 49, 2. AVG. epist. 120, 5 in theatris homines . . . -is delectantur. *al.* **2** *de instrumentis* (*cf. l. 7sqq. p. 1702, 61sqq.*): ITALA gen. 31, 27 (Lugd.) cum -is (canticis *Vulg.*) et tympanis et caetharis. I Macc. 9, 39 (recc. LB = VVLG.) cum tympanis et -is et armis multis. 9, 41 (rec. L = VVLG.) vox -orum (*rec. B* organorum). VVLG. II par. 5, 13 diversi generis -orum (Dan. 3, 5. 7. 10. 15). *inde* GAVDENT. serm. 8,17 G. convivia inhonesta . . ., ubi lyra sonat . . ., ubi postremo genera -orum concrepant. Ps. AMBR. trin. 35 diversitas arborum ac -orum in scripturis divinis diversitatem significat gratiae spiritualis (*ibid.* diversa genera -a. *cf.* PHILIPP. in Iob 30 p. 718^B [*ad 30, 31*] -orum nomina cordis significant laetitiam).

adv. **mūsicē.** *i. q. secundum artem musicam, per concinentiam sim.*: **1** *de vita*: PLAVT. Most. 729 (*Simio ad Tranionem*) -e hercle agitis aetatem, ita ut vos decet: vino et victu probo, piscatu electili vitam colitis (*ironice dictum; sensus ex exemplari graeco sumptus esse videtur, v. Lorenz ad l.*). **2** *de mundo* (*cf. p. 1704, 65*): APVL. Plat. 1, 9 substantiam mentis huius (*i. animae caelestis*) numeris et modis confici . . . et hinc fieri, ut -e mundus et canore moveatur (*vix ablativi*). CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 73, 10 moderate -eque in arboris vitam sibi concinunt *elementa*.

cf. Onom.

deriv.: musicarius, musico. [*compos.*: immusicus.]

mūsigena, -ae *c. cf. gr.* **μουσογενής, v.* Troiugena *sim. et* musigenus, musagenes. *i. q. homo a musis genitus*: VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 97, 27 refer aeolica, -a, canticula Tityro (*distinximus; vix intellegenda sunt* musigena canticula). RVFIN. gramm. VI 565, 10 (vers.) -ae numeros vates et metra secuntur, orator numeros.

mūsigenus, -a, -um. *artificiose formatum, v. voces affines* musigena, musagenes. *?* **1** *i. q. a musis genitus*: VERS. metr. *l. 36.* **2** *fere i. q. musicus* (*in carmine figurato de Apolline musageta; litteram* n *postulavit versus intextus*): OPT. PORF. carm. 6, 4 musa per effigiem turmarum carmina texit; et nunc agmen agit . . . -o (-gono *B corr.*).

mus(i)mo, -ōnis *et* (*forma vulgaris l. 62*) mussimus, -ī *m.* [*vox Sarda, cf. c.* mufron. *J. B. H.*] *de scriptura*: mo- GLOSS. V 507, 35. 573, 5. -sim-: CATO, LVCIL., SERV. *var. l. et* GLOSS. V 644, 13. -sm-: PLIN., SERV., ISID., GLOSS. *omnes fere; cf. l. 60.* *de notione*: NON. p. 137, 21 -es: asini, muli aut equi breves (*affert* CATONEM, LVCIL.; *sim.* GLOSS. V 644, 13). ISID. orig. 12, 1, 61 (*inter* bigenera) -o ex capra et ariete; est autem dux gregis (GLOSS. V 507, 35. 573, 5. *cf.* GLOSS.^{L} V Aa MV 630 -em [musonem *trad.*]: antecessorem ovium). GLOSS.^{L} I Ansil. MV 359 -o: monstrum simile sim⟨i⟩ae. *in serm. graec. l. 60.* [*huc fort. pertinet* GLOSS. III 431, 36 *προβατάγριον* murio (musimo *David*).]

genus quoddam ovium: CATO or. frg. 18, 3 asinum aut -em aut arietem. LVCIL. 256 (*contextu dubio*) qui vendit equum, -em. VARRO *l. 61.* PLIN. nat. 8, 199 est in Hispania, sed maxime Corsica, non absimile pecori genus -um (F^2, -ium *rell.*), caprino villo quam pecoris velleri propius, quorum e genere et ovibus natos prisci umbros vocaverunt (*cf. Strab. 5, 2, 7 μούσμωνες*). SERV. georg. 3, 446 ('aries') -em (⟨mu⟩simonem *H*) dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 10 mussimus, . . . mufron.

1. musinor, -ārī. *cf.* mussare, muginari. *i. q. mussando secum perpendere*: PLIN. nat. praef. 18 dum ista, ut ait M. VARRO, -amur (-ssi-, -sit-, -mus *var. ll.*), pluribus horis vivimus.

? **2. musinor,** -ārī. *si recte trad., orig. inc.* GLOSS.^{L} I Ansil. MV 351 -atur ('mulsit-*?*' *Lindsay in schedis; cf. 23* mulcat *et* mussitanter): mulcet, placat, lenit.

mūsio (mussio GLOSS.), (-ōnis) *m.* [*vox sermonis infantium, a* 1. mus, *ut vid., derivata; v. quae contulit Sofer, Etym. d. Isid. 63sq. J. B. H.*] [*quae ex linguis Romanicis affert M.-L. 5776a, similia sunt, fortasse non eadem. G.*] *i. q. feles*: ISID. orig. 12, 2, 38 -o appellatus, quod muribus infestus sit; hunc vulgus cattum . . . vocant (GLOSS. V 621, 16). *cf.* 2. muraria, murarius, muriceps, murilegus.

musit- *v.* mussit-.

musīvārius (mūs- *?*), -ī *m. a* musivum (-us). *scrib. etiam* -siar- (*l. 81 et* CASSIOD. *P*), -seIar- (CIL VI), -saear- (EDICT.), -sar- (PAP., COD. Iust., CASSIOD. *A m. pr.*).

i. q. artifex musivi faciendi peritus: PAP. Corp. 315 (*s. II/III*) -ris *nummi tot.* EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 6 -o . . ., ⟨tessell⟩ario *eqs.* (*gr.* ⟨*μουσ*⟩*ιαρίῳ κεντητῇ. cf.* COD. Theod. 13, 4, 2 [*sim.* COD. Iust. 10, 66, 1] *inter artifices a muneribus vacantes* -i, . . ., tessellarii *eqs.*). FIRM. math. 3, 3, 23 quodam subtili artificio saepe pollentes, aut aurifices . . . aut -os. CASSIOD. var. 7, 5, 5 quicquid . . . aut instructor parietum . . . aut -us ignorat *eqs.* CIL VI 9647 Nicephor(us) *Augusti libertus* -r(ius).

1. mūsium *v.* 1. museum *p. 1701, 27.*

2. musium (mūs-*?*) *v.* musivum. *?* **3. mūsium** *v.* musia.

musīvum (mūs-*?*), -ī *n. et* **musīvus** (mūs-*?*), -a, -um. *orig. inc., fort. asiaticae; vocabulum prosodiae non probatae c.* 1. museum *confundunt antiqui, coniungit Svennung, Compos. Luc. 175sqq. antra musarum -is ornata fuisse existimans. scripturae discrepantes* (*cf.* PROB. app. gramm. IV 197, 27 -sivum [-sium vel -sivum 199, 10], non -seum): -sibum: SYMM. epist. 6, 49, 1 *P.* LIB. pontif. p. 108, 17. *al.* -sium: SPART.; *aliter p. 1701, 50.* -saeum: CIL VIII 2657 (*a. 209/11*). -seum (-us): CIL VIII 993. 1323 (= 14855), 13, TREB., LIB. pontif. *in var. ll.*, GREG. TVR. Franc. 1, 32; *aliter p. 1701, 38.* mosevum (moys-, mois-): GREG. TVR. Franc. 5, 45 (*omnes fere codd.; cf.* LIB. pontif. p. 123,19 *et* NOT. Tir. *l. c., ubi* mosiv- *var. l., id quod trad.* CIL XI 273 *e cod.*). NOT. Tir. 100, 90 -um (*post* marmorium). [*ad vocem q. e.* 1. museum (*q. v.*) *pertinere videntur* CIL III 6820, 7 CE 462, 2.]

1 *subst.* -um *i. q. ornamentum pusillis varii coloris tesseris confectum, λιθόστρωτον* (*plur. l. 23; ornantur fere parietes, forsitan pavimentum l. 28, opp. pavimenti ornamentum l. 41; genus picturae habetur l. 27sqq., quae vox opp. l. 36. ad rem v. Lorentz, RE XVI 328sqq.*): **a** *in titulis*: CIL VIII 993 aedem *Plotinae uxoris Hadriani* . . . marmoribus et -is . . . ornaverunt. 2657 (*a. 209/11*) septizonium marmorib(us), -o et omni cultu . . . restituit. XI 273 haec absida -o exornata est. INSCR. christ. Diehl 1861 forum basilicae . . . -o et marmoribus decoravit. **b** *ap. scriptores*: SPART. Pesc. 6, 8 hunc . . . in porticu curva pictum de -o . . . videmus (AVG. civ. 16, 8 p. 135, 24 D. hominum genera *monstruosa*, quae in maritima platea Carthaginis -o picta sunt, ex libris deprompta *eqs. cf.* TREB. trig. tyr. 25, 4 in qua *domo Tetricorum* Aurelianus pictus est . . ., pictura est de -o. LIB. pontif. p. 219, 5 cuius *ecclesiae* parietes -o depinxit [GREG. TVR. Franc. 5, 45]). PEREGR. Aeth. 25, 9 honoravit (hornavit *Wölfflin alii*) *ecclesiam* auro, -o et marmore pretioso. SYMM. epist. 8, 42, 2 novum . . . -i genus . . . repperisti, quod etiam nostra rusticitas ornandis cameris temptabit adfigere, si vel in tabulis vel in tegulis exemplum . . . operis sumpserimus. 6, 49, 1 in minoribus balneis piscinalem picturis potius quam -o excoli non probavi. PAVL. NOL. epist. 32, 10 absidem . . . camera -o inlusa clarificat, cuius picturae hi versus sunt *eqs.* LIB. pontif. p. 108, 17 lacum . . . undique ornatum ex -o (123, 19 ex -o agnos et cruces et palmas ornavit. 171, 7. 176, 9. 214, 13). VITA Alc. Avit. 5 ecclesia -o et marmore . . . ornata et pavimento venusti operis constructa. CASSIOD. or. frg. p. 483, 12 (*contextu dubio*). GREG. TVR. Franc. 1, 32 intrinsecus . . . marmore ac -o variatum erat *templum*.

2 *adi.* -us, -a, -um *i. q. ad opus tessellatum pertinens*: CIL VIII 1323 (= 14855), 13 cameram superposuit et opere -o exornavit. INSCR. christ. Diehl 1860 (*s. VI med.*) opus . . . marmoribus inchoatum . . . addito -o splendore . . . perfecit. INSCR. RevA. V 30 (1929) p. 384 n. 91 m⟨usiv⟩o lacu⟨nari⟩.

deriv.: musivarius.

musmo *v.* musimo. **muso** *v.* musso.

musomnium, -ī *n.* [*orig. dub.; c.* mus(i)mo *vix recte coniungit Zavattari, Arch. Rom. 6, 478. J. B. H.*] *animalium genus*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 38 (*inter nomina insectorum sive reptantium*) -um. *Oomes.*

mussa, -ae *f. vox germanica, cf.* mussula (*q. v.*). *i. q. muscus herba*: GLOSS. I 301 situs proprie dicitur lanugo vel -a terrae vel arboris *eqs.*

? **mussātio,** -ōnis *f. si recte trad., a* mussare. [*e coni., ut vid.*: AMM. 20, 8, 9 (*ed. Gelen.*).] *?* *i. q. res quasi mussando obsoleta* (*forsitan conferri possit p. 1708, 19*): SCHOL. Verg. Veron. georg. 3, 4 ('omnia iam vulgata') ⟨nova . . . poeta⟩e sensui libentius tradere solent quam -es persequi (imitationes *Thilo*, '*malim* mutitationes' *Hagen*).

mussellus *v.* muscellus.

? **mussim** lente GLOSS.^{L} V Abba MV 34. *cf.* mussare *et* submussim (sum-).

mussimus *v.* mus(i)mo.

? **1. mussio,** -āre. *fort. a* mussare, *cf.* pipare : pipiare (*Heraeus, Kl. Schr. 179*); *aliter Lindsay ad l. c. fere i. q. vagire* (*si interpretamentum recte emendatur*): GLOSS.^{L} II Philox. MV 55 -at: *διαχρίνει βρέφος* ('-at: *διαχρύει c' edd. ad* GLOSS. II 131, 60).

2. mussio *v.* musio.

mussirio (musar-), -ōnis *m. aut f. orig. inc.* [*francog. vet.* moisseron, *francog.* mousseron; *cf. M.-L. 5777. G.*] *genus boleti*: ANTHIM. 38 (codd. g P) -es (musar- *g*) . . . et tuferas meliores ab aliis boletis sunt.

[**mussis** *pro* amussis GLOSS.^{L} IV Plac. E 18 (*cf.* mussus *dub. Plac. M 19*).]

? ***mussitanter** leniter GLOSS.^{L} III Abstr. MV 30 GLOSS. IV 121, 15. *al.* (*scrib. fere* musit-, *ceterum* music- V 312, 1. 371, 18, mulsit- V 604, 39, *quod Lindsay in schedis dubitanter probat*). *obscurum; vix ad* mussitare, *cf. interpretamentum.*

mussitātio, -ōnis *f. a* mussitare. *scrib. etiam* musit-. *i. q. actio mussitandi* (*de canibus* APVL.): APVL. met. 8, 4, 3 *canes* tacita . . . prius servata -e . . . latratibus . . . miscent omnia. TERT. pudic. 7

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 231, 9 (*cf. infra l. 45*) nihil ad Pharisaeorum -em respondisse ... dominum (9 p. 236, 10 erga commercium domini ⟨et⟩ ethnicorum). HIER. in eccles. 7 p. 1070A -em servi *de domino habitam* (*antea*: murmurantem famulum). in Is. lib. 9 praef. p. 313D *invidorum* livorem et -em garrulam. nom. hebr. p. 19, 28 Onan dolor vel tristitia ... vel -o vel murmuratio. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 27, 1 (Migne suppl. 2, 1042) taceat ... infidelitas et in suis -bus conquiescat. CONC.S III 3, 1 p. 141, 1 perturbatio et -o facta est (*gr. II 1, 1 p. 156, 31 γογγυσμὸς καὶ θόρυβος, II 2, 1 p. 61, 3* p. et murmuratio). IOH. MAXENT. Conc.S IV 2 p. 16, 6 nullis movetur -bus querulorum. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 35 ('quomodo intelligitur phrenitis') cum ... murmure aut vagitu aut levi secum sua ipse (ipsius *ed. Rovill. marg.*) -e vel mentis indignatione. BENED. reg. 38, 5 summum fiat silentium, ut nullius -o vel vox ... audiatur. VITAE patr. Iurens. 2, 11 p. 150, 6 -e quadam leviter titillatus.

mussitātor, -ōris *m.* *a* mussitare. GLOSS. II 465, 40 *ὑπογογγυστής*. 587, 54 susur⟨r⟩ator. III 457, 15 *μεσίτης* (485, 42. *vocem q. e.* mediator *latere coniecit Heraeus in exemplari suo*). *i. q. murmurator, obtrectator*: VVLG. Is. 29, 24 -es discent legem (HIER. *ad l.*: qui ... murmurabant contra dominum).

***mussito,** -āvī, -ātūrus (*p. 1708, 18*), -āre. *a* mussare. *de orig.*: DON. Ter. Ad. 207 (*v. infra l. 72*) '-are' ... proprie dissimulandi causa tacere est, vel a muto (*cf. p. 1708, 32*) vel ab M, quae ⟨est⟩ littera nimium pressae vocis ac paene nullius *eqs.* (*affert Verg. Aen. 12, 657 v. p. 1709, 30*). *scrib.* musi- *e. g.* ITALA Luc. 19, 7 (cod. s). AMM. 14, 11, 3 GLOSS. (*at* -ss- *praeter alios testatur* PLAVTI *cod. A quater*); -ic- PLAVT. Mil. 477 *B*[1]. VINDIC. *p. 1708, 32*. GLOSS. *διαπτύω*. -at: (prae timore, frequenter) murmurat. dubitat. mussat. -are: *γρύξαι*. *legitur ap.* PLAVT. *novies, deinde singulis locis ap.* TER., LIV. (*in I*[a] *dec.*), APVL., *saepius inde a* TERT., ITALA; *post scaenicos deest poetis* (ANTH. 733, 15 *medii aevi est*). [*var. l. p. 1709, 33.*]

fere i. q. mussare, hic illic cum indignatione (*iuxta* murmurare *vel* murmur *l. 55. 62. p. 1708, 20, cf. l. 27; accedit* clam *l. 42*, intra *vel* inter se *l. 69. 83*, mecum *l. 79*, in cordibus *p. 1708, 11*, furtim *p. 1708, 13; -ant fere homines* [vox *sim. l. 57. 59. p. 1708, 11. 20*, anima *l. 61, res pro personis l. 60*], *columbae l. 55, bestiae allegoricae l. 62 et p. 1708, 15*): **I** *usu communi*: **A** *in universum*: PLAVT. Cas. 665 omnes ... latentes metu -ant. Mil. 311 si indicium facio, interii; si taceo, ⟨interii⟩ tamen, si hoc palam fuerit; ... -bo potius quam inteream male. 477 si sapis, -bis: plus oportet scire servom quam loqui. Rud. 1029 tu taceto, ego -bo. Truc. 723 da mi operam, ut narrem quae volo.:: nam quid est? ...:: non -o (musset *codd.*); intus bolos quos dat! (*nisi* b. *pendet a* -o). LIV. 1, 50, 3 ita (*sc. Superbum*) clam quidem -antes, vulgo tamen eum appellabant. TERT. apol. 11, 16 melioribus apud inferos -antibus. pudic. 7 p. 231, 1 Pharisaei publicanos ... admittentem dominum ... indignati -bant (*cf. Vulg. Luc. 15, 2* murmurabant *et* HIER. epist. 21, 2, 1 Pharisaei -bant dicentes: '*eqs.*'). ITALA Ioh. 7, 32 (codd. b r) populum -antem de eo (*gr. γογγύζοντος, Vulg.* murmurantem. *cf.* CYPR. Fort. 7 p. 328, 7 populus ... adversum Moysen -at [*v. infra l. 80 et* VVLG. exod. 16, 7 -atis contra nos]). CYPR. Demetr. 18 p. 364, 5. *al.* PANEG. 2, 43, 5 nec cunctari saltem aut -are potuit, quin consilium nudaret. ARNOB. nat. 3, 7 alios ... -are indignanter et dicere *eqs.* AMM. 23, 5, 16 (*or. Iuliani*) ut maledici -ant. HIER. in Ezech. 7, 15 sq. p. 69D Theodotio transtulit ita: 'omnes -antes ...', ut sub metaphora columbarum meditantium significet *eqs.* (*cf.* in Nah. 2, 3 sqq. p. 1246D ut ... obscuro murmure devorent lacrimas in morem -antium columbarum). in Am. 8, 1 sqq. p. 1080A *Iudaei* -ant potius quam loquuntur. adv. Pelag. 1, 24 haec *verba* quasi explosa taceantur et in scriniolis vestris tantum -ent publicam faciem formidantia (*cf.* VVLG. Is. 29, 4 de humo eloquium tuum -bit). AVG. conf. 8, 11, 26 *vanitates mundi* velut a dorso -antes. c. Petil. 2, 83, 184 p. 114, 24 animas miserabili gemitu -antes rebaptizando submergere. serm. 341, 4, 5 adhuc -at serpens (*i. diabolus*) et non tacet (341, 5, 6 murmurat et -at et dicit: '*eqs.*' *cf. p. 1708, 17*). *al.*

B *c. explicationibus colores speciales exprimentibus*: **1** *sub specie celandi, supprimendi*: **a** *aliquid*: *α neutr. pron.*: PLAVT. Pseud. 501 non a me scibas pistrinum in mundo tibi, cum ea -bas? ... quin dictum est mihi? Truc. 312 egone haec (hic *P*) -em? iam ... haec facta narrabo seni. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 516, 19 quae intra (inter *codd.*) se -rent vel inter se tractarent — scilicet super ipso *Christo* dicentes 'hic ...' (*Matth. 12, 24*) —, in apertum processura *eqs.* *β subst.* (*dub. supra l. 41*): TER. Ad. 207 accipiunda et -anda iniuria adulescentium est ([DON.: patienda, consideranda cum silentio *eqs.*, *v. supra l. 21*]. *inde* QVEROL. p. 42, 10 R.). APVL. apol. 71 hunc ille timorem -bat; adversari propalam non audebat. **b** *aliquem*: PLAVT. Truc. 491 non placet, quem scurrae laudant, manipulares -ant.

2 *sub specie proferendi, dicendi* (*cf. supra l. 46. 51. 63*): **a** *vario usu*: *α or. recta*: PLAVT. Mil. 714 illi inter se certant donis, egomet mecum -o: 'bona mea inhiant *eqs.*' TERT. ieiun. 5 p. 279, 14 populus ... in Moysen et Aaron -vit: 'utinam *eqs.*' (*cf. supra l. 48 et Vulg. exod. 16, 2* murmuravit ... contra). GAVDENT. serm. 2, 27 G. turbis ... stupentibus ac -antibus: 'durus est hic sermo *eqs.*' (*cf. Vulg. Ioh. 6, 62* murmurarent). HIER. epist. 39, 6, 2 hoc inter se populus -bat: 'nonne *eqs.*' *β* (*acc. c.*) *inf.* (*per ellipsin p. 1708, 2*): TERT. coron. 1 l. 28 -ant ... pacem periclitari sibi. resurr. 31 p. 69, 12 si ... populus allegorice -ret ossa sua arefacta et spem suam perditam *esse*. GAVDENT. serm. praef. 53 G. aliquid se ... pati -antes iniustum, SYMM. or. 1, 8 ne quis te -ret praeiudicium captasse. AMM. 14, 11, 3 subolescere imperio ... filios -antes. 16, 4, 2 abiere barbari tristes, inaniter ... cogitasse (*sc. se*) civitatis obsidium -antes. HIER. adv. Iovin. 1, 8 (= epist. 49, 16, 2. 4) -amus adhuc nuptias non vocare (*sc. apostolum, ut vid.*) indulgentiam, sed praeceptum ...? *γ coniunctiones*: ITALA Luc. 19, 7 (cod. s) -bant, quia ... introiit (*gr. διεγόγγυζον λέγοντες ὅτι, al. et Vulg.* murmurabant dicentes quod). EVSTATH. Basil. hex. 9, 6, 4 auditorum voces in cordibus audio -antes, eo quod ... ignoremus (*gr. καταβοώντων ὅτι*. VICT. VIT. 2, 5 gemere coepimus -antes, eo q. ... esset futura persecutio praeparata). *δ acc. int.*: HIL. syn. 78 id quod antea furtim -bat, nunc non clam victrix gloriabatur *haeresis* (*neutr. pron. ut*: HIER. in Is. lib. 10 praef. p. 351A scorpium [*i. Rufinum*], mutum animal ..., super responsione ... nescio quid -are. GREG. TVR. vit. patr. 11, 1 p. 710, 5 *draco diabolicus* os suum contra os beati quasi aliquid -turus erexit. *cf. p. 1707, 83*). HIER. in Is. 59, 5 sq. p. 577D in lege domini ... meditantur aniles fabulas -antes. Ps. AVG. serm. ed. Mai 151, 2 lingua *infantium morientium* laudem -at, non dolorem (*antea*: pium murmur). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 12 qui ... obloquia vel ... deliramenta ... -ant, aut palam loquantur aut taceant.

b *c.* quod *fin. i. q. -antem sibi proponere*: GREG. TVR. Franc. 6, 12 p. 282, 23 cum Bitorigus (*i.* Biturigos) -are, q. Toronicum terminum ingrederentur, audisset.

II *c. respectu facundiae deficientis fere i. q. balbutire*: **A** *de scriptoribus ineptis* (*per modestiam l. 31*): HIER. adv. Rufin. 1, 17 p. 411A tu, qui in Latinis -as ..., vel Graece debes scribere ... vel, si Latina tentaveris, ante audire grammaticum *eqs.* VITA Caes. Arel. 2, 37 indecorum est ... mutum (*sc. me*), cum loqui non possit, velle amplius -are. **B** *de infantibus* (*cf. supra l. 20*): VINDIC. gyn. p. 458d (*cf.* 458g. 459c) ubi duos vel quatuor dentes habuerit, -at (-sic- 458g).

in lusu verb. c. voce q. e. mutus *l. 15. 30. cf. p. 1707, 22.*

deriv.: mussitatio, mussitator. *cf.* mussitanter (*?*), mussitus.

compos.: ob-, summussito.

mussitus (-ī- *?*), (-ūs) *m.* *a* mussare *sec.* anhelitus *sim. (aut sec.* mugitus*?) fictum esse videtur.* *fere i. q. mussitatio*: EXC. Bob. gramm. I 535, 35 quaedam ficta sunt a sonis vel a vocibus, ut ... tinnitus, mugitus, ululatus, hinnitus, -s.

musso, -āvī, -āre. *a gr. μύζειν, ut vid.; cf. Leumann, Kl. Schr. 164 sq.* *de orig.*: VARRO ling. 7, 101 (*attulit* ENN. scaen. 421) -are dictum, quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt. CLOD. TVSC. frg. Serv. auct. Aen. 12, 657 -are est ex Graeco, comprimere oculos: Graeci *μῦσαι* dicunt. *scrib. in codd.* -s- *pro* -ss- *e. g.* AMM. 21, 1, 13. 29, 2, 17 GLOSS. *de notione*: PAVL. FEST. p. 144 '-are' murmurare (*affert* ENN. ann. 182) ...; vulgo vero pro tacere dicitur (*affert* ENN. ann. 446. *cf.* FEST. p. 298. SERV. auct. georg. 4, 188, *qui adicit* interdum et pro dubitare [*affert* VERG. Aen. 12, 657 *et ad murmurandi notionem* ENN. ann. 344]. Aen. 12, 657). NON. p. 427, 12 '-are' et 'murmurare' (*q. v.*) ita discernuntur, quod '-are' hominum sit occulte quid et pressa voce loquentium, quod celatum velint (*affert* VERG. Aen. 11, 345 *et* 454). SERV. (auct.) Aen. 11, 345 '-ant' modo 'verentur' vel 'timent' significat; alias 'dubitant' (*affert* VERG. Aen. 12, 657) ...; interdum 'susurrant', ut de apibus dicit (*v. infra l. 83*); et proprie '-are' est 'obmurmurare' et queribundum tectius (letius *trad.*) velut muto esse vicinum; alias 'tacent', alias 'quiescunt'. 11, 454 '-ant' modo 'queruntur'. CHAR. gramm. p. 473, 21 B. *ὑπογογγύζω*. GLOSS. *γογγύζω*. est frequenter murmuro vel dubito vel vereor. -ant: timent, pavent. silent, celant. dissimulant. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., *?* VARRONE, LVCR., SALL., IVVENT., VERG. [*langob. aemil.* müsé, *sard. centr. et mer.* mušare, -ai. *cf. M.-L. 5776 d. Wagner II 149. G.*] [*dub. vel falso trad.*: VARRO Men. 102 discumbimus -ti (*vix mediopass. intellegendum coll.* murmurari; muscati, multi *var. ll.*, mulcati *Heraeus dubitanter, alii alia*). LVCR. 1, 657 (*CF*). SIL. 13, 261 (*Capuenses deditionem desiderant*) -at perfidiae ductorque caputque senatus Virtius, a Poeno nullam docet esse salutem vociferans ...: '*eqs.*' (*cf. Bauer ad l. et Lindblom, In Sil. ... quaest. 129 sq.*).]

i. q. cum indignatione vel ignavia, timore sim. murmurare (*iuxta* murmur *p. 1709, 11. 22. 39, cf. l. 45 sqq.*; intus in occulto *l. 74*, inter se *sim. p. 1709, 2. 8. 18. 38*, clam, tacite *p. 1709, 5. 15; -ant fere homines* [vox *p. 1709, 17*], *animalia l. 83. p. 1709, 32*): **I** *usu communi*: **A** *in universum*: PLAVT. Merc. 49 (*de conviciis patris*) summo haec clamore; interdum -a⟨ns⟩ conloqui: abnuere, negitare adeo me natum suom. ENN. ann. 182 intus in occulto -bat (*v. l. 45*). 446 no⟨e⟩n⟨u⟩ decet -are bonos *eqs.* (*v. l. 46*). scaen. 421 vocibus concide, facimus ⟨muss⟩et obrutus (*v. l. 41*). LVCR. 6, 1179 *pestilentia Athenis saeviente* -bat tacito medicina (*i. turba medicorum*) timore (*cf.* PLIN. epist. 7, 1, 5 -antes ... medicos). SALL. or. Macri 8 L. Sicinius ... de potestate tribunicia loqui ausus -antibus vobis circumventus erat. or. Phil. 3 *M. Aemilius* exercitum opprimundae libertatis habet ...; vos -antes et retractantes verbis ... pacem optatis magis quam defenditis. IVVENT. com. 1 quod potes, sile, cela, occulta, tege, tace, -a, mane. VERG. georg. 4, 188 *in alveo apium vespere* fit sonitus -antque oras et limina circum (*v. supra l. 47. 54*). Aen. 11, 454 fremit arma

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iuventus, flent maesti -antque patres; hic undique clamor *eqs.* (*v. p. 1708, 56*). Liv. 7, 25, 1 -antes ... inter se rogitabant, num quem ... paeniteret. 28, 40, 2 id consilium haudquaquam primoribus patrum cum placeret, ceteri per metum aut ambitionem -rent, Q. Fabius *eqs.* 33, 31, 1 decretum ... clam -antes carpebant: litteras ... adumbratas esse *eqs.* Phaedr. app. 8, 17 *Romanis a barbaro provocatis* sibi quisque metuit, primi ... -ant duces. Petron. 132, 5 tota ... familia tristis inter se -at quaeritque, quis ... confuderit. Stat. Theb. 3, 92 excussae procerum mentes, turbataque -ant concilia. 10, 582 reddere fratrem — nec -ant, sed voce palam claroque tumultu — reddere regna iubent. 11, 455 alterna ... murmura volvunt -antes: iterare acies ... impetus *est.* Plin. epist. 3, 11, 2 pecuniam ... -antibus magnis quibusdam et locupletibus amicis ... dedi *Artemidoro.* Fronto p. 5, 18 v. d. H. (= p. 8 N.) iam hora decimam tangit et tabellarius tuus -at. Paneg. 12, 2, 4 ducibus non solum tacite -antibus, sed etiam aperte timentibus (*cf. p. 1708, 77 et* Clavd. 20, 134 tacita formidine -ant). Ivvenc. 3, 24 haec inter sese -anti voce volutant: 'nonne ...?' (*cf. Vulg. Matth. 13, 54* ut mirarentur et dicerent). Amm. 24, 7, 5 cum metuens si⟨bi⟩ quisque -ret. 29, 2, 17. Prvd. ham. 773 duo cedere iussi de Sodomis: alter se proripit, altera -at (*infra*: renutat. Schol.: dubitat). c. Symm. 1, 478 -ans tristius ingemuit. Cypr. Gall. gen. 1371. Svlp. Sev. chron. 1, 43, 7 miseri trepidantes -are. 2, 6, 4. Mart. Cap. 7, 729 oborto terrigenis -antibus murmure.

B *c. explicationibus colores speciales exprimentibus:* **1** *c. obi. i.q. -ando celare:* Plavt. Aul. 131 aequom est quod in rem esse utrique arbitremur et mihi te et tibi ⟨me⟩ consulere et monere; neque occultum id haberi neque per metum -ari, quin *eqs.* **2** *c. interrog. indir. i.q. -antem quaerere, dubitare* (*cf. supra l. 2. 8; per indic. c. pron. praepar. l. 34*): Enn. ann. 344 aspectabat virtutem legionis suai ⟨ex⟩pectans si -ret, quae denique pausa pugnandi fieret *eqs.* (*v. p. 1708, 48*). Verg. Aen. 12, 657 -at rex ipse Latinus, quos generos vocet *eqs.* (*v. p. 1708, 48. 53*). 12, 718 (*in comparatione*) *tauris proeliantibus* stat pecus omne metu mutum -antque iuvencae, quis nemori imperitet *eqs.* Treb. Gall. 12, 4 -antibus (musit- *V*) ... cunctis, quid rei esset *eqs.* Amm. 21, 1, 13 *de providentia* vanities aliquotiens plebeia strepit, haec imperite -ando, si esset praesentiendi notitia ..., cur ille ... ignoravit. **3** *c. struct. variis i. q. -antem dicere* (*cf. supra l. 5. 17*): Amm. 17, 13, 11 -antes ... audiebantur interdum, fortunae ... fuisse quod evenit (*acc. c. inf. ut* 31, 5, 2). Cypr. Gall. gen. 1156 rapidi secum ventoso murmure -ant: 'somnia, cernamus, poterunt si pellere letum' (*cf. Vulg. gen. 37, 19* mutuo loquebantur). exod. 586 nullo -ante seorsum, quod desint alimenta sibi.

II *usu audaciore vergit in notionem q. e. cunctari:* Verg. Aen. 11, 345 cuncti se scire fatentur, quid fortuna ferat populi, sed dicere -ant; det libertatem fandi *eqs.* ([*v. p. 1708, 52*]. *inde* Merob. poet. 107).

deriv.: mussatio (*?*), 1. mussio (*?*), mussito, mussitus. *cf.* *?*mussim, 1. musinor.

compos.: de-, ob-, summusso (*cf.* summussus, summussim).

Halter.

mussula, -ae *f.* [*vox germ., cf.* mussa *et theod.* Moos; *v. Gamillscheg, Romania Germanica I 210. J. B. H.*] *i. q. muscus herba:* Greg. Tvr. glor. conf. 43 *de sepulchro Tranquilli confessoris* magnum beneficium praestatur petentibus; nam de -is (musc- *cod. 4*) supernatis medicamina populi promerentur, unde ego valde experimentum tuli; ... de hac -a tactis *manibus* (de hoc musculo tactas *idem cod.*) ... retuli sanas.

[mussus *v. p. 1706, 76.***]** **musta** *v.* musca.

mustāceus (-cius), -ī *m. et* **mustāceum** (-cium), -ī *n.* [*a* mustum, *cf.* vinaceus. *J. B. H.*] -ce- *codicibus testibus* Cato (*sed fere* -ci- cap.), Cic., Plin.; -ci- *titulus l. 76, item vel* -ti- *libri ceterorum* (-ce- *pauci* Ivv.). Not. Tir. 109, 36 -um. *de genere:* Caper gramm. VII 103, 1 -us sive -um non ad genus referendum est, quasi hoc potius sit aut illud cum per se nihil sit, sed sit plane *τῶν πρός τι.* -us panis recte dicimus et -um libum. *recipitur in serm. graec.: Chrysipp. Tyan. Athen. 14, 647d μουστάκια bis.* [*it.* mostacciuolo, *calabr., sic.* mustazzolu, *abrut.* mestacciol^{9}, *hisp.* mostachón. *cf. Battisti-Alessio IV 2518. Corominas III 454. G.*]

genus operis pistorii musto conditum (*v. Orth, RE XI 2092, 23 sqq.*): Cato agr. 121 (*cf.* cap. 130) -os sic facito: farinae siligineae modium unum musto conspargito; ... lauri folia subtus addito, cum coques. Cic. Att. 5, 20, 4 *Bibulus* coepit loreolam in -o quaerere (*cf. Otto, Sprichw. p. 236*). Plin. nat. 15, 127 Pompeius Lenaeus adiecit quam *laurum* mustacem appellavit, quoniam -is subiceretur: hanc esse folio maximo *eqs.* Stat. silv. 1, 6, 19 ('kalendae Decembres') *inter dona* -us (musc- *M*) et ... caryotides cadebant. Ivv. 6, 202 nec est quare cenam *nuptialem* et -a perdas labente officio crudis donanda (*cf.* Schol. *et* Gloss. V 653, 6). Ivs colleg. eborar. (CIL VI 33885) 9 ⟨placere⟩ ... uti k(alendis) Ian(uariis) ... -um et palma ... ⟨darentur⟩. Arnob. nat. 2, 23 esurienti si dederis uvam, -um ..., sciet posse sedari omnibus ex his famem aut quo genere singula esse debeant esui? Vespa 49 sponsae -a mitto.

cf. mustax, mustelago (*?*).

mustacia granae (*anglosax.*) Gloss.^{L} Corp. M 335. *cf. gr. μύσταξ.* [*it.* mostaccio, *calabr.* mustazzu, *val.* mustaţă. *cf. M.-L. 5803a. Battisti-Alessio IV 2518. Corominas III 452 sqq. G.*]

1. mustārius, -a, -um. *a* mustum. **1** *i. q. ad mustum pertinens:* Cato agr. 11, 2 urceos -os. *cf. gr. μουστάριa* Pap. Florent. 65, 18 (*s. VI*). **2** *fere i. q. musteus:* Cass. Fel. 42 p. 103, 1 masuca confecti de vitibus nondum -is.

2. mustārius *v.* muscarius *p. 1697, 7.*

mustax (-āx*?*), -cis *adi.?* *a* mustum, *nisi a* mustaceus *retrograde.* *i. q. aptus, qui mustaceis subiciatur* (*de genere lauri*): Plin. nat. 15, 127 (*ex Pompeio Lenaeo*) *v. p. 1709, 71.*

cf. mustelago (*?*).

[muste frange Gloss.^{L} V Aa M 631 *obscurum. cf. ibid. Corp. N 34* navat frangat *et Goetz, Thes. Gloss. 721. 730. André, RevPhil. 33, 1959, 242* (*verbum q. e.* mulcare *latere censet, v. p. 1564, 51*).**]**

mūstēla (mu-*?*) (-ella), -ae *f.* [*a* 1. mus *ut vid.; sed quid alteri membro subsit, non liquet. J. B. H.*] *de origine:* Serv. Aen. 2, 468 telum ... dictum a longitudine, unde et -am dicimus (9, 744 *seq.* quasi mus longus. *inde* Isid. orig. 12, 3, 3. 18, 7, 10 unde et -am [-um *B*] dicimus, quod longior sit quam mus. 20, 15, 3). *scrib. etiam* musc- (*p. 1711, 4*), -ella (Plavt. Stich. 499 *A* [*idem* 460 -ela]. Petron. 46, 4. Plin. nat. 8, 45. *al.* [-ela *passim*]. Don. Ter. Eun. 689, 1. *et saepius*), -illa (Oribas. eup. 370 *iuxta* -ella), -ula (Oribas. syn. 3 add. p. 918, 62). Not. Tir. 109, 4 (*post* mus). *fem. testatur* Gramm. suppl. 235, 27 (*nihili sunt scripturae l. 15. p. 1711, 14, distinguitur* mustelus *p. 1711, 52*); *animal visu epicoenon habetur ibid.* 145, 25. 162, 14. *legitur inde a* Plavto, Enn., Cic. **[***pedem.* musteila, mosteila *etc., langob. alp.* müšteila, müštél; *calabr.* mustera, *apul.* musdea; *sard. mer.* mustèla (*?*); *raet. occ.* müstaila, muštèila, mištèila *etc., francog. vet.* mostoile, *med.* mou(s)toile, *pic.* muswal, mutwel *etc., loth.* motel, -ol *etc., francoprov.* moteila, -o, mutéra, mušela, mohéyla *etc., prov.* mustéla, -o, mustèro *etc.*, moustelo, *cat.* mostela, mustela, *arag.* mustrela, *port.* mosteia (*?*). *cf. M.-L. 5778. Wagner II 147. Corominas III 484. Machado II 1543. G.***]**

I *nomen quadrupedis:* **A** *stricte i.q. γαλῆ* (Don. Ter. Eun. 689, 1 *γ.* -a dicitur. Gloss.; -a vulgaris Plin. nat. 29, 105 [*inde* Plin. med. 3, 33, 9], *per distinctionem ibid.* 28, 162 rustica. 29, 60 alterum *genus* silvestre, distans magnitudine, Graeci vocant ictidas ...; haec autem, quae in domibus nostris oberrat et catulos suos, ut auctor est Cicero [phil. frg. XIII 3], cottidie transfert mutatque sedem, serpentes persequitur [29, 103. 30, 47. 90]. Pallad. 4, 9, 4 mansuetas. *ad rem v. Steier, RE XVI 902 sqq.*): **1** *vario usu:* **a** *in superstitione:* Plavt. Stich. 460 auspicio hodie optimo exivi foras: -a murem abstulit praeter pedes *eqs.* (*cf.* 499 certumst -ae posthac numquam credere, nam incertiorem nullam novi bestiam; quaen eapse deciens in die mutat locum [*v. l. 36*], ea ego auspicavi ...?). Apvl. met. 2, 25, 4 repente introrepens -a contra me constitit *eqs.* 9, 34, 3 visa est ... -a ... mortuum serpentem forinsecus mordicus adtrahens. Amm. 16, 8, 2 si super occentu soricis vel occursu -ae vel similis signi gratia consuluisset quisquam peritum. Obseq. 12 milvus volans -am ... misit. **b** *in fabulis:* Hor. epist. 1, 7, 32 cui *vulpeculae satiatae* -a procul 'si vis' ait 'effugere istinc *eqs.*' (Schol.: mire imitatus est stridorem -ae. *cf.* Romvl. fab. 49). Phaedr. 1, 22, 1 -a ab homine prensa ... 'parce, quaeso' inquit 'mihi, quae ... muribus purgo domum' *eqs.* 4, 2, 9 fabellam ... de -a et muribus: *eqs.* (*cf.* Romvl. fab. 72). 4, 6 'pugna murium et -arum'. **c** *in medicina:* Plin. nat. 28, 106 tali sinistri *hyaenae* cinere decocto cum sanguine -ae perunctos omnibus odio venire (30, 36 [*inde* Plin. med. 3, 6, 3 Marcell. med. 15, 79] strumis exulceratis. 30, 118 [*inde* Ser. Samm. 132 Plin. med. 2, 19, 3 Marcell. med. 19, 18 Plac. med. 20] elephantiasin *mollit* s. et cinis -ae. *al.*). 30, 34 (*inde* Ser. Samm. 1018) -ae cinerem *comitialibus aliisque* (30, 41 [*inde* Plin. med. 1, 22, 1 Marcell. med. 18, 1] umeri doloribus. 30, 76 [*inde* Marcell. med. 36, 35] *podagricis. al.* Ser. Samm. 691 Chiron 787). 30, 47 iocinerum doloribus medetur -a silvestris in cibo sumpta vel iocinera eius (30, 90 *comitialibus* prodest et cerebrum -ae inveteratum potumque et iecur eius, testiculi quoque ..., silvestris vero tota in cibo sumpta. 30, 97 [*inde* Plin. med. 3, 18, 3]. Plac. med. 3, 8 rec. *α* [= 3, 9 rec. *β*]. Cass. Fel. 71 p. 171, 17. *cf. p. 1711, 10. 12*). *saepe.* Marcell. med. 15, 109 Misc. Tir. p. 59, 26 Cael. Avr. chron. 1, 4, 118. 128. **d** *alia:* Cic. *supra l. 36.* Varro rust. 3, 10, 4 *in cellis pullorum providendum est, ne* eo accedere possint -ae (*cf.* Colvm. 8, 14, 9 Pallad. 1, 24, 2). Petron. 46, 4 tres cardeles occidi et dixi, quod -a comedit. Plin. nat. 8, 79 (*inde* Sol. 27, 53) *basiliscis* -arum virus exitio est; ... necant illae simul odore moriunturque. 8, 98 *vires refovet* -a ruta in murium venatu cum iis *serpentibus* dimicatione conserta (*cf.* 20, 132, *unde* Garg. Mart. med. 3 p. 137, 3. *v. etiam p. 1711, 48*). 10, 204 *dissident* -a et cornix ..., angues et -ae et sues. 11, 183 *inter animalia timida aut propter metum malefica. al.* Svet. frg. 161 p. 250, 2 -arum est drindrare (*q. v.*). Itala lev. 11, 29 (Lugd., Monac., *cf.* Vvlg.) *inter animalia impura* (Hesych. *ad l.* p. 915^{B} animal est dolosum et valde furtis vacans. *eodem spectat* Barnab. 10, 8 iniquitatem faciunt ore suo [*v. Windisch ad l. et cf.* Rvfin. Clement. 8, 25, 5]). Lampr. Heliog. 27, 2 mille -as *sibi exhiberi iubebat.* Serv. georg. 1, 414 *obliviosas esse dicit. al.* *de colore v. p. 1711, 41 sqq.*

2 *facete dictum:* Cic. nat. deor. 2, 17 ut ... muribus illam *domum* et -is aedificatam putes (*v. p. 1690, 29*).

B *per similitudinem vel confusionem:* **1** *i. q. mygale, mus araneus:* Diosc. 1, 142 p. 71, 27 M. morsibus ⌊-e et soricum⌋ (*gr.*

[Lévêque-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 128, 6 μυγαλῆς. cf. 2, 138 p. 230, 16 mygalis. *3, 23 p. 387, 4* megaletis). ORIBAS. eup. 3, 70 (*gr. μυγαλᾶς*). *cf.* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 11 mus -a. **2** *i. q. viverra* (*v. Steier l. c. 907*): GLOSS. II 597, 5 v.: -a (muscella *trad.*). *cf. l. 37.*

II *nomen piscis*: **A** *esui apti* (GLOSS. *ἤπατος. γαλῆ. πηλόγονος. v. Steier l. c. 907 sq. Jud ap. Howald-Meyer, Röm. Schweiz 368 sq. de Saint-Denis, Vocab. des animaux marins 73 sq.*): ENN. frg. var. 34 ('Hedyphagetica') omnibus ut Clipea (Clipeae *Turnebus*) praestat -a marina (PLIN. nat. 9, 63 [*cf.* 1, 9, 29; *de scaro*] proxima est mensa iecori [pec- *trad.*] dumtaxat -arum, quas mirum dictu inter Alpes quoque lacus Raetiae Brigantinus aemulas marinis [murenis R^2 *al.*] generat. 32, 112 [*inde* PLIN. med. 3, 21, 11] *comitialibus* datur et -ae m. iocur. *de iocinere cf. p. 1710, 60*). VARRO ling. 9, 113 in piscibus dissimilis ... *solea* -ae. COLVM. 8, 17, 8 avidas (-dos *SA*) -as ... includimus *in piscinas*. AVSON. Mos. 107 quae ... per Illyricum, per stagna ... Histri spumarum indiciis caperis, -a, natantum in nostrum subvecta fretum (*seq. descriptio coloris*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 12 (*an ad B?*). **B** *canini, i. q. γαλεός* (*cf.* mustelus *et ad rem Keller, RE VII 595 sqq. Strömberg, Griech. Fischnamen 108 sq.*): AMBR. hex. 5, 2, 5 (*de piscibus*) nec praetermittam scorpios, ranas, testudines, -as quoque et canes maritimos, vitulos marinos, cete inmania *eqs.* 5, 3, 7 alii vivos fetus edunt ..., ut -ae et caniculae et cete ingentia *eqs.* (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 4 facit ... catulos -a [*gr. τὰ γαλεώδη*]). ORIBAS. syn. 4, 15, 9 Aa (*inter cacochyma*) aranea, -a (aranios, pisces, -as La), scorpius ... et his similes in mari animalia (*gr. γαλεώνυμοι*).

deriv.: mustelarium, mustelinus. *cf.* mustelago (*?*), mustelus *et v. Onom.*

compos.: mustelopardus. *Lévêque-B.*

mustelāgo (-til-*?*, *vix* mūstēl-), -inis *f. vocem fidei incertae e* mutilago (*cf.* mult-) *contaminatione c.* mustela *vel* mustaceus (*cf.* mustax) *facta fluxisse conicit André, Lex. botan. s. v. genus lauri*: Ps. APVL. herb. 27 l. 6 *chamaedaphne* a Graecis dicitur dafnitis ..., Itali -o (*de script. v. app. crit.*; laurum terrestrem *vel* ruscum *pars codd., cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 147 p. 289, 19 λαυρίωλαμ*). GLOSS. III 538, 24 dafnitis id est -o (dafimidis i. e. -ilaco *trad.*).

mūstēlārium (mu-*?*) (-ell-), -ī *n.* *a* mustela *sec.* aviarium *sim.* GLOSS. II 261, 14 *γαλεάγρα*: cavea, viverra (viverrarium *ed. Stephani*), -um. 587, 47 -r⟨i⟩um: foveole in qua mustella nutritur.

mūstēlīnus (mu-*?*) (-ell-), -a, -um. *a* mustela; *cf.* PRISC. gramm. II 80, 3 mustela -us. *i. q. ad mustelam pertinens, mustelae proprius*: TER. Eun. 689 hic est vietus vetus veternosus senex, colore -o (*lentiginem respici censet* DON. *revocans ad Menand. frg. 163 K. γαλεώτης γέρων erroremque poetae statuens; deinde sequitur grammaticum quendam*, qui recte intellexit Terentium scientem '-o c.' dixisse eunuchum velut sublivido *eqs. cf.* SCHOL. Bemb.: lentiginosa facie. EVGRAPH.: nigro..., qui color est in mustelis supra domorum tecta currentibus. SCHOL. p. 107, 11 russeo *eqs.*). PLIN. nat. 30, 124 ex utriculo -o. CHIRON 686 ruta⟨m⟩ -am (*cf. p. 1710, 70*).

mūstēlopardus (mu-*?*), -ī *m.* *a* mustela *et* pardus. *bestia quaedam*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 9 *inter nomina quadrupedum.*

mūstēlus *γαλεός* GLOSS. III 471, 16 (*seq.* mustela *γαλῆ*). *cf.* mustela *l. 18.* *Gruber.*

mustētum *v.* myrtetum.

musteus, -a, -um. *a* mustum. *?* -ius *p. 1712, 13.* GLOSS.^{L} III Abol. MV 33 -um: viscidum, medium viride (*cf.* GLOSS. V 225, 1. 467, 15. 19). *adde p. 1712, 12.* [*it.* moscio, *lig., calabr., sic.* mušu, *neap.* mušə mušə, *aemil.* mos mos, *raet. occ.* muš, muoš, *francog. vet., prov.* mois, *cat.* moix. *cf. M.-L. 5779. Battisti-Alessio IV 2517. (Corominas III 463 sqq.). G.*] [*falso trad.* APVL. met. 2, 26, 8.]

1 *i. q. musto abundans*: **a** *de genere quodam pomorum*: CATO agr. 7, 3 mala -a et punica ([*inde* VARRO rust. 1, 59, 1 quae antea -a vocabant, nunc melimela appellant. PLIN. nat. 15, 51 -⟨e⟩a a celeritate mitescendi *eqs.*]. COLVM. 5, 10, 19 *inter cydoniorum genera* [PLIN. nat. 15, 38 praecoci *proventu*]. CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 2). 7, 4 pira ... -a (*inde* PLIN. nat. 15, 56. *coniecit Pontanus pro* murt- CLOAT. *l. c.* 6). **b** *de lacu torculario*: SEDVL. op. pasch. 1, 2 p. 180, 19 -o vinitor in amne tripudians.

2 *i. q. adhuc in modum musti fervens, novellus, recens*: **a** *proprie* (*de rebus naturalibus, liberius de sapore l. 76*): VARRO Men. 12 recentes -os in carnario fluitare suspiciunt *pueri* (museos *var. l.*; '*sc. petasones' Norden in schedis, caseos intellegit Bolisani, quales forsitan lateant sub* recentes, *quod glossema esse multi censent. cf.* MART. 13, 55, 1 petaso: -us est *eqs.*). COLVM. 9, 15, 13 dum -us fructus *mellis* defervescat (*cf. p. 1714, 18*). PLIN. nat. 11, 240 *caseo* (*cf.* 11, 242 *caseos senescentes* redire in -um saporem aceto ... maceratos). 12, 29 amaritudo grano *piperis Italici* eadem, quae piperi -o (*sic vel* mustheo *codd.*, '*significat piper recentissime lectum decerptumque ex arbore' Mayhoff, Novae lucubrat. Plin. 22*; myrteo *vulg.*) credatur esse. 13, 50 est ... tanta suavitas -is *palmis*, ut *eqs.* (*antea*: viridibus). 37, 46 *formicas sim.* adhaesisse -o *sucino*. **b** *translate de opere impolito* (*cf. p. 1713, 65*): PLIN. epist. 8, 21, 6 cupere te ... quam maturissime legere hunc adhuc -um librum (*huc respicere videtur* SIDON. epist. 8, 3, 2 inpolitum hunc semicrudumque et, ut aiunt, tamquam -um l.).

subst. **musteī** (*sc. panes sim.*), -ōrum *m. et l. 10?* **mustea** (*sc. liba sim.*), -ōrum *n.* *i. q. mustacei* (*v. Svennung, Unters. Pallad. 22. 273*): PALLAD. 11, 21 de fermento -orum servando: ... panes ex eo *tritico* brevissimos admodum facies -orum ... quo tempore anni -os facere volueris. APIC. 5, 189 ex melle et -is cum lacte ... facies *pultes*. 7, 294 *perna* inlata cum buccellis ...; melius, si cum -is. 7, 295 petasonem ex -is: ... alia parte piperati buccellas -orum factas perfundis; cum sorbuerint, quod -i recusaverint, petasoni refundis. 7, 301 dulcia: -os Afros optimos rades (*eqs.*) ...; piper aspergis et inferes (*seq. 302* siligineos). *addere velimus* THEOD. PRISC. eup. faen. 81 de -is (-o *B*) ... faciendum est *cataplasma*, sed quae piper non habuerint (*cf. l. 7. 9*). GLOSS. III 185, 4 (*de secunda mensa*) *γλευκῖται*: -i (V 256, 7).

? subst. **musteum** (-ium), -ī *n.* GLOSS. III 568, 53 -um (mulzium *trad.*) i. sinapis (*v. André, ALMA 26, 1956, 197, qui confert Plin. nat. 20, 240* semen ac radix *sinapis*, cum inmaduere musto. *ad corruptelam cf. l. 78*).

? **mustilāgo** *v.* mustelago. **mūstilla** *v.* mustela.

mustio *v.* muscio. *?* **mustium** *v.* musteus (*l. 13*).

1. mustricula, -ae *f.* [*orig. inc., vix a* monstrare. *J. B. H.*] AFRAN. com. 419 -am (-tic- *var. l.*) in dentes impingam tibi (PAVL. FEST. p. 147 *ad l.*: -a est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur).

? **2. mūstricula,** -ae *f.* GLOSS. V 605, 14 -a (-cola *trad.*) machina ad stringendos mures. *vox fidei incertae, fort. eadem atque* 1. mustricula *explicata veriloquio inepto sec.* muscipula.

mustula *v.* mustela.

mustulentus, -a, -um. [*a* mustum, *cf.* vinulentus. *J. B. H.*] *i. q. musti plenus*: PLAVT. Cist. 382 (Non. p. 63, 28 '-um'. 415, 15) -us ventus (*trad.* -us aestus *vel* mustilentus v.) nares attigit (NON.: ut sit odor musti aut musto oblitus ac madens. *inde* GLOSS. V 651, 3 -um a musto). APVL. met. 2, 4, 8 -us autumnus (ZENO 2, 45). 9, 32, 2 -as autumni delicias.

mustulus *v.* musculus. **mustum** *v. l. 52.*

mustuōsus, -a, -um. *a* mustum. *i. q. musti plenus*: CASSIOD. in psalm. 79 concl. ista vinea (*sc. ecclesia*) pro botris -is sanctos infert fructus, martyres creat *eqs.*

1. mustus, -a, -um. [*cf.* muscus *vel gr. μύδος 'humor, putredo'* (*v. s.* 1. mundus). *J. B. H.*] *?* moct- *l. 51.* *de notione*: NON. p. 136, 4 (*inde* GLOSS. V 643, 73) '-um' non solum vinum, verum novellum quidquid est, recte dicitur (*affert* NAEV.). PRISC. gramm. II 257, 10 '-us ... -i' excipit Probus (*v. p. 1714, 26*), quod tamen mobile (*i. adiectivum*) videtur, cum veteres et feminino et neutro genere inveniuntur hoc protulisse pro 'novus nova novum'; ... Cato ... '-a agna' pro 'nova' dixit (*cf.* III 444, 36 -us facit -a).

fere i. q. novellus: **1** *de animantibus*: NAEV. com. 54 utrum est melius, virginemne an viduam uxorem ducere?:: virginem, si -a est. CATO or. frg. 62 tit. de agna -a pascenda. **2** vinum -um: CATO agr. 115, 1 (*cf.* cap. 123) in v. -um veratri atri manipulum coicito in amphoram. *cf. gr. μοῦστος, μοῦσθος sc. οἶνος* (*Preisigke, Wörterb. d. griech. Pap. II 120*) *et, si huc pertinet,* ORIBAS. syn. 9 add. La p. 401 vino mocta una pars.

subst. ***mustum,** -ī *n.* *de origine*: LYD. mens. 1, 4 *μοῦστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἔγνωσαν καλεῖν ὡσανεὶ μύστην*. ISID. orig. 20, 3, 4 -um est vinum e lacu statim sublatum; dictum autem creditur -um, quod in se limum et terram habeat mixtam; nam mus terra, unde et humus. *de genere et formis*: DVB. NOM. gramm. V 583, 23 -um generis neutri. *vulgariter* DIOSC. 5, 93 p. 198, 24 in unu urceu -u (*gr. 5, 72, 1 εἰς χοέα γλεύκους*). *cf. p. 1714, 23 sqq.* *de numero*: SERV. georg. 2, 7 -um numero tantum singulari dicimus ..., licet Ovidius abusive dixerit '-a'; sed hoc ille plus fecit, quod et '-is' dixit (*cf.* DIOM. gramm. I 328, 23 GLOSS. II 263, 26). *exstat plur.* (*forma* -a, *ceterum* -is *tantum* OV. am. 1, 15, 11 PLIN. nat. 14, 124. 125. 21, 35) *in poesi* TIB. 1, 1, 10. 1, 5, 24. 2, 3, 66 (dona *P.* -o 2, 5, 85). PRIAP. 53, 2. OV. *saepe* (*sing. deest*). MANIL. 3, 153. 663 CALP. ecl. 1, 3. MART. *quinquies (iuxta sing.). al.; in prosa* (*fere iuxta sing.*) PLIN. nat. *saepe*. QVINT. *p. 1713, 71.* HIER. *p. 1713, 43. 74. 76.* PS. RVFIN. in Ioel 1, 10/12. SIDON. epist. 1, 6, 4 (-o carm. 22, 36). LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 96, 11. ENNOD. *p. 1713, 84.* APON. *p. 1714, 21.* NOT. Tir. 98, 94 -um (muscum L^2. *antecedit* mulsum). *de notione*: ISID. *l. 54.* GLOSS. *γλεῦκος* (*cf. p. 1714, 28. 29 et Geopon. 9, 20 γλεύκους, τουτέστι τοῦ καλουμένου μούστου*). -um de uva (acerba, agresti): *ὀμφάκιον*. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, CIC. (*p. 1713, 65*), LABER. (*?, v. l. 80*), VERG. georg. [*val.* must. *it.* mosto, *sard. centr. et mer.* mustu, *raet. occ.* muost, *raet. or.* most, *francog.* moût, *prov., cat.* most, *hisp., port.* mosto; *germ.* Most. *cf. M.-L. 5783. Battisti-Alessio IV 2518. Wagner II 148. Corominas III 456. Machado II 1543. G.*] [*confund. in codd. c.* mixt- (*restit.* -um HOR. *p. 1713, 32.* PLIN. nat. 29, 44 MARCELL. med. 20, 16), muls- (PLIN. nat. 19, 156 MART. 13, 113, 2; *falso trad.* -um APIC. 6, 214), mult- (MANIL. 3, 153 COLVM. 4, 19, 3. *al.*; *restit.* -um LABER. mim. 86 PLIN. nat. 15, 100), musc- (*l. 69*).]

i. q. sucus fervens, qui fructibus sim. inest vel expressus est: **I** *uvarum* (*ad rem v. Abel, RE XVI 912 sqq.*): **A** *proprie*: **1** *de ipso liquore*: **a** *usu vario*: CATO agr. 7, 2 in sapa, in -o, in lora. 23, 2 -um ... coctum (MART. 3, 82, 23. *cf.* VARRO frg. Non.

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 551, 20 decoxerant [COLVM. 12, 20, 3 PLIN. nat. 14, 121. *al. v. etiam infra l. 44*]. COLVM. 12, 19, 5 excoctum. PLIN. nat. 15, 29 incoquitur). 125 ubi desiverit fervere -um (*v. vol. VI 1, 593, 31 sqq. et 601, 33 sq.* [fervor]. *cf.* FEST. p. 348 [*ex Labeone*] defervescat [*v. vol. V 1, 321, 83 sqq.*]. COLVM. 12, 20, 8 infervefacere). *al.* VARRO frg. Non. p. 551, 11 cum expressissent acinis -um (*v. vol. V 2, 1783, 62 sq. et cf.* TIB. 1, 5, 24 pressa [AVIEN. orb. terr. 1302 CYPR. GALL. gen. 1224. *adde l. 25*]). rust. 1, 7, 4 -i et olei (*antea*: uvae et oleae). *al.* TIB. 2, 3, 66 non tanti sunt tua -a, pater *sc. Bacche*. 2, 5, 85 oblitus . . . -o feriet pede rusticus uvas. AETNA 271 tumeant ut dolia -o (OV. am. 1, 15, 11 -is uva tumebit. *cf. infra l. 41 et* GERM. frg. 4, 17 tumescentes -o . . . uvas). OV. rem. 190 nudo sub pede -a fluunt (*v. vol. VI 1, 970, 33 sq.*). *al.* MANIL. 3, 663 despumant -a (*cf.* COLVM. 10, 44 -o spumantis . . . uvas [10, 432 dolia. SIL. 8, 378 CYPR. GALL. gen. 1224. *v. et l. 41*]. CALP. ecl. 1, 3 spument rauco ferventia -a susurro [IVVENC. 2, 375 SIDON. epist. 1, 6, 4]). CELS. 2, 26, 1 inflat -um atque etiam id vinum, cui nihil adhuc aetatis accessit. *al.* COLVM. 3, 2, 27 Spionia *vitis* dapsilis -o. 11, 2, 71 sine quibus *rebus* probe confici -um non potest (12, 18, 4. *cf.* PAVL. dig. 10, 4, 12, 3 fecerit). 12, 19, 1 -um . . . condire (*v. vol. IV 142, 74 sq.*). *al.* PLIN. nat. 11, 32 mel . . . primis diebus fervet ut -a. 18, 322 calcari -a (*cf. infra l. 43*). 21, 35 vina -is odoratiora. 23, 45 *vinum* sucum esse qui fervendo vires e -o sibi fecerit. *et passim.*

b *accedunt epitheta (fere per abundantiam l. 45 sqq.)*: *α rationem exprimendi indicantia*: CATO agr. 23, 2 de -o lixivo (COLVM. 12, 27 -um l., hoc est antequam prelo pressum sit. 12, 41 hoc . . . erit, quod destillaverit antequam nimium calcetur uva). 23, 4 tortivum -um circumcidaneum (COLVM. 12, 36 -um t. est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur. PLIN. nat. 14, 130 nos intellegimus novissime expressum. *cf.* VARRO rust. 1, 54, 3 circumcisici[t]um). PLIN. nat. 14, 85 protropum: ita appellatur a quibusdam -um sponte defluens ante quam calcentur uvae (*cf. l. 35*). *β regionem significantia*: HOR. sat. 2, 4, 19 -o (mixto *codd.*) . . . Falerno (COLVM. 10, 431 MART. 13, 120, 2 PRVD. c. Symm. 1, 127). COLVM. 12, 33, 1 -i Aminei (12, 35, 1. 12, 42, 1 -i arbustivi A.). SCRIB. LARG. 109 ex Cretico (protropo MARCELL. med. 20, 16) -o, quod est passi genus. 115 (= MARCELL. med. 27, 5) Surrentini. PLIN. nat. 14, 124 Liguriae . . . Circumpadanisque -is. *γ colores discernentia* (*cf.* PLIN. nat. 23, 29 -a differentias habent naturales has, quod sunt candida aut nigra aut inter utrumque): TIB. 1, 5, 24 candida -a (*v. vol. III 243, 81. cf.* PLIN. nat. 14, 78 album [*v. vol. I 1506, 2 sq.*]). PROP. 3, 17, 17 dum modo purpureo tumeant (*Phillimore*, numen *sim. trad.*, spument *Itali*) mihi dolia -o (NEMES. ecl. 3, 45. *cf.* 3, 59 roseo. HIER. in Zach. 14, 11 p. 1531^{C} *ut* rubentia in Christi sanguine -a calcemus). *δ alia*: VERG. georg. 1, 295 *coniunx* dulcis -i Volcano decoquit umorem (*v. vol. V 1, 2189, 1 sq.*). 2, 7 novo (OV. ars 2, 695 AVIEN. orb. terr. 1302. *cf. infra l. 62. 66. 74 et* PAVL. FEST. p. 123 primum [*om. pars codd., Lindsay*]. COLVM. 12, 29 recens [*ibid.* recentissimum. 12, 39, 2. *al.*]). TIB. 1, 1, 10 pleno pinguia -a lacu (MANIL. 3, 153. 3, 663 COLVM. 10, 432). PRIAP. 53, 2 cum capiant alti vix cita ('*expressa, elicita*' *Vollmer*; tua *vel* sua *var. l.*, nova *Bücheler*) -a lacus. OV. trist. 3, 10, 72 nec cumulant altos fervida -a lacus. COLVM. 12, 19, 4 donec videbitur eliquatum omni faece -um carere (12, 41). 12, 20, 2 tenue. PLIN. nat. 14, 85 austeri (*cf. infra l. 71*). 14, 125 pugnacibus -is crapulae plus inditur, lenibus parcius. SIL. 8, 378 immiti (inimico *var. l.*). PS. GARG. MART. p. 209, 3 forte. IVVENC. 2, 373 calidum. CYPR. GALL. gen. 1224 tenero. deut. 2, 54 fellito (*Vulg. 32, 32* uva fellis). *al.*

c *accedit gen.*: PLIN. nat. 14, 124 (*v. supra l. 37*). 23, 30 passi -um (*opp.* album).

2 *adhibetur ad indicandum anni spatium*: OV. fast. 3, 558 tertia nudandas acceperat area messes inque cavos ierant tertia -a lacus. met. 14, 146 ter centum messes, ter centum -a videre. *cf.* IVV. 10, 250 qui tot per saecula mortem distulit . . . quique novum totiens -um bibit *sc. Nestor*.

B *in imagine vel comparatione*: **1** *usu vario*: CIC. Brut. 288 novam istam quasi de -o ac lacu fervidam orationem (*cf.* PLIN. epist. 9, 16, 2 devehemus . . . pro novo -o novos versiculos tibique . . ., ut primum videbuntur defervisse, mittemus). SEN. epist. 83, 16 (*de ebriis secreta prodentibus*) quemadmodum -o dolia ipsa rumpuntur . . .: sic vino aestuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur. QVINT. inst. 2, 4, 9 (*magistri aridi evitandi sunt*) ne maturitas quidem ipsa festinet nec -a in lacu statim austera sint. AVR. Fronto p. 61, 17 v. d. H. (= p. 67 N.) quom videbis in dolio -um fervere, in mentem tibi veniat mihi sic in pectore tuum desiderium scatere *eqs.* HIER. epist. 28, 5 verbum interpretabor ad verbum, ut, quia novicia -a contemnis, saltim veteris vini auctoritate ducaris. in Ioel 3, 12 sqq. p. 984^{B} ('exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum *hostium*') quia . . . -a exuberent. VVLG. Iob 32, 19 (*cf.* HIER. interpr. Iob) plenus sum . . . sermonibus . . ., en venter meus quasi -um absque spiraculo quod lagunculas novas disrumpit. Is. 49, 26 cibabo hostes tuos carnibus suis et quasi -o sanguine suo inebriabuntur. AVG. in psalm. 83, 10 lacrimae piae contribulatorum -um sunt amantium. serm. 23, 12 (*ad Vulg. psalm. 35, 9* inebriabuntur ab ubertate domus tuae *eqs.*) quo vino, quo -o . . .? . . . bibe . . . vitam. ENNOD. epist. 7, 20, 1 p. 188, 15 sit inter nos felicium vindemiarum vice colloquium: currant dulcia -a sermonum. **2** *usu christiano de donis spiritualibus*: ITALA act. 2, 13 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) deridebant dicentes, quia -o isti repleti sunt. *inde* HIL. in Matth. 22, 1 prophetas . . ., in quos -i modo quaedam ubertas sancti spiritus ferventis influeret (*cf.* AVG. serm. 267, 2, 2 [*de apostolis*] bulliebat -um et -o bulliente linguae gentium profluebant). ZENO 2, 28 *de competentibus* novellae vites ad iugum perductae, scaturientis -i dulci fluento ferventes, vinariam dominicam cellam . . . gaudio repleverunt (*cf.* 2, 53 *competentes* autumnale . . . non morabitur -um, quo repleti inebriatique . . . spiritus sancti calore fervebunt). MAX. TAVR. serm. 11, 1 M. inpinguavit . . . nos et refecit *Cyprianus* -o martyrii sui *eqs.* OP. imperf. in Matth. 40 p. 854 prophetas, ex quibus quasi ex torcularibus gratia spiritus sancti decurrebat ut -um. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 19 de illa mirabili -i spiritalis ebrietate. CAES. AREL. serm. 189, 2 spiritale triticum et caeleste -um. *al.*

II *aliorum fructuum, mellis*: PLIN. nat. 15, 5 consequens earum *olivarum* vindemia est arsque vel maior olei -a temperandi (oleo *var. l.*, oleo quam *vel* oleum quam *edd. vet.*). PALLAD. 7, 7, 3 donec refrigerato -i calore deferveat *mel* (*cf. p. 1711, 74 et comparationem p. 1713, 20*). VVLG. cant. 8, 2 dabo tibi poculum ex vino condito et -um malorum granatorum meorum (*cf.* APON. 11 p. 214 compressa suavissima castigationum . . . suarum aliorumque bonorum operum -a offert dilecto suo).

subst. **mustus,** -ī *m. forma vel artificiosa vel vulgaris vocis q. e.* mustum; *cf. gr. μοῦστος sim. p. 1712, 49.* SACERD. gramm. VI 481, 12 *nomina* non facientia . . . quartae erunt declinationis . . . excepto uno '-us -i' (PROB. cath. gramm. IV 30, 8. *contradicit* PRISC. *p. 1712, 41*). *i. q. mustum*: HIPPOCR. cib. 28 de -ū: -us inflat ventrem *eqs.* ORIBAS. eup. 2, 1 G 4 Aa (*cf.* La) gleucon, id est -us (*gr. 20 γλαύκιον*). syn. 4, 22, 10 Aa -us inflationem facit (*gr. γλεῦκος*). 4, 25 Aa omnis -us (*gr. νέος sc. οἶνος*, La vinum . . . novellus, id est -us). GLOSS.

deriv.: mustaceus (-um), 1. mustarius, musteus, mustulentus, mustuosus. *cf.* mustax.

2. mustus *v.* 1. muscus *p. 1700, 43.* *Oomes.*

mūsūrga, -ae *m.*, **μουσουργής, cf. μουσουργός. i. q. homo rei musicae peritus*: HEGES. 1, 37, 2 p. 74, 9 *Alexandram* ab Antonio per -am quendam litterarum sequestrem petisse *eqs.* (*Ios. arch. 15, 24 μουσουργοῦ τινος αὐτῇ συμπραγματευομένου, Ps. Rufin. Ios. bell. Iud. p. 428* a sodale quodam. *pro nom. proprio ed. Weber, vix recte*).

B.

***mūtābilis,** -e. *a* mutare. *compar.* (-ius): VAL. MAX. 6, 9, 14 DECL. in Catil. 32. *superl.* (-issimus): DECL. in Catil. 59 (*cf.* maxime -is *l. 70. p. 1715, 23*). NOT. Tir. 31, 77. *de notione*: AVG. civ. 12, 18 p. 540, 29 D. -e est omne, quod aliquid patitur. immort. 2, 2 quod semper eodem modo non est. SYNON. Cic. p. 431, 26 inconstans. varius. diversus. deliberator. cunctator. -is. GLOSS. *ἀκατάλληλος. εὐμετάβλητος. εὐμετάθετος. εὐμετάλλακτος.* varius. *inde a* VARRONE (*adv.*), CIC., VERG., HOR., OV., LYGD., LIV. [*confunditur in codd. c.* mirabilis (*infra l. 71. 78. al.*), mobilis (*p. 1715, 21*), motabilis (*p. 1715, 21. 78. al., cf. p. 1529, 61 sqq.*), nutabilis (*p. 1715, 10 et* APVL. Socr. 4 p. 129).]

i. qui mutari potest vel mutatur (*iuxta ponuntur* varius *l. 70. p. 1715, 50. 63. al.*, convertibilis *p. 1715, 60. 62 [v. et vol. IV 858, 2. 9]. al.; fere abundanter dicitur* -is diversitas FIRM. math. 3, 2, 22. 3, 3, 4): **1** *praevalente sensu facultatis mutandi* (*c. gen. respectus p. 1715, 56, abl. causae vel instrumenti saepius, limit. p. 1715, 17. 37 et* CAEL. AVR. acut. 1, 3, 40; *indicatur finis mutationis per* in *c. acc. l. 71. 75. p. 1715, 35. 64. al.*, ad *p. 1715, 66; accedit* ab *p. 1715, 65*, per *p. 1715, 46*): **a** *corporaliter*: *α de rebus*: ① *adi.*: CIC. nat. deor. 1, 34 Ponticus Heraclides . . . stellis divinitatem tribuit sensuque deum privat et eius formam -em esse vult (*cf.* ac. 2, 118 Xenophanes [*frg. A 33, 2 D.*] . . . dixit unum esse omnia neque id esse -e et id esse deum). 3, 30 si omnia . . . -ia sunt, nullum corpus esse potest non -e; -ia autem sunt illa, ex quibus omnia constant . . .; omne igitur corpus -e est; at si esset corpus aliquod immortale, non esset omne -e. Tim. 27 cum *animus* materiam -em arripuit et cum rursus individuam atque simplicem, per se omnis movetur (*gr. σχεδαστήν*. SEN. dial. 8, 5, 6 an continua . . . m. sit et per totum -is). 36 *sidera* vaga et -i erratione labuntur (*gr. τρεπόμενα καὶ πλάνην τοιαύτην ἴσχοντα. cf.* SEN. dial. 6, 18, 2 nocturnam lunae successionem . . . accessionibus damnisque -em). SEN. nat. 2, 11, 1 *aer* ima sui parte maxime varius et inconstans ac -is (mirabilis *pars codd.*) est (2, 15 in ignem et aquam [2, 23, 2]. *cf.* 7, 22, 1 quaecumque aer creat, brevia sunt; nascuntur . . . in re fugaci et -i. APVL. mund. 3 *inferioris aeris* saepe -is convertitur species, cum sit natura vitiabili; et in nubes cogitur *eqs.* [*gr. παντοδαπῶς ἀλλοιουμένῳ*]). 3, 9, 3 placet nobis terram esse -em (3, 10, 1 si in alia -is, est etiam in aquam. 3, 10, 5 in humorem [3, 26, 1. 3, 29, 4]. *cf.* 3, 15, 6 illa vis terrae, quam esse -em diximus). CALP. ecl. 2, 40 non minus arte mea -is (mirab- *P*) induit arbos ignotas frondes et non genitalia poma. 5, 50 nec fuerit variante deo -e caelum *eqs.* SIL. 4, 349 *Liris flumen* nullo -is imbri. APVL. mund. 36 lex illa vergens ad aequitatis tenorem sit deus nulla indigens correctione -i (*cf. gr. διόρθωσιν ἢ μετάθεσιν*). TERT. adv. Hermog. 12, 2 de lapidibus filii Abrahae non suscitabuntur . . . si natura -is non erit (AVG. civ. 12, 3 p. 515, 20 D. nulla . . . mala deo noxia, sed -bus corruptibilibusque naturis. 12, 5 p. 518, 13

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *usu reciproco* (*cf. Thielmann, ALL 7, 1892, 369 sqq.*): α *c. additamentis*: Ⓘ inter se *sim.*: LEP. Cic. fam. 10, 34 a, 1 (3) summa studia officii -o i. nos certatim constiterunt. QVINT. inst. 10, 2, 15 a doctis i. ipsos etiam -o reprehensa *vitiosa*. FRONTO p. 179 N. (-o *omisit van den Hout p. 169, 32*). Ⓘⓘ se *sim.*: CALP. decl. 44 dilexerunt ... se -o fratres (HIER. epist. 148 [= PAVL. NOL. epist. app. 2; *fort.* PELAG.], 15, 3 si nos -o [invicem *var. l.*] diligamus, id est si nobis ea praestemus invicem, quorum vicissim indigemus). APVL. met. 10, 14, 3 illi ... -o sese ... criminabantur. VLP. dig. 2, 4, 10, 10 -o se ipsa *liberta* et filius eius in ius non vocabunt (*cf.* HIER. in Mich. 4, 1 sq. p. 1187[B] ad vexillum se patibuli -o provocantes). MIN. FEL. 9, 2 se ... noscunt et amant -o (SALV. gub. 5, 15). SOL. 1, 82 HYG. fab. 22, 2 HIER. epist. 53, 9, 2. 75, 5, 1. 121, 5, 4 persequuntur (SALV. gub. 5, 15). in Ezech. 3, 13 p. 38[C] VVLG. exod. 18, 7. 25, 20 respiciant ... se -o versis vultibus (37, 9). Ios. 8, 16 Ruth 3, 14 II par. 25, 17 MACR. Sat. 6, 1, 3 ROMVL. fab. 60, 10 rec. gall. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 16 p. 332, 14. Ⓘⓘⓘ sibi *sim.*: ITIN. Alex. 23 s. -o peramicae sunt *gentes barbarae*. PANEG. 10, 10, 1 vos ... tantam potestatem -o vobis impartire. SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 25 ut ... s. -o ... praesidia communicarent. HIER. epist. 64, 16, 4 ut ... -o s. vittis copulentur hyacinthinis (VVLG. exod. 26, 9). in Dan. 11, 27 sq. p. 567[C] in Os. 5, 8 sq. p. 861[C] VVLG. gen. 26, 31. exod. 26, 3 quinque cortinae s. iungentur -o (36, 12). Esth. 9, 19 ROMVL. fab. 48, 5 rec. gall. SIDON. epist. 8, 6, 1 ENNOD. epist. 7, 3, 1 p. 174, 3. Ⓘⓥ *alia*: HIL. in Matth. 25, 2 p. 1053[B] (*ad 24, 7*) cum gentes adversus se -o et regna concurrent. HIER. in Ezech. 6, 5 p. 59[A] fortissimos quosque ... a se -o ... separandos (VVLG. Esth. 3, 8 populus ... dispersus et a se -o separatus). VVLG. lev. 20, 17 eo quod turpitudinem suam -o revelaverint. β *nude*: SEN. epist. 99, 13 *iuvenes* suam alienamque libidinem exercent -o inpudici (TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 14 iniuriae -o exercendae). Ps. QVINT. decl. 13, 6 *apes* -o amplexas (*cf.* 13, 18 vinciuntur atque inligantur. HIER. Victorin. Poetov. in apoc. 21, 2 p. 151, 7 miscentur [*antea*: invicem sibi haerent. *inde* epist. 64, 20, 3]. VVLG. exod. 36, 12 iungerentur. 39, 18 necterentur). SVET. Tib. 44, 2 -o flagitium exprobrarant (*i. alter alteri, item*: HIER. epist. 29, 1, 1 nuntiant. MACR. Sat. 1, 7, 25 missitant). APVL. met. 8, 13, 3 hortati -o (*i. alter alterum, item*: 9, 2, 4 cohortati. TERT. uxor. 2, 8 l. 54 provocant. ITALA Rom. 12, 10 [Ambrosiast. *al.*] invicem benigne, honore -o praevenientes [gr. *ἀλλήλους, al. et Vulg.* invicem]. PANEG. 4, 6, 3 iuvant. *al.*). 8, 26, 5 blaterantes (*cf.* 10, 7, 3 sermocinantibus. VVLG. gen. 37, 19 -o loquebantur. 42, 28 dixerunt [43, 18]. 50, 15 colloquentes). MAECIAN. dig. 36, 1, 75, 1 quas *servitutes* -o praedia heredis et testatoris habent (*cf.* PAPIN. dig. 8, 3, 34 pr. -o serviebant *praedia*). ITALA Gal. 5, 15 (Hier. epist. 125, 2, 3) ne mordentes invicem -o consumamini (*gr. ὑπ' ἀλλήλων, al. et Vulg.* ab invicem. *cf.* VVLG. IV reg. 3, 23 pugnaverunt reges contra se et caesi sunt -o). ITIN. Alex. 54 ut iuxtim se viantes vix -o noscerentur. VVLG. eccles. 4, 11 fovebuntur -o. OROS. hist. 2, 18, 2 cum e diverso concurrentes sibi ambo fratres -o (*i. alterum alteri*) casus obiectavisset. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 28, 8 utrumque -o reciprocat. *al.*

c *liberius fere i. q. alternis, simul*: SEN. dial. 10, 20, 5 dum alter alterius quietem rumpit, dum -o miseri sunt (CVRT. 5, 5, 12). CVRT. 4, 14, 21 (*Dareus*:) imperium, quia -o adfectamus, una gens non capit (*antea*: iactamur invicem varietate fortunae). APVL. Socr. 18 p. 160 tacent ... -o duo illa sapientiae ... cacumina, Ithacensis et Pylius. PANEG. 2, 1, 2 (*ad Theodosium*) ita -o ambo crevistis, ut nec tu fueris adhuc maior nec illa *urbs* felicior. SYMM. epist. 9, 86, 1 verae amicitiae hanc esse rationem, ut commoda nostra -o gaudeamus.

2 *acc. int.*: **a mūtuum.** -um scabere (scalpere) *proverbialiter* (*cf. l. 71 sq. et Otto, Sprichw. p. 232 sq.*): VARRO Men. tit. (Non. p. 115, 19. *al.*) -um muli scabunt. AVSON. 340 A p. 158 P. ut ... proverbio finiamus et '-um (-o *cod. Voss.*) muli scalpant' (scabant *Z*). SYMM. epist. 1, 31, 1 videbor -um scabere (scalpere *var. l.*). 10, 1, 3 hoc est quod aiunt: -um scabere [ae]mulos. ENNOD. epist. 1, 10, 1 p. 19, 22. *aliter p. 1738, 31, dub.* TERT. cult. fem. 2, 11 l. 4 (multum *A*). **b mūtua** (*poetice*): POMPIL. epigr. 1, 3 (*cf. p. 1620, 7*) -a muli *sc. scabunt* (*cf. sub a*). LVCR. 2, 76 inter se mortales -a vivunt (5, 1100 rami stirpesque teruntur). 3, 801 mortale aeterno iungere et una consentire putare et fungi -a posse (4, 947). 4, 325 fiet ut, ante oculus fuerit qui dexter, ut idem nunc sit laevus et e laevo sit -a dexter. 6, 1084 quorum ita texturae ceciderunt -a contra, ut cava conveniant plenis. PROP. 1, 5, 30 cogemur ... alter in alterius -a flare sinu.

3 *c. praepos.* (*cf.* pro -o *p. 1737, 64*): **a per mūtua:** VERG. Aen. 7, 66 (*de apibus*) pedibus p. -a nexis ([SERV.: invicem, *item* ARVS. gramm. VII 502, 26. *inde* AVSON. 359, 7 p. 216 P. CORIPP. Ioh. 4, 297]. AVG. civ. 21, 4 p. 494, 20 D.). MANIL. 2, 516 similes referunt p. -a sensus. 5, 681 (*contextu incerto*). **b in mūtua:** MANIL. 2, 495 Cancer et adverso Capricornus conditus astro in semet vertunt oculos, in -a (*G*, in muta *M*, immutaque *L*) tendunt auribus. 5, 263 (*?*).

adv. **mūtuō.** CHAR. gramm. p. 266, 21 B. 'mutuo', ut Varro ... loquitur, in consuetudine (cognomine *trad.*) est; '-e' vero ut 'docte' dici putant (sic p. *trad.*, dicendum putat *Keil dubitanter*), nec non et illi, qui de differentiis scribunt. *i. q. invicem*: CIC. fam. 5, 2, 4 satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus ... -e respondisse (5, 7, 2). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 52, 10 haec ... ab ipso me *Nestorio* ... sunt episcopis dicta et -e ad invicem saepius.

adv. **mūtuiter.** *i. q. invicem*: VARRO Men. 346 vive meque ama -r (*huc spectant* NON. p. 513, 16 -r pro mutuo. PRISC. gramm. III 71, 2).

subst. **mūtuum,** -ī *n. v. p. 1737, 27. 1738, 35. 47.*

deriv.: mutito, mutuarius, mutuaticus, mutuo(r).

compos.: promutuus.

cf. moeton.

2. mūtuus *v.* 1. mutus. *Lumpe.*

mȳ *indecl. n.* (*f.*), *μῦ littera graeca. graecis litt. exhibet* VARRO ling. 7, 101 *in veriloquio vocis q. e.* mussare *afferens* ENN. frg. inc. 10 neque ut aiunt *μῦ* facere audent. *cf.* mu.

adhibetur in descriptionibus notarum musicarum: BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 13 meson diatonos ... my graecum *eqs.* (p. 312, 2 hyperboleon diatonos ... my g. habens acutam ..., M′).

mya, -ae *f.*, **μύα. nomen herbae*: Ps. DIOSC. herb. fem. 16 l. 1 thlaspi sive mia (l. 16 [*in additam. fort. spurio*] -a. *cf. Ps. Diosc. Vind. 2, 156 p. 222, 18 οἱ δὲ μυῖτιν, ... Ῥωμαῖοι σκανδουλάκιουμ*).

myacantha *v.* myacanthus.

myacanthinus, (-a, -um), *μυακάνθινος. scrib.* mi-. *i. q. ad myacanthum pertinens*: ORIBAS. eup. 2, 1 A 33 Aa *et* La p. 438 asparagus -us (syn. 2, 1 p. 93, 7 Mø. 4, 3 La p. 7 ALEX. TRALL. 2, 67).

myacanthus (-os), -ī *m. et* **-a,** -ae (-ēs) *f.*, *μυάκανθος. scrib. etiam* mi-, me-. *gen. sg.* -es ORIBAS. *genus herbae*: PLIN. nat. 19, 151 corrudam, hunc enim intellego silvestrem asparagum, quem Graeci orminum aut -um vocant *eqs.* (PS. APVL. herb. 85 l. 17 -a. DIOSC. 2, 109 p. 221, 16 -o [*i.* -on] aut mion. 3, 161 p. 443, 6 -us. ORIBAS. syn. 9, 18, 7 p. 311 -es ... semen [Aa, -i La]. GLOSS. III 540, 62 -a. 553, 7 -us [*ut* 569, 74. 595, 20]).

cf. myacanthinus, myon.

myaces *v.* myax.

myagros *et* **-on,** (-ī) *m. et n.*, *μύαγρος. nomen herbae* (*ad rem v. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): PLIN. nat. 27, 106 (*cf.* 1, 27, 81) -os herba ferulacea est, foliis similis rubiae, tripedanea; semen oleosum, quod et fit ex eo; medetur oris ulceribus perunctis hoc suco. DIOSC. 4, 112 p. 56, 5 -on aut mellanpiro (*i. μελάμπυρον. seq. descriptio; gr. 4, 116*).

myax, *pl.* myaces, *μύαξ. cf.* mitulus (mytilus), myisca. *nomen cochleae*: PLIN. nat. 32, 95 (*cf.* 1, 32, 31; *seq. descriptio*). ORIBAS. syn. 9, 40 (74) add. Aa p. 348. *dub.*: GLOSS. II 563, 33 coclia miaci (*subesse μυάκιν coni. Buecheler, Kl. Schr. II 141*).

mȳcēmatiās, *pl.* -ae *m.*, **μυκηματίας. cf.* mycetias *et* mugitus. *i. q. terrae motus c. mugitu coniunctus*: AMM. 17, 7, 4 inter haec tria genera terrae motuum (*sc.* brasmatias, climatias, chasmatias) -ae sonitu audiuntur minaci ...; tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos.

mȳcēs, -ētis *m.* (*acc. pl.* -ētas) *et* **mȳcēta,** -ae *f. et* myca, -ae *f.* (*?, v. l. 57*), *μύκης. scrib. saepe* mi-. *nomen fungi* (*fort. huc pertinet* GLOSS. III 569, 20 micha i. fungus): DIOSC. 1, 61 p. 35, 1 M. (*v. app. crit.*) qui ... ⌊-etas⌋ ... biberit ([*P solus, sec. gr. 1, 56, 4*; fungos malos *M*]. 2, 65 p. 207, 17 hoc est fungos. 2, 96 p. 217, 18). 3, 1 p. 375, 8 *agaricum esse* putredines arboris in se nascens (*gr. ἐν φηγίνοις δένδρεσι κατὰ σῆψιν γίνεσθαι*) sicut et -et⟨a⟩e. 3, 23 p. 387, 3 *medicamentum* suffocationibus -etis occurrit (*cf.* 3, 114 p. 425, 15 qui a -etis suffocati sunt). 4, 79 p. 45, 8 de -etas: -etum duo genera sunt *eqs.* 4, 80 p. 46, 2 -etae *comparantur c. colchico.* 5, 139 p. 230, 15 *medicamentum* vim -etarum excludit. 5, 144 p. 233, 5 -eto similis. 5, 151 p. 237, 3 -eto. *fort. recte restituitur* CHIRON 111 mucitas (*v. p. 18, 39*).

mȳcētiās, (-ae) *m.*, *μυκητίας. cf.* mycematias *et* mugitus. *i. q. terrae motus c. mugitu coniunctus*: Ps. APVL. mund. 18 -as vocatur taetri rudoris inquietudo terrena; audiuntur mugitus *eqs.* (*gr. 396 a 11 μυκητίαι σεισμοί*).

mȳcha *v.* moecha (*p. 1324, 7*).

mycteris *v.* mictyris.

myctērismos, *acc.* -on *m.*, *μυκτηρισμός. irrisionis genus, i. q. nasus*: QVINT. inst. 8, 6, 59 -ός dissimulatus quidam, sed non latens derisus. CHAR. gramm. p. 372, 11 B. per -on, id est derisum quendam (*affert Trag. inc. 61 sqq.*) ...; haec omnia derisu quodam dicta sunt a fortiori ad non fortem.

mydēsis, *acc.* -in *f.*, *μύδησις. i. q. putredo umore effecta*: ORIBAS. eup. 2, 1 P 7 Aa -disin angulorum oculorum (comestos angulos o. *La; gr. 23 μυδῶντας κανθούς*).

1. mydion, (-ī) *n.*, *μύδιον, fort.* ȳ, *ῡ a μῦς μῦός, cf. βούδιον a βοῦς βοός. nomen naviculae, i. q. muscellus* (*cf. Heraeus, RhM. 54, 1899, 307*): PAVL. FEST. p. 147 myoparo genus navigii ex duobus

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dissimilibus formatum, nam et -on (myon [*i.* *μυών*] *Scaliger, id quod recepit Müller*) et paron per se sunt. GELL. 10, 25, 5 (*inter nomina navium*) -a (moe- *fere trad.*; hemiolia *Turnebus perperam, alii alia non felicius*). *cf.* mys.

2. mydion, *abl.* -ō *n.*, *μύδιον*. *scrib.* midio *ap.* SORAN., mizo miczo miccio *ap.* CAEL. AVR. *i. q. forceps a medicis adhibita*: SORAN. p. 106, 7 -o ... tenere (110, 3 -o vel sarcolabo [*infra*: s. *tantum*]. CAEL. AVR. gyn. 2 l. 1397. 1458). 106, 15 res digitis vel -o adprehensa (CAEL. AVR. gyn. 2 l. 1407. 1415).

mydīsis *v.* mydesis.

mydriāsis, -is (-eōs) *f.*, *μυδρίασις*. *scrib. etiam* midr-, mitr-. *nomen morbi oculorum*: CELS. 6, 6, 37 non multum ab hoc malo (*sc. paralysi*) distat id, quod -in Graeci vocant *eqs.* THEOD. PRISC. log. 56 (*ter*). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 6. 16 -i. ORIBAS. syn. 8, 46 tit. Aa p. 255 de -i (ad -eos La). *in contextu* Aa -in.

? **mydrōn,** *acc. pl.* -ōnas *m.*, **μύδρων*. *i. q. irrisor*: PORPH. Hor. ars 437 ('animi sub vulpe latentes') simiatores (*V*; sannatores *P*) eos et -as (*V*; mi- *P*, *εἰρωνας Fabricius*) appellamus, qui benigne inrident.

myelos, (-ī) *m.*, *μυελός*. *i. q. medulla*: CASS. FEL. 38 p. 84, 10 dorsalis medulla ..., quam Graeci noticon -on vocant. ORIBAS. eup. 2, 1 M 14 La tit. mielo (*sed in contextu* medulla, *id quod exstat in Aa*). GLOSS. III 569, 15 mylius i. medulla.

mȳgalē *et* **-lis,** -is (-ētis) *f.*, *μυγαλῆ*. *scrib.* mi- *saepe*; me- *ap.* DIOSC. (*iuxta* my-), GLOSS. V 372, 37 -e hearma (*anglosax.*); *ceterum v. l. 29. fort. huc pertinet* GLOSS. II 133, 54 nitela *δενδροβάτης* (*cf.* V 374, 11 netila *δ.*). *decl. lat. exhibent* CHIRON (*acc. sg.* -em), DIOSC. (*gen. sg. et* -is *et* -etis).

i. q. mus araneus (*cf. l. 34 sqq. et* GLOSS. III 569, 76 *al.* meogal(l)is [*vel* me(o)gallus]: scuriolus): COLVM. 6, 17, 1 mus ... araneus, quem Graeci *-ῆν* (*litt. graecis in omn. codd. praeter A*[1]) vocant (*inde* PALLAD. vet. med. 18, 1 *litt. lat. ut* VEG. mulom. 4, 21, 1). ITALA lev. 11, 30 (Lugd. = VVLG.) *inter animalia immunda* -e (*cf.* HESYCH. *ad l.* p. 915[B] animal est compositum, non natura, sed vitae conditione ad deridendum aptum, id est ut dolos faciat et rapiat ventremque repleat, propter quod compositum nomen accepit ex utroque animali, ex quo haec habet vitia). CHIRON 507 si mus caecus momorderit ..., quaerere debes eundem -em comburere (*item* 509). DIOSC. 2, 138 p. 230, 16 -is morsu (3, 23 p. 387, 4 morsibus -etis).

cf. ? mygalinus.

? **mȳgalīnus,** (-a, -um). *cf.* mygale. *i. q. ad mygalen pertinens*: CHIRON 782 *admissarii sint* colore nigri vel magillini, nam murinus *eqs.* (-i *coll.* GLOSS. III 569, 76 [*v. l. 29*] *Heraeus, ALL 14, 1906, 122 sq. [sc. per metathesin vocalium, quam probat Richter, Würzb. Jahrb. 4, 1949/50, 79 sq.], postquam Oder contulit fontem Chironis* COLVM. 6, 37, 6 coloris nigri vel magilis [*S*, mac- *AR; item* -i *legendum esse vid.*] *necnon Pallad. 4, 14, 3* nigri vel murini aut rubei coloris).

my(i)ocefalium, (-ī) *n.*, **μυιοκεφάλιον*. *i. q. ulcus oculi*: CHIRON 56 (*v. l. 54*; mio- *cod.*, myio- *Oder*). *cf.* my(i)ocefalus.

my(i)ocefalus, (-a), -um, *μυ(ι)οκέφαλος*. *scrib.* mio- (CHIRON), myo-, *sed cf. l. 54*. *i. q. ulcere oculi, quod capitis muscae simile est, infectus*: CHIRON 79 quodcumque iumentum oculum -um habuerit, quod sic cognoscitur: ipsa orbe nigredinis verruca fiet alta quasi muscae amplae caput *eqs.* (*cf. 56 in indice* de miocefalio in oculo). *neutr. pl.* -a *de ipsis ulceribus*: ORIBAS. syn. 3, 119 p. 873 ALEX. TRALL. 1, 89. 97. 104. *cf.* my(i)ocefalium.

⟨myi⟩opteron, (-ī) *n.*, *μυ(ι)όπτερον*. *nomen herbae*: GLOSS. III 559, 3 capsella i. -on (571, 62; *utroque loco suppl. Goetz, Thes. gloss. s. v.* capsella *coll. Ps. Diosc. Vind. 2, 156 p. 222, 18*).

myisca, -ae *f.* et **-us,** -ī *m.*, *μυίσκη, -ος*. *nomen cochleae*: PLIN. nat. 32, 98 *myaces* degenerant in duas species, mitulos ..., -as, quae rotunditate differunt, minores aliquanto atque hirtae, tenuioribus testis, carne dulciores. 32, 149 mys, mitulus, -us *eqs.*

[GLOSS. II 513, 15 ruscinius mylacinos (*μυῖα κυνός recte in marg. cod. Perizoniani*).**]**

mylē, *acc. sg.* -ēn, -em, -im *f.*, *μύλη*. *i. q. molucrum in utero muliebri nascens* (*cf.* 2. mola *et* mylos; *huc fort. pertinet* GLOSS. III 599, 28 ceron milon, *si* ⟨s⟩ceron [*i.* *σκῖρος*] *recte restituit André, ALMA 26, 1956, 211*): THEOD. PRISC. gyn. 11 duritiam ..., quam alibi -en appellamus. CAEL. AVR. gyn. ind. capp. de mola, quam Graeci milem vocant. l. 501 (tit.) milim (nubon *cod.*).

mylītēs, (-is) *m.*, *μυλίτης*. *i. q. dens molaris*: VINDIC. gyn. p. 459[p] molliete, quod nos molares apellamus.

mylius *v.* myelos.

? **myloecos,** -on *adi.*, **μύλοικος*. *i. q. in molis habitans*: PLIN. nat. 29, 141 alterum genus *blattarum* -on (mylocon *trad.*) appellavere circa molas fere nascens *eqs.*

mylos, (-ī) *m.*, *μύλος*. *i. q. mola*: DIOSC. 2, 84 p. 212, 4 amilu (*i.* *ἄμυλον*) appellatum est ab eo, quod -os mola Graeci dicunt, id est sine mola fit.

myocefal- *v.* myiocefal-.

myocoda, -ōn *n. pl.*, *μυόχοδα*. *i. q. muscerdae*: ORIBAS. eup. 4, 107 add. p. 615, 16 *ad libidinem excitandam apta est* -on *quantitas quaedam*.

myoctonon, (-ī) *n.*, *μυοκτόνον*. *nomen herbae, quae vulgo appellatur aconitum* (*cf.* myophonon): PLIN. nat. 27, 9 nec defuere, qui -on (-cton *Vd*) appellare mallent, quoniam procul et e longinquo odore mures necat. DIOSC. 4, 73 p. 42, 23 miopton⟨on⟩.

myon, (-ī) *n.*, *μύον*. *nomen herbae*: DIOSC. 2, 109 p. 221, 16 myacantus aut -on (mion *trad.*).

myoparo, -ōnis *m.*, *μυοπάρων*. *de orig.*: PAVL. FEST. p. 147 (*v. s.* 1. mydion). p. 222 *derivatur a voce q. e.* paro. ISID. orig. 19, 1, 21 quasi minimus paro, est enim scapha ex vimine facta, quae contecta crudo coreo genus navagii praebet, quales utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem (*affert* HEGES. *l. 25*). *scrib. saepe* mio- *in codd.*, myo- *exstat in inscr. l. 34. formae graecae: pl. acc.* -as: SISENNA, FLOR.; *sg. nom.* -on NOT. Tir. 110, 55. *vox a poesi aliena.*

i. q. genus levis navigii (*inter alia enumerat* GELL. 10, 25, 5. GLOSS. scafa vel navicula. genus caraborum), *maxime in usu piratarum* (*cf.* NON. p. 534, 15 navicula piratarum [*affert* SISENNAM, SALL., CIC. rep.]; *v. et l. 23 sqq.* GLOSS. scafa piratarum), *sed interdum inter naves classis ordinariae est* (*l. 20*): SISENNA hist. 106 naves triginta biremes, totidem -as. CIC. Verr. II 1, 86 *Milesii* -em egregium de sua classe ornatum atque armatum dederunt (*de eadem re ibid.* 87. 88. 90. *cf. Ascon. ad l.*: habent Milesii praesidiariam classem ex foedere praebendam populo Romano *eqs.*). 3, 186 piraticus -o (5, 73. 89. 97. 100. SEN. contr. 1, 2, 9 [*cf. ibid.* 11 in illis -is angustiis]. VAL. MAX. 6, 9, 15. HEGES. 5, 15 p. 320, 5 Saxonum [*cf. l. 10. 32. 40*]. *cf.* VAL. MAX. 2, 8, 5 -um ... piraticis rostris). 4, 116 eum *portum* Cilicum -i praedonibusque patuisse. 5, 97 pirata cum quattuor -bus parvis. rep. 3, 24 cum quaereretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno -e. BELL. Alex. 46, 6. SALL. hist. frg. 3, 8 cohors una grandi phaselo vecta ... a duobus praedonum -bus circumventa. PS. QVINT. decl. 6, 7. FLOR. epit. 3, 6, 4 leves et fugaces (*cf.* VEN. FORT. epist. [carm. 3, 4] 9 Cherucis adcersientibus -em praepetem). APVL. apol. 32. CIL VIII 27790, 9 (*opus musivum s. II ut vid.*) -o (*affertur Cic. carm. frg. 8* tunc se ... mandat ... paroni). HEGES. 3, 20, 2 p. 224, 5 (*syn.* scaphis). HIER. vita Hilar. 41 p. 50[A] cum ... duobus haud parvis -bus occurrissent *piratae eqs.* (*infra*: naviculae). PAVL. NOL. epist. 49, 15 navem ... adlapsam ... sine -e piraticum (-cam *trad.*) in terra agens occupavit. OROS. hist. 6, 2, 24 in -em Seleuci piratae ... transiluit. SIDON. epist. 8, 6, 13 contra Saxonum pandos -es (*cf. l. 25*). ENNOD. dict. 21, 4 p. 484, 11.

myophonon, *dat.* -ō *n.*, **μυοφόνον* (*cf.* *μυηφόνον*). *nomen herbae* (*cf.* myoctonon): PLIN. nat. 21, 54 inter haec *sata* nervosi cauliculi quibusdam, ut ... -o (*cf.* 1, 21, 30 -um).

myōpiāsis, -eōs *f.*, *μυωπίασις*. *i. q. morbus myopis* (*cf.* myops *sub 2*): ORIBAS. syn. 8, 54 p. 260 Aa -in (*bis, scrib.* mio-; myo- La, *cf.* tit. ad [*vertitur soloece περί*] -eos).

? **myōpicus,** (-a, -um), **μυωπικός*. GLOSS. III 456, 64 (= 485, 61) -us (*Heraeus, fort. recte*; mopsicus *trad.*) *μύωψ*.

myōps, -pis *m.*, *μύωψ*. **1** *nomen animalis, i. q. οἶστρος*: NIGIP. frg. Serv. auct. georg. 3, 147 hic *tabanus* apud Graecos prius -s vocabatur; postea ⟨a⟩ magnitudine incommodi oestrum adpellarunt. **2** *de homine, i. q. oculis non satis prospiciens*: GELL. 4, 2, 11 de -e ((d)emum ope *trad.*) ..., qui luscitiosus Latine appellatur, dissensum est; alii enim redhiberi omni modo debere, alii contra, nisi id vitium morbo contractum esset (VLP. dig. 21, 1, 10, 3 de -e quaesitum est, an sanus esset; et puto eum r. posse). FVLG. serm. ant. p. 115, 16 luscicios dici voluerunt in die parum videntes, quos Graeci -es (mi(ri)opes *trad.*) vocant.

myosōta, (-ae) *et* **-tis,** *acc.* -ida *f.* (*? m. l. 66*), *μυὸς ὦτα, μυοσωτίς*. *scrib.* mio- PLIN., CHIRON; meo- DIOSC.

nomen herbarum (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v. et infra* myosoton, myotis): **1** *Aegyptiacae cuiusdam*: PLIN. nat. 27, 23 -is (*v. s.* myosoton). 27, 105 -a sive -is ([*item utrumque* 1, 27, 80]. *seq. descriptio, deinde agitur de myagro*). **2** *anagallidis*: CHIRON 293 *anagallis* dicitur a quibusdam -a. **3** *urceolaris*: DIOSC. 2, 169 p. 246, 9 de -a: -a, quem (quam *edd. vet.*) multi meotida dicunt (*seq. descriptio*) ...; multi elsinen (*i.* alsinen, *cf. l. 71*) ⟨meo⟩sotida dicunt (*gr. 2, 183* *μυὸς ὦτα· οἱ δὲ μυὸς ὠτίδα καλοῦσιν*).

cf. myotis.

myosōton, (-ī) *n.*, *μυόσωτον*. *nomen alsines* (*cf. l. 67, ceterum* myosota *et* -tis): PLIN. nat. 27, 23 alsine, quam quidam -on appellant ...; cum prorepit, musculorum aures imitatur foliis, sed aliam docebimus esse, quae iustius myosotis vocetur (*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 86 p. 246, 15* *Ῥωμαῖοι μοῦρις αὐρίκουλα. Scrib. Larg. 153* auricula murina).

myos ūra *inter nomina gr. malvae* PS. APVL. herb. 40 l. 20 (*cf. Ps. Diosc. Vind. 2, 118 p. 191, 13* *οὐρὰ μυός*).

mȳōtacismus *v.* moet-.

myōtis, -idos *f.*, **μυωτίς*. *nomen herbae* (*cf.* myosot-): DIOSC. (*v. l. 66, ubi* meot- *scribitur*). ORIBAS. syn. 1, 19, 16 add. Aa p. 69, 15 Mø. (*de clysteribus; gr. deest*) usus sum herbae -da (miothida Aa, myatidos La).

mȳra *v.* moera.

myrabolanum *v.* myrobalanum.

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

myracopum (mir-), (-ī) *n.*, *μυράκοπον*. *scrib.* mi- *ubique fere*, -roac- DIOSC. *i. q. unguentum e myro confectum* (*quasi adi. apponitur l. 11*): POMPON. dig. 34, 2, 21, 1 *inter unguenta valetudini apta sunt* commagena, glaucium, crina, rosa, -um (*?*, muracolum *F*, murracopum *Mommsen graeca voce invita*), nardum purum. PHILAGR. med. 1 p. 154, 17 M. cerota et mirtae opos confectus (miracopa confecta *sim. var. l.*), talia enim sunt et acopa *eqs.* (2, 113 p. 82 P. c. et -a confecta [mirti copa *MC*, *ed. pr.*]). DIOSC. 1, 79 p. 44, 7 M. acopis et -is (*gr. 1, 71, 6 εἰς ... ἄκοπα καὶ εἰς χρωματισμοὺς μύρων*). NOT. Tir. 98, 86 -um (mirra- *trad.*, *post* accopum). *iuxta* unguentum: ALEX. TRALL. 2, 45 u. -um (*gr. 2 p. 305 P. μυρόκοπον* [*debuit* -ράκ-]).

myrapius, (-a), -um *vel* myrapium, (-ī) *n.*, **μυράπιον*, *cf. μυρα(π)πίδιον*. *nomen pirorum odoratorum* (*cf. l. 16*): CELS. 4, 26, 5 pira Tarentina viridia vel Signina, mala Scandiana vel Amerina, -a. COLVM. 12, 10, 4 pira Dolabelliana, Crustumina laurea, -a (myrapira *S*, mira prima *A*). PLIN. nat. 15, 55 *nomen habent* ab odore -a, laurea, nardina. CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 6 (*inter vocabula pirorum*) anicianum, cucurbitivum ..., -um (mi-, mur-, mar- *var. ll.*), Milesium, murteum *eqs.*

myrepsicus, -a, um, *μυρεψικός*. *cf.* myrepsus. *scrib. etiam* mir-. [*falso trad.* -um (me- *scrib.*) DIOSC. 4, 151 p. 71, 10 *pro* emeticum.]

i. q. ad confectionem unguentorum pertinens (*cf.* GLOSS. -a: unguentaria): RVFIN. Clement. 1, 47, 5 (*ad exod. 29, 7*) si chrisma arte -a compositum est ab Aaron ([mirifica *var. l.*; myropolica *edd. vet.*]. *de eadem re* Orig. in lev. 12, 4 p. 462, 21 quod a. -a confectum est a pigmentario). PHILAGR. med. 4 p. 190, 1 M. -us balanus, quem et myrobalanum vocant (DIOSC. 4, 152 p. 71, 14 b. -o semen est similis arboris myricae [*gr. 4, 157 μυρρίκῃ, mavult μυρρίνῃ Sprengel*]. ORIBAS. syn. 8, 30 p. 247 [*v.* myrobalanum *p. 1745, 58*]).

myrepsus, (-ī) *m.*, *μυρεψός*. *i. q. unguentarius*: CIL VIII 21097 (*inscr. mutilissima*) ⟨regis*?*⟩ myrrepsi l(ibertus) ('-i *vocabuli littera quarta non omnino certa est' edd.*). *cf.* myrepsicus.

v. Onom.

? **mȳriada** *v. l. 38.*

***mȳriades,** -ōn *pl. f.*, *μυριάδες*. *cf.* myrius, dismyriades (*l. 43*). *decl. graecam (gen. semel, ceterum acc.) habent* ITALA (-on), HEGES. *et, quantum editionibus confidere licet,* CASSIOD., PALLAD.

? myriada, (-ae) *f.*: GLOSS. IV 116, 34 -a summa (V 465, 37. *cf.* IV 453, 11 moeriad[i]a decem milium summa).

i. q. dena milia, multitudo infinita (*maxime l. 51*): ITALA deut. 33, 17 (Ambr. patr. 11, 53) ipsae -es (*Vulg.* multidudines) Ephraem et ipsae chiliades Manasses. apoc. 9, 16 (Cypr. testim. 3, 59 p. 163, 8) numerus exercituum ... dismiriades -on (*Vulg.* vicies millies dena millia). IREN. 1, 24, 6 (= 1, 19, 3 H.) unum a mille et duo a -bus. HEGES. 5, 49, 4 caesa ... innumera milia, CX -as plerique adserunt. HIER. in Dan. 7, 10 ('millia millium ... et decies millies centena millia') ista sunt millia et istae -es *eqs.* (*affert psalm. 57, 18. 103, 4*). HESYCH. in lev. 27, 1/8 p. 1162^{B} populus Israel, sexcentorum millium, quod sunt sexaginta -es ...; -es erant, sed nec millia nec myriae -es, ut semper esset in eis profectio *eqs.* PALLAD. hist. mon. II 4 p. 349^{C} patrum ... sexcentas -as expositionum ... perlegi. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 189 argenti ... -as quinquaginta (*bis.* 17, 321. 322. *al.*). CIL III 14184^{9} -es (*iuxta numerum passuum, ut vid.*).

[mȳriadia (moe- *trad.*) *v. l. 39.*]

myrīca, -ae *et* **-ē,** -ēs *et* (myrīx), -cis *f.*, *μυρίκη*. *scrib. saepe* mi-. *de formis: lat.: I^{ae} declinationis*: VERG., OV., SER. SAMM., PRVD., MACR., DIOSC. (*iuxta formas III^{ae} et gr.*), CORIPP., GLOSS. *III^{ae}: gen. sg.* -is (*vix* -īs *sec. gr.* -ης): PHILVM., THEOD. PRISC. (-es *var. l.*), DIOSC. (*iuxta* -ae), RVF.; *acc. pl.* -es: APON., GLOSS. *graec.: sg. nom.*: PLIN. (*in indicibus*), HIER., VVLG., DIOSC. (*iuxta decl. lat.*), EVSTATH., ISID., GLOSS.; *gen.* -ēs: PHILAGR., THEOD. PRISC. (-is *var. l.*); *acc.* -ēn PLIN.

nomen herbarum: **1** *i. q. tamarix* (*dicitur* arbor *sim. l. 71. p. 1744, 3. 5. 8. 12 necnon p. 1744, 26* [*cf.* DIOSC. 4, 152 p. 71, 15 arboris -ae], virgultum *l. 74. p. 1744, 11*): **a** *exempla naturam et affinitates illustrantia* (*v. et p. 1744, 3. 8. 23. 26*): PLIN. nat. 13, 116 -en et Italia *fert*, quam tamaricen vocat, Achaia autem bryan silvestrem (*cf.* 1, 13, 37 -e sive brya. GLOSS.) ...; in Syria et Aegypto copiosa haec est, cuius infelicia ligna appellamus ([*cf. p. 1744, 26*]. SERV. auct. ecl. 4, 2 virgulta sunt humillima et sterilia, quod vulgo tamaricium dicitur. 8, 54 genus arbusculae humile. DIOSC. 1, 97 p. 90, 4 ISID. orig. 17, 7, 49). SERV. auct. georg. 2, 434 -ae sive genestae (GLOSS. II 374, 10. *adde l. 84*). GLOSS. II 475, 20 *χαμαίπιτυς*. V 222, 27 sunt humilia virgulta, quae in aquosis locis et interdum in desertis nascuntur. *adde* GLOSS. III 585, 9 (*v. vol. III 1188, 15*). **b** *varia exempla* (*in comparationibus affertur propter humilitatem l. 79. p. 1744, 13, sterilitatem l. 82, loca in quibus nascitur deserta p. 1744, 4. 7*): VERG. ecl. 4, 2 paulo maiora canamus; non omnes arbusta iuvant humilesque -ae (*pro poesi bucolica ut* 6, 10 te nostrae, Vare, -ae, te nemus omne canet [SCHOL. Veron.: etiam humilia]). 8, 54 pinguia corticibus sudent electra -ae ([*cf.* SERV. *l. 71*]. *inter miracula ut* OV. ars 1, 747 si quis idem sperat, iacturas [laturas *var. l.*] poma -as speret *eqs. cf.* PRVD. cath. 11, 76 *Christo nascente* iam sunt -is balsama [SCHOL.: genestae]). 10, 13 illum *Gallum* etiam lauri, etiam flevere -ae. OV. ars 3, 691 silva nemus non alta facit: ... nec ... buxum fragilesque -ae *absunt*. met. 10, 97 tenues. HIER. in Is. 17, 1 p. 174^{B} Aroer -e interpretatur, quae proprie arbor in solitudine et salsa humo nascitur, et per hoc vastitas demonstratur (*sim.* p. 241^{D}, *ubi allato Vulg. l. c. pergit* alii vero dicunt hac arbore maleficis artibus *μίστρα*, id est odia, concitari. nom. hebr. p. 23, 29. 53, 15. VVLG. Ier. 17, 6 *homo sibi tantum confidens* erit ... quasi -e in deserto [48, 6. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 9, 7 *ad l. pr.* arbor ea ... velut ambigui generis est, quippe quae non minus locis humidioribus quam siccioribus delectatur, propter quod Ieremias mores varios et mutabiles hoc virgulto aequiperat]). MACR. Sat. 7, 16, 24 qui vitro solvendo ... curant, de arbore, cui -ae nomen est, igni suo escam ministrant. APON. 8 p. 163 (*ad cant. 5, 13*) exaltatio ut cedri inter -es. CORIPP. Ioh. 6, 572 densum nemus ...; steriles tenuere -ae invisas valles foliisque oleaster amaris. **c** *in re medica*: SER. SAMM. 859 torres ... frondem rigidae stirpemque -ae *ad morsum serpentis curandum*. PHILVM. med. 3 p. 145, 6 M. -is carpo (*i. καρπῷ, cf. l. 31*). PHILAGR. med. 4 p. 184, 8 M. -es cortices aut radices aut cimae (*i.* cymae). THEOD. PRISC. log. 108 semen -es (DIOSC. 1, 99 p. 90, 19. 20 M. 4, 152 p. 71, 15 [*v. p. 1743, 28*]). RVF. podagr. 32 -is folia.

2 *i. q. erice*: PLIN. nat. 24, 67 -en ericam vocat Lenaeus, similem scopis Amerinis; sanari dicit eā carcinomata ...; eandem esse arbitrantur quidam tamaricem, et ad lienem praecipuam (*cf.* SER. SAMM. 408), ... si ex ea alveis factis bibant sues. 24, 68 gravis autem auctor in medicina virgam ex ea detractam (*cf.* SER. SAMM. 480) ... sedare ventris dolores adseveravit ...; volgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus (*v. p. 1743, 69*), quoniam nihil ferat nec seratur umquam. 24, 69 Corinthus et quae circa est Graecia bryan vocat eiusque duo genera facit, silvestrem plane sterilem, alteram mitiorem *eqs.* ORIBAS. syn. 3, 122, 1 p. 874 (*in collyrio*) -is carpu *eqs.* (*gr. ἐρείκης καρποῦ*).

3 *i. q. hypericum*: GLOSS. III 569, 37 myren i. epyricos (*cf. vol. VI 3, 3151, 5*).

mȳriogenesis, -eōs *et* -is, *acc.* -im *f.*, **μυριογένεσις*. *i. q. generatio innumerabilis, titulus libri (librorum l. 40) Aesculapio adscripti*: FIRM. math. 3, 1, 2 secundum istas rationes etiam hominum volunt fata disponi, sicut illo libro continetur Aesculapii, qui -is (**μοιρογ- Salmasius, vix recte*) appellatur, prorsus ut nihil ab illi mundi genitura in singulis hominum genituris alienum esse videatur. 5, 1, 36 si -im Aesculapii legeris. 5, 1, 38 libris -is (6, 2, 8 l. -eos). *ibid.* ad -im. 8, 1, 10 -im. 8, 18, 1 quae *sphaera barbarorum* -im ex aliqua parte imitatur.

(mȳriōnymus), *dat.* -ō (*f., sec. gr.*) *et* -ae *adi.*, *μυριώνυμος*. Isidi -ae (-o *l. 46*) *i. multinomini*: CIL III 882 myrionimae. 4017 ⟨my⟩rio⟨ny⟩mae. V 5080 (*e cod.*). XIII 3461. INSCR. Germania 29, 1951, 215 (*s. IV ex.?*) myriónymo.

mȳriophyllon, -ī *n. et* **-a,** (-ae) *f.*, *μυριόφυλλον*. *scrib.* miriofillon PS. APVL. (miro- DIOSC., myrrio- ORIBAS.). *fem.* (*iuxta* milifolia) *exstat ap.* ORIBAS. (*v. p. 950, 82*).

nomen herbarum (*cf. quae distinxit André, Lex. des termes de botan. 209. 214): exempla v. s.* milifolium *p. 950, 74 sqq., ubi addas* DIOSC. 4, 110 p. 55, 16 de -on (*vertitur soloece περὶ μυριοφύλλων, v. gr. 4, 114*): -on virga est mollis, una, circa qua folia sunt lenia, minora et multa, maratro similia, unde et nomen accepit.

myrītēs *v.* myrtites. **myrītis** *v.* smyritis.

(mȳrius, -a, -um), *pl.* (mȳrii), -ae, -a, *μύριοι*. *i. q. dena milia complectens* (*cf.* myriades): HESYCH. *v. p. 1743, 50*. MART. CAP. 7, 745 quartus *versus numerorum*, qui et ultimus a mille usque ad novem milia, licet nonnulli Graeci etiam -a (*μυριάδα Dick*) adiecisse videantur.

cf. myriogenesis, myrionymus, myriophyllon.

(myrīx), -cis *f. v.* myrica. **myriza** *v.* myrriza.

myrmēciās, (-ae) *m.*, **μυρμηκίας*. *nomen lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 174 (*cf.* 1, 37, 63) -as nigra habet eminentia similia verrucis (*cf. l. 71*). *cf.* myrmecitis.

***myrmēcion,** (-ī) *n.* et **-ia,** (-ae) *f.* (*v. l. 72*), *μυρμήκιον*. *scrib.* (*ad 2*) mirmi- DIOSC., mer- ORIBAS. eup. 2, 1 T 10 Aa p. 512.

1 *nomen araneae*: PLIN. nat. 29, 87 -on, formicae similis capite, alvo nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum dolore torquet (*cf. 29, 84* phalangium ... unum simile formicae).

2 *nomen verrucae* (*non nisi plur.* -a, -ōrum [*ap.* CELS. *in parte codd. graecis litt. scriptum*] *et inde f.* -a, -ae, *cf. gr. μυρμηκία* [*iuxta μυρμήκια*] *et* myrmex): CELS. 5, 28, 14^{C} -a ... vocantur humiliora thymio durioraque *eqs. ibid.* 14^{D} -a et clavi sine curatione vix umquam desinunt ...; latissimis radicibus inhaerent *eqs.* 14^{E} -cis (-tiis *J*) id ... aptissimum. MARCELL. med. 33, 39 arietini pulmonis ... sucus ... -as ... discutit (*Plin. nat. 30, 72* formicationibus). 34, 100 verrucas minores congestas, quas Graeci -as (myrmicidas *P*) vocant. PS. APVL. herb. 109 l. 30 *titimallus* detrahit ... illitus -a *eqs.* DIOSC. 1, 141 p. 104 a 22 -as. 1, 142 p. 104 b 6 -as. *al.* CASS. FEL. 12 p. 20, 6 *verrucae quaedam* dolorem faciunt similem morsibus formicarum, unde graecum nomen -ae acceperunt. p. 20, 12 ad -as infantium. ORIBAS. syn. 7, 43 p. 185 sq. -as (*quater*). eup. 2, 1 M 5 Aa p. 488 -as (verrucas *La*). T 10 Aa p. 512. *v. Onom.*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

myrmēcītēs (-is), (-is) *m.* (*f.*), **μυρμηκίτης*. *scrib. etiam* mir-. *nomen lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 187 (*cf.* 1, 37, 72) ab animalibus cognominantur: . . . -is innatam formicae repentis effigiem habet. *inde* SOL. 37, 22 -es. ISID. orig. 16, 15, 19 -is.

cf. myrmecias.

myrmēcizōn, *acc.* -onta *m.*, *μυρμηκίζων*. *scrib. fere* mirmi-. *forma vulgaris* myrmizon *l. 16. 18.* *i. q. formicarum cursus imitans, formicabilis (q. v.), de pulsu*: PS. SORAN. puls. p. 279, 11 (*inter nomina pulsus*, quae propter translationis difficultatem singulis graeco vocabulo posui) -on dicitur pulsus, quotiens . . . ita conspissatur, ut magis magisque festinare intellegatur; ideo -on dicitur a formicarum similitudine, quare (quarum *cod.*) spissum et sine pondere sub digitis nostris interesse sentimus (*item fere* quaest. med. 185). 280, 1 cardiacorum *pulsus* . . . -on et . . . subtremulus (*cf.* CAEL. AVR. diaet. pass. 38 p. celeri . . . cum tremore et formicali motu, quem Graeci -onta [myrmiz- *trad.*] vocant). CAEL. AVR. chron. 2, 14, 198 pulsus debilis, densus ac deinde formicalis, quem Graeci -onta (myrmiz- *edd. vet. ut* acut. 2, 27, 145) vocant.

myrmēcoleō(n), -ontis *et* -ōnis *m.*, *μυρμηκολέων*. *scrib. etiam* mirm-. *terminatio latina tradi non videtur nisi l. 22 et in var. lect. l. 35.* *nomen animalis* (*inter alia habet* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 -o. *cf. Sofer, Etym. d. Isid. 102*): HIER. interpr. Iob 4, 11 (*cf.* epist. Pachom. 4 p. 88, 13 PHILIPP. *ad l.* 4 p. 628[A] AVG. *ad l.* p. 513, 17 GREG. M. moral. 5, 40. 43) -on periit, eo quod non haberet escam, et catuli leonum divisi sunt ab invicem (*Vulg.* tigris). *cf. explicatores*: PHILIPP. *l. c.* formica et leo, quem nos verius diabolum dixerimus (*item* GREG. M. *l. c.*); qui quando praedam agit de sanctis tamquam de maioribus rebus, ut leo habendus est; quando vero minima quaerit auferre, formica dicendus est. AVG. *l. c.* vel quia utrumque in eo est, cum et rapit et occulte persequitur frumenta . . ., vel quia avaris et in terra thesaurizantibus dominatur, vel quia iustos persequitur quasi formicas praeparantes sibi escas *eqs.* GREG. M. *l. c.* parum valde est animal formicis adversum . . ., latine dicitur vel formicarum leo vel certe expressius formica pariter et leo (*inde Isid. orig. 12, 3, 10, v. s. v.* formicoleon) . . .; quid sub -on(t)is (*variant codd.*) nomine nisi pavorem et audaciam reprehendit *Eliphaz*?

myrmēx (mirmīx), -īcis *m. (l. 46) et f.*, *μύρμηξ*. *scrib.* mir- CHIRON; mirmica (-ae), mermis GLOSS.

1 *i. q. formica*: HYG. fab. 52, 3 Myrmidones sunt appellati, quod graece formicae -es dicuntur.

2 *nomen verrucae* (GLOSS.; *cf.* myrmecion): CHIRON 597 (*cf. indicem cap.* 576 de -bus *ut* 578) si cui iumento -es in cruribus natae fuerint (*sic infra iterum*), sic curabis: causticum crudum super ipsis -bus imponito *eqs.* (645 cuicumque iu. -es in cr. habuerit, quas . . . venire existimas . . .; easdem [eandem *cod.*] -es . . . intercidito. *cf.* 709 si cui iu. in ilia -x natus fuerit quomodo mala, sic curabis *eqs.*).

cf. myrmecias, -ion (-ia), -ites, -izon, -oleon.

myrmillo *v.* murmillo. **myrmizōn** *v.* myrmecizon.

myrn- *v.* smyrn-. **myroacopum** *v.* myracopum.

***myrobalanum,** -ī *n. et* **-us,** -ī *f.*, *μυροβάλανος*. *de orig.*: MART. 14, 57 -um: quod nec Vergilius nec carmine dicit Homerus, hoc ex unguento constat et ex balano. ISID. orig. 4, 12, 6 quia fit ex glande odorato, de quo Horatius (*affert carm. 3, 29, 4; cf. Schol.*), oleum est purum *eqs.* *scrib.*: mir- *passim.* mer- GLOSS. III 548, 5 (*v. l. 63*). -lin- CHIRON. -rabol- ALEX. TRALL. *fem.*: PLIN. med. (*iuxta neutr.*), THEOD. PRISC., DIOSC., GLOSS. [*loco interpol.*: CELS. 4, 16, 4, *ubi graecis litt. scriptum est in parte codd. falso trad. pro* balanum: ORIBAS. syn. 8, 30 p. 247 -um mirepsicis sucus (*gr. βαλάνου μυρεψικῆς*).]

nomen nucis medicamentis vel unguentis aptae (*cf.* PLIN. nat. 12, 100 [*ubi fusius de patriis et generibus*] nascens unguento. PLIN. med. 2, 5, 2 [*cf.* 3, 3, 4] genus caryotae. GLOSS. arva [*i.* araba *vel* aroma]. *μυρεψικόν*. III 548, 5 vervina [*i.* verbena]. 616, 35 amarola. *ad rem cf. Steier, RE XVI 1111 sqq.*): **1** *de fructu vel semine palmae* (*cf.* myrepsicus): **a** *strictius*: CELS. 6, 2, 2 -um cum vino. 6, 5, 3 portiones . . . -i magmatis (*cf. l. 78*). 6, 7, 3[A] -i. SCRIB. LARG. 131 (= MARCELL. med. 23, 5) -i corticis cyathi quattuor. 261 (= MARCELL. med. 23, 16) malagma . . .: -i *multitudinem quandam eqs.* PLIN. nat. 13, 18 regale unguentum . . . constat -o *eqs.* 23, 98 palma, quae fert -um, probatissima in Aegypto . . ., ossa non habet reliquarum modo in balano (*cf.* PLIN. med. 2, 5, 2 haec os non habet). IVL. VAL. 3, 24 *arbores* ex ea stirpe, quod genus arbores -os habent. CHIRON 435 -i expressi suco (*cf.* CASS. FEL. 16 p. 23, 10 -i piesmatos). HEGES. 4, 17 p. 269, 10 MARCELL. med. 4, 31. 19, 58. *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 14. 93. 95 log. 81 CAEL. AVR. chron. 3, 4, 59. 4, 1, 2. 5 ALEX. TRALL. 2, 147. 148 ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 846. 7, 51 add. Aa p. 199. PHILAGR. *v. p. 1743, 27.* ISID. orig. 17, 9, 84 (*inter herbas*). **b** *laxius de faece unguenti* (*cf. l. 66*): PLIN. nat. 12, 103 institores et faecem unguenti hoc nomine appellant.

? **2** *de ipsa arbore, quae -um fert* (*nisi est error Plinii, cf. l. 70 et vol. V 2, 323, 45 sqq.*): PLIN. nat. 1, 23, 52 *medicinae confectae e* palma -o (*seq.*: p. elate).

? **myrobaptārius** *v.* murobatharius.

? **myrobrechārius,** -ī *m.* *a *μυροβρεχής* (*cf.* myrobrechis) *formatum esse videtur sec.* unguentarius *sim.* *i. qui unguenta comparat* (*sc. liquoribus adhibitis, si recte trad.*): CIL VI 2129* -us (*titulus sec. notam ibid. p. 254* additam forsitan inter genuinos recipiendus sit, nam partem sinistram lapidis, in qua exstat* myro, *vidit Mommsen, dextrae partis solus testis est Ligorius in schedis*). [*sine dubio spurius est* CIL VI 1045* -us.]

AVG. imp. Suet. Aug. 86, 2 **myrobrechīs** (*i. *μυροβρεχεῖς*) . . . cincinnos. *i. q. unguento delibutos, translate de genere dicendi Maecenatis nimium exquisito c. vituperatione dictum.*

myron *v.* myrum.

myropōla, -ae *m.*, *μυροπώλης*. *scrib.* my- PLAVTI *cod. A* (mi- *ceteri*), mu- FIRM. *loco priore*, mirro- FVLG. *loco priore.* *i. q. venditor unguentorum* (*cf. l. 19*): PLAVT. Cas. 226 -as omnes sollicito, ubicumque est lepidum unguentum, unguor, ut illi placeam. 238 unde hic . . . unguenta olent? :: . . . ut te . . . Mercurius perdat, -a, qui haec mi dedisti. Trin. 408 pistor abstulit *argentum*, . . . holitores, -ae, aucupes. FIRM. math. 3, 12, 10 -as vel pigmentorum medicinalium inventores. 4, 21, 6 popinarios, tabernarios, -as. FVLG. serm. ant. 43 -am dicunt, qui unguenta vendunt, ut sunt pigmentarii, ut et Nevius in Diobolaria ait (*frg. spurium*) '-a adfatim mihi unguentum largitus est'. *dub.*: GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 263) 10 myrra unguentum . . ., et inde dicitur meropde (-a *Thomas*), id est taberna.

cf. myropolium.

myropōlium, -ī *n.*, *μυροπώλιον* (*-πωλεῖον*). *scrib. et* my- *et* mi- (*deficiente A*). *i. q. taberna unguentaria*: PLAVT. Amph. 1011 *Naucratem quaerens* omnes plateas perreptavi, gymnasia et -a. Epid. 199 sum defessus quaerere per medicinas . . ., in gymnasio . . ., per -a *eqs.*

myrothēcē (-a), (-ae) *f.*, *μυροθήκη*. *scrib. fere* myrth-, merth- GLOSS. *i. q. receptaculum unguentorum* (GLOSS. V 371, 51 -as [merothetes *trad.*] domus unguentorum [311, 12 -us d. ungenti. *v. et l. 35*]): RVFIN. hist. 5, 1, 35 (*ex actis martyr. Vienn.*) *nonnulli* bene olebant, ita ut viderentur sibi non in ergastulo, sed in -e conclusi (*inde* GLOSS. in -e: in domo unguentorum. *cf. gr. μύρῳ κοσμικῷ κεχρῖσθαι*).

cf. myrothecium.

myrothēcium, -ī *n.*, *μυροθήκιον*. *i. q. (parvum) receptaculum unguentorum*: CIC. Att. 2, 1, 1 tua illa *scripta* horridula mihi atque incompta visa sunt . . .; meus autem liber (*i. commentarius de consulatu meo conscriptus*) totum Isocrati -um atque omnes discipulorum arculas ac non nihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. NOT. Tir. 114, 46 myrtheceum (*inter voces obscuras* zyrtheceum *et* nyrtheceum). *B.*

myrra (myrrha) *c. derivatis v.* murr-.

myrris (myrrhis), *acc.* -in, *abl.* -ide *f.*, *μυρρίς*. *genus herbae a* PLIN. nat., DIOSC. *tractatum, v. p. 1682, 41 sqq.* (murra) *et vol. VI 2, 1912, 17 sqq.* (geranion). *cf. André, Lex. des termes de botan. 215.*

myrriza (myriza), *acc.* -an (-am) *f.*, **μύρριζα*. *nomen herbae, i. q. myrris*: PLIN. nat. 24, 154 (1, 29, 97) *v. p. 1682, 42.*

mustetum **myrseōn** GLOSS. II 526, 53. *i.* myrtetum *μυρσινών sim., v. p. 1748, 25.*

myrsina (-ē), -ae *f.*, *μυρσίνη*. myrt- (mirt-) GLOSS. III 540, 64. 568, 45. *cf.* myrtinus. -sinus *ibid.* 584, 43. *cf.* 1. myrsinus, myrtus. GLOSS. murta (murra) *i.* myrta. *i. q. myrtus*: DIOSC. 4, 140 p. 64, 3 *daphne habet* radices similes -e (*gr. 4, 145 ὀξυμυρσίνῃ*). ORIBAS. *p. 1747, 59.*

cf. chamae-, oxymyrsina (-e).

myrsinātus, (-a), -um, *μυρσινάτος* (*-ᾶτος*). *i. q. ex oleo myrteo confectus*: ORIBAS. syn. 3, 9 tit. p. 851 emplastrum -um (*gr. τὸ μυρσινάτον tantum.* 3 add. p. 894, 3 e. -um . . . item aliud -um).

myrsinē *v.* myrsina.

myrsinēus, (-ī) *m. (f.?) vel* -um, (-ī) *n.*, **μυρσίνειος* (*-ον*). *nomen herbae, i. q. hippomarathum*: PLIN. nat. 20, 255 est in hoc genere *feniculi* et silvestre, quod hippomarathum, alii -um vocant (-sen- *var. l.; cf.* 1, 20, 96 -o). GLOSS. III 569, 36 mirsincus i. feniculus.

myrsinītēs (-is), *acc.* -ēn (-em) *m.* (*f.*), *μυρσινίτης*. **1** *nomen gemmae a myrti odore dictum*: PLIN. nat. 37, 174 (*cf.* 1, 37, 63) -is (-es *var. l.*) mellęum colorem, odorem myrti (murrae *sim. trad.*) *habet.* **2** *nomen herbae, i. q. myrtites, Euphorbia myrsinites L.* (*v. Steier, RE VI A 1526*): DIOSC. 4, 159 p. 75, 22 (*de tithymallo*) una . . . femina -es (yrs- *trad.*) . . . dicitur (*gr. 4, 164, 1 μυρσινίτης. cf. p. 1747, 4 et Diosc. ibid. p. 77, 12* myrtonen [*gr. l. c. 5 μυρσινίτην*]. Ps. DIOSC. herb. fem. 33 [34] myrtiten [myrty *vel* mirtie *trad.*] vel -en. 41 [42] -em [mircin- *codd.*]). *cf.* myrtites. **3** *nomen vini, i. q. myrtites*: DIOSC. 5, 51 p. 187, 17 ⌊de bino -sitem: vinu myrsinu⌋ conficitur sic *eqs.* (⌊⌋ *gr. 5, 29 μυρσινίτης*). *cf.* myrtites.

myrsinoīdes *n.*, *μυρσινοειδές*. *nomen herbae, i. q. clematis*: DIOSC. 4, 7 p. 12, 14 *v. vol. III 1331, 70* (*trad.* mys-, *gr. μυρσινοειδές*).

1. myrsinus, -a, -um, *μύρσινος*. *i. q. myrteus*: DIOSC. 1, 18 p. 14, 17 M. cerotariu -u (*gr. 1, 19, 2 κηρωτην μυρσίνην. cf.* 3, 47 p. 398, 20 cerotis -is addita *ruta* [*gr. 3, 45, 3 item*]). 1, 43 p. 25, 17 ⌊de -u: oleum -um⌋ conficies sic *eqs.* (⌊⌋ *gr. 1, 39 μυρσίνινον. huc pertinere videtur* GLOSS. III 541, 29 o. mersinum idest miliacium

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicitur [*explicatio obscura est*]). 5, 51 p. 187, 17 vinu (*v. p. 1746, 75*).

2. myrsinus, (-ī) *m. v.* myrsina.

[myrsōdēs *interpolatum in cod. M* DIOSC. 4, 159 p. 76, 2 (*de tithymallo, antea*: ⟨m⟩yrsinites, *v. p. 1746, 71. item in rasura* p. 78, 12 [dendrodes *P, gr. 4, 164, 9* δενδροειδής]).] *Ehlers.*

ˢ**myrta** (murta), -ae *f.* *a* myrtus, *cf. gr.* μυρσίνη (μύρτη *nonnisi* GLOSS.), τὰ μύρτα *necnon* 1. murra. *de scriptura*: PROB. app. gramm. IV 199, 7 myrta non murta. *tituli exhibent* myrt- (*l. 40. 56. 63*), *libri promiscue etiam* murt-, mirt-. -e: GLOSS. III 571, 61. *cf. p. 1750, 4.* *plur. exstat l. 61.* NOT. Tir. 105, 74 (*post* laurum). GLOSS. μύρτη. μυρσίνη (*sim.*). genus ligni. *legitur apud* CATONEM, VARRONEM, CELS. (*v. etiam p. 1681, 69. 1751, 17*), *deinde, locis dubiis exceptis, in carmine s. III infra l. 64 et saepius inde a s. IV; de frequentia v.* myrtus *p. 1750, 31.* [*cors.* morta, *sard. centr. et mer.* murta, *francog. vet.* meurte, murte, morte, *cat.* murta, murtra, *hisp. (dial.), port.* murta; (*prov.* nerto < *gr.* μύρτα). *cf. M.-L. 5801. Wagner II 141. Corominas III 386. Machado II 1513. G.*] [*confunditur in codd. c.* myrtus (*v. infra et p. 1751, 63*), murra (*v. p. 1681, 21*), muria (PLIN. nat. 20, 260). *dub.*: PLIN. nat. 12, 76 *ladanum* adulteratur myrti bacis . . .; accensum fulgere *debet* odore iucunde gravi; ⌊tum -a⌋ deprehenditur . . . igni (*dist. Ernout,* deprehenduntur *pars codd. haud male*; ⌊ ⌋ myrtatum *Mayhoff Iano duce,* myrtata *vel* myrrata *edd. vet.*).]

1 *i. q. baca myrti, myrtum (sing. collect.)*: CATO agr. 125 (*de vino myrteo conficiendo*) -am nigram arfacito in umbra; . . . contundito -ae semodium; . . . -am eximito ([*bacas significari docent Plin. nat. 14, 104 Colum. 12, 38, 1 sq. al.*]. CAEL. AVR. chron. 2, 4, 85. ORIBAS. syn. 1, 19, 16 p. 69, 25 Mø. [Aa, *cf.* La] sucum . . . -ae n. [*gr.* μύρτων μελάνων]. *cf. l. 52. p. 1750, 2 necnon p. 1681, 69*). VARRO ling. 5, 110 (*v. l. 82*). ANTIDOT. Brux. 143 rubi cymas -asque leves. *dubitamus l. 37 et* (*potius n. pl. sec. gr., v. p. 1749, 81 sqq.*) ORIBAS. syn. 4, 32, 7 p. 36 (Aa, *cf.* La) -a frigida est (*gr.* μύρτα ψύχει). 4, 39, 7 p. 42 (La) -a . . . tenera . . . facit . . . lenem potionem (*gr.* τὰ δ' ἁπαλὰ μύρτα, Ab -ae . . . folia).

2 *i. q. myrtus*: **a** *generatim de ipsa arbore vel foliis*: *α in arte medicinali vel coquinaria* (*cf.* myrtus *p. 1751, 7 sqq.; nonnulla ad 1 trahi posse vix negaverimus*): CELS. 4, 26, 6 -ae bacas legere *eqs.* (PALLAD. 2, 17. 3, 27. MARCELL. med. 10, 13 bacis atque foliis [20, 26]. 27, 5 bacarum nigrarum. *al.* SORAN. p. 70, 20 [*gr. p. 337, 13* μύρτοις]. APIC. 1, 24. *al.* CIL V 6414 -e b. [bacam *solvit Radermacher in schedis,* bonam *Mommsen dubitanter*]. *cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 4, 69 bacculae). CHIRON 287 -a arida contusa (*cf.* VEG. mulom. 2, 12, 7). 304. 383 -am agrestem . . . contritam infundere (*Veg. mulom. 2, 115* myrtum [mirram *P*, mirtam *A*], *Hippiatr. gr. I p. 289, 13* μύρτον. *cf. l. 53. 67 et* VEG. mulom. 4, 4, 4 -ae [mirrae *P*, myrti *Colum. 6, 6, 4*] silvestris foliorum. PS. APVL. herb. 88 l. 6 silvaticae). 723. MARCELL. med. 14, 38 -ae . . . sucus (*al.*). 27, 4 -ae (myrti *Scrib. Larg. 114*) fasciculus. 28, 3 (myrti *Scrib. Larg. 142*). *al.* PHILVM. med. 1 p. 112, 20 SORAN. p. 44, 21. PS. APVL. herb. 58 l. 12 (*sed Diosc. 4, 140 p. 64, 1* oximirsina *sec. gr. 4, 145*). 109 l. 33. 48 (*respondet* DIOSC. 4, 159 p. 77, 13. 78, 14; *gr. 4, 164, 5. 9* μυρσίνη). THEOD. PRISC. eup. faen. 7 nigrae -ae (myrti *B ut fere semper*) foliorum (DIOSC. 1, 43 p. 25, 18 M. folia -e agrestis, id est -e n. [*gr. 1, 39, 1* μυρσίνης]. 5, 51 p. 187, 18 [*gr. 5, 29* μυρσινῶν]. *cf. supra l. 25*). 77 -ae siccae pulvere (APIC. 7, 273. CASS. FEL. 22 p. 39, 1 ramis -ae s. *al.* CIL V 6415. *cf.* THEOD. PRISC. log. 36 -ae . . . foliis siccis). 78 -ae viridis . . . folia (*cf.* 90. 94 log. 40). *al.* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 160 erunt -a pectora *avium* penetranda (*cf.* 4, 3, 69 virgultis -ae). *al.* CASS. FEL. 10 p. 18, 8. ORIBAS. eup. 2, 1 M 15 p. 490 (Aa La) myrsinae (-na *Ab, om. La*): -a (*gr. 32 μυρρίνη tantum*). *al.* *β alia*: GROM. p. 360, 27 si tres -ae fuerint *terminales*. VEN. FORT. carm. 3, 9, 23 -a, salix *eqs.* *cf. p. 1682, 40.*

b *de corona*: CE 492, 12 (*s. III*) *Aeliam* precor Elysiis iubeas consistere campis et -a redimire com⟨a⟩s et tempora flore.

deriv.: myrtatum. *cf.* myrtasium (*?*), myrtarius.

myrtacantha, (-ae) *f.*, μυρτάκανθος. *nomen herbae, i. q. ruscum*: DIOSC. 4, 139 p. 63, 12 murta agrestis aut oximirsine aut -a (*trad.* mirtacanta; *gr. 4, 144, 1* μυρτάκανθον).

[myrtaceus *p. 1748, 61, cf. l. 76.*]

DIOSC. 1, 44 p. 26, 12 M. (*de oleo laurino conficiendo*) multi . . . admiscunt et bacalauri . . .; aliqui et storace et **myrtamino** (murtamino *M*, mirticini *P; gr.* ἔνιοι δὲ στύρακα μίσγουσι καὶ μυρσίνην). *vox corrupta*; myrta miscent *coni. Bulhart in schedis.*

myrtārius, -a, -um. *a* myrtus (myrta). *i. q. ad myrtos pertinens*: PORPH. Hor. epist. 1, 15, 5 *v. p. 1748, 41.*

myrtasium (mirt-; *var. ll.* -atium, -acium) NOT. Tir. 105, 76 (*antea*: mirta, mirtecum). *a* myrtus (myrta), *ceterum obscurum*; -acium *probat Heraeus, ALL 12, 1902, 59 coll. p. 1748, 61; malimus* myrtatum.

myrtātum (murt-), -ī *n.* *a* myrta. [*adi.* -us *vix recte conicitur supra l. 22.*] *genus obsonii, quod bacis myrti condiebatur*: VARRO ling. 5, 110 -um a murta, quod ea additur (eo ad *trad., em. Laetus et A. Spengel*) large fartis. PLIN. nat. 15, 118 alius usus bacae *myrti* fuit apud antiquos . . . *piperis* optinens vicem, in quodam etiam genere opsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc -um vocatur (*infra*: ad intinctus additis myrtis). *cf.* myrtasium.

myrteolus, -a, -um. *a* myrteus *demin. metri gratia; cf.* luteolus *sim.* *fere i. q. myrteus* (*de colore, cf. infra l. 70*): COLVM. 10, 238 *cinara* modo purpureo surgit glomerata corymbo, -o (murt-, mort- *var. ll.*) modo crine viret (*cf.* flammeolus *307*, cereolus *404*).

myrtētum (murt-), -ī *n.* (-a, -ae *f. vix probatur, v. l. 23*). *a* myrtus, *cf.* GRAMM. suppl. 69, 23. *inepte* SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 5 quasi mortueta (*v. p. 1520, 81; scholiasta Averni lacus memor est*). *scribitur* myrt- (*ex. gr.* VERG. georg. 2, 112 *MV*), murt- (*ex. gr.* PLAVT. Rud. 732 *A*), mirt-. mursetum μυρσινών CHAR. gramm. p. 458, 11 B., *cf.* IDIOM. gen. gramm. IV 580, 34 murretum μ. (GLOSS. II 544, 20). GLOSS. II 500, 52 muretum (myrt- *a e*). 526, 53 mustetum. *?* NOT. Tir. 105, 75 mirtecum (*var. ll.* myrteum, myrticum *sim.; antea* mirta). *de ratione inter* -um *et* myrtus *intercedente*: PORPH. Hor. carm. 1, 38, 7 Plautus in Vidularia myrtum et feminino genere et neutro dixit [feminino sic]: 'per -a prosiluit' (*frg. 8*) et 'haec myrtus Veneris est' (*frg. 4*); haec myrtus et haec -a ⌊non unum⌋ significat ([⌊ ⌋ *Petschenig,* nemus *Stowasser, WSt. 12, 1890, 126 sq., trad.* nomen; haec . . . significat *del. Meyer*]. *ex eodem fonte vix recte intellecto*: PRISC. gramm. II 123, 26 [*inter* 'continentia *eqs.*'] '-um', quamvis feminino genere Plautus in Vidularia hoc protulit: 'nescio qui servos e -a prosiluit'). SERV. georg. 2, 112 -um est locus, arbor ipsa myrtus vocatur. *de notione adde* EXC. Bob. gramm. I 554, 1 -um μυρσών. GLOSS. μυρτεών. μυρσινών. myrseon.

i. q. locus myrtis consitus, virgulta myrtea (*plur. praeter l. 30*):

1 *vario usu*: PLAVT. Rud. 732 quasi -a iunci[s], item ego vos *lorarios* virgis circumvinciam. Vid. frg. 8 (*v. l. 17. 23*). SISENNA hist. 60 partim fera vite, partim lauro et arbuto ac multa pinu ac -is abundant. VARRO ling. 5, 154 *nomen Murciae* alii dicunt a -o declinatum, quod ibi id fuerit; cuius vestigium manet, quod ibi est sacellum etiam nunc Murteae Veneris. SALL. Iug. 48, 3 collis . . . vestitus oleastro ac -is aliisque generibus arborum, quae humi arido atque harenoso gignuntur. VERG. georg. 2, 112 litora -is laetissima. OV. met. 9, 335 summum *marginem lacus* -a coronant. MART. 3, 58, 2 *Baiana villa Faustini* non otiosis ordinata -is. VVLG. Zach. 1, 8 *angelus* stabat inter -a, quae erant in profundo (1, 10. 11. *huc spectat* HIER. in Hab. 3, 8/9 p. 1319[B] *equi* egredientes de -is). EVSTATH. Basil. hex. 5, 6, 2 quae coronaria vocitantur, roseta dico et -a et laureta (*gr.* μυρσίναι).

2 *de nemore aquis Baianis iuncto*: HOR. epist. 1, 15, 5 -a relinqui . . . *et* sulpura contemni vicus gemit (PORPH.: aquas, quas vulgo myrtarias dicunt. SCHOL.: -a proprie sunt aquae sulphureae *eqs.*). CELS. 2, 17, 1 super Baias in -is.

ˢ**myrteus** (murt-), -a, -um. *a* myrtus. *scribitur* myrt- (*in titulo per abbreviationem infra l. 58*), murt- (*ex. gr.* VERG. Aen. 6, 443 *M*[1]*P*), mirt-, -th- (CATO agr. 125). *de* NOT. Tir. 105, 75 *v. s.* myrtetum. *legitur ap.* CATONEM *et inde a* VERG., TIB., LYGD., OV.

i. q. ad myrtum pertinens: **1** *vice gen.*: CATO agr. 101 virgas -as si voles cum bacis servare (OV. am. 3, 1, 34 MART. 3, 82, 12. ARNOB. nat. 5, 18 [*sim.* LACT. inst. 1, 22, 11 MACR. Sat. 1, 12, 24 sq.]. CYPR. GALL. gen. 983 [*respicitur gen. 30, 37*]. *cf.* PLIN. nat. 15, 119 verbena [ARNOB. *l. c.*]. PERVIG. Ven. 6 flagello). 125 vinum -um sic facito (PLIN. nat. 28, 194. 30, 105. MARCELL. med. 27, 1 [myrtite *Scrib. Larg. 112*]. *al.* APIC. 6, 227). VERG. Aen. 6, 443 -a circum silva tegit *amantes* ([*huc spectat* AVSON. 325, 2 p. 110 P. lucus]. OV. met. 11, 234 bicoloribus obsita bacis. RVT. NAM. 1, 346). TIB. 1, 3, 66 *amans* gerit insigni -a serta coma (OV. ars 2, 734. *cf.* corona *vol. IV 981, 78 sqq.* [*adde* CIL V 5272, 17 coronae myrt.]). CELS. 2, 33, 3 melinum, -um, rosa, acerbum oleum (3, 6, 16. *al.* SCRIB. LARG. 48 [*inde* MARCELL. med. 10, 19]. *al.* PLIN. nat. 13, 9. *et passim*). 7, 2, 6 ad similitudinem -i folii (7, 17, 1[B] [myrtacei *J*]. *cf. l. 83*). 8, 10, 7[I] ceratum. COLVM. 8, 15, 5 intersitis buxeis vel -is (myrticis *vel* myrtetis *dett.*) fruticibus. TIBERIAN. carm. 1, 3 virecta. MARCELL. med. 17, 17 gestationes . . . per viam -am prosunt. 27, 133 bacas. THEOD. PRISC. eup. faen. 95 -o (mirto *r*, mirtino *b*) linimento. *adde p. 1751, 73.* *subst.* myrteum, -ī *n.* (*sc. oleum*): CELS. 5, 24, 4 adicitur . . . -um. 6, 2, 2 ladanum cum -o et vino. 6, 18, 11 ceratum ex -o factum (6, 19, 2). PLIN. nat. 20, 121 *ocimum* cum rosaceo aut -o et aceto (*cf. p. 1749, 21*).

2 *de eis, quae myrti similia sunt*: **a** *spectat ad colorem aut bacarum vel corticis aut foliorum* (*puniceum l. 76. 78, viridem l. 79*): LYGD. 4, 28 (*de Apolline*) stillabat Syrio -a rore coma (myrrea *G*[2] *et Némethy, RhM. 61, 1906, 139 coll. p. 1683, 30. sed cf. supra l. 5 et* DARES 13 p. 16, 12 *Achillem* capillo -o). PETRON. 21, 2 *cinaedus* -a subornatus gausapa. PALLAD. 4, 13, 3 (*de equis*) colores hi praecipui: . . . -us (SERV. georg. 3, 82 'spadices' quos phoeniciatos vocant pressos, -os. CHIRON 960. ISID. orig. 12, 1, 48. 53 -us . . . est pressus in purpura). ISID. orig. 6, 11, 3 (= SVET. frg. p. 133, 3) quod . . . Carystei *marmoris* viriditas reficiat oculos; nam et qui nummulariam discunt, denariorum formis -os pannos subiciunt.

b *alia*: COLVM. 5, 8, 3 -a *olea* (*cf.* CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 6 -um *pirum* [musteum *Pontanus coll. Plin. nat. 15, 56*]). PLIN. nat. 26, 42 chamaerops -is circa caules geminos foliis (*cf. l. 61*).

cf. Onom. *deriv.*: myrteolus.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

myrthēcium *v.* myrothecium.

myrticini (mirt-) *corruptum p. 1747, 72.*

myrtidanum, -ī *n.*, *μυρτίδανον. genus vini myrtei (notio aliena est a scriptoribus graecis, de quibus v. Strömberg, Griech. Pflanzennamen 147 sq.)*: PLIN. nat. 14, 104 (*de vino myrtite*) quod ... e silvestris myrti bacis factum est, -um vocatur. 15, 118. 23, 164 (*cf.* 1, 23, 82) vulvae prodest *eqs.*

[ORIBAS. syn. 3 add. p. 895 oleu **myrtile.** *legendum* myrtite (*v. infra l. 50*).]

PAP. Tebt. 686[3] (*s. II/III; scribendi exercitium puerile, cf. Pap. Corp. 60*) Vettius comicumyrtilum (*aut* -lium) **myrtilum myrtilum** (*aliquoties repetitur*). *obscurum; ramum myrti dubitantes intellegunt Preisigke, Wörterb. III 19 et André, Lex. des termes de botan. 215. forsitan Myrtilus veteris comoediae poeta significetur.*

myrtina *v.* myrsina.

***myrtinus** (murt-), -a, -um, *μύρτινος. scrib. etiam* mirt-. [*1) sard. centr. et mer.* múrtinu, *cf. Wagner II 142. 2)* -i- *producta: it. vet.* mortina, *hisp.* murtina, *port.* murtinho, -a. *cf. M.-L. 5803. Battisti-Alessio IV 2514. Corominas III 386. Machado II 1513. G.*] *fere i. q. myrteus (per ellipsin subst.* PLIN.): PLIN. med. 1, 1, 1 ⟨ocimum⟩ cum rosaceo aut -o *oleo* aut aceto fronti imponitur ([*item* Ps. APVL. herb. 118 l. 3, *sed* myrteo *Plin. nat. 20, 121 Marcell. med. 1, 74*]. PALLAD. 2, 17 tit. 13, 2 tit. PELAGON. 336 [*Hippiatr. gr. I p. 416, 18 μυρρίνου. item* VEG. mulom. 3, 28, 24 sq., *ubi Gesner coniecit* myrrhini]. CHIRON 845. 850. VVLG. Esth. 2, 12 *v. p. 1683, 52. al.*). MARCELL. med. 27, 25 vino (27, 141. DIOSC. 5, 50 p. 187, 9 [*gr. 5, 28 μυρτίτην*]. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 34. 4, 3, 69). 27, 32 ceroto (*antea*: vino myrteo. 27, 141. ORIBAS. syn. 7, 1, 9 Aa p. 132 [*gr. μυρσίνη, La* myrte oleo]. *al. cf.* DIOSC. 1, 76 p. 41, 5 M. cerotariis [*gr. μυρτίνη*]). EVCHER. form. 7 p. 44, 1 duo montes aenei in Zacharia, de quorum frutectis -is et obscura opacitate egrediuntur quadrigae (*v. p. 1748, 37*).

myrtis, *acc.* -idan (*?*) *f.*, *μυρτίς. nomen herbae, i. q. myrris*: PLIN. nat. 26, 108 (*cf.* 1, 26, 68) geranion aliqui myrrin, alii -idan (-idam *T*, -ida *edd. vett.*). *v. vol. VI 2, 1912, 17 sqq.*

***myrtītēs** (murt-), -is *m.*, *μυρτίτης. scribitur etiam* mirt-, mert- (*l. 53*). *de formis: desunt dat., plur.; leguntur nom.* -es, *gen.* -is, *acc.* -en *et* -em (ORIBAS.; *falso l. 58*), *abl.* -e, *usu adiectivo etiam nom.* -e (PHILVM., THEOD. PRISC. log. 101 p. 202, 7 *V*), *acc.* -e (PALLAD., ORIBAS.), *abl.* -i (PHILVM.). *v. Svennung, Unters. Pallad. 152.* [*suppletur*: CIL IV 2554 (*in amphora a. 58*) mu⟨rtites⟩, *cf. 5593 μυρτείτης.*]

1 *nomen vini vel olei, sc. myrto conditi, myrtei*: vinum: COLVM. 12, 38, 1 v. -en ... sic facias. 12, 38, 5 (*deest in codd. optimis*). 12, 38, 7 alterius -is notae compositio (*nude ponitur ut*: PLIN. nat. 14, 104 -en Cato [*v. p. 1748, 52*] quem ad modum fieri docuerit. 32, 30 cum -e. PALLAD. 3, 31 [*cf.* tit.] Graeci item -e [mirtetum *E*, myrticae *L*] sic praecipiunt temperari. *al.*). SCRIB. LARG. 112 v. -e adiecto. *ibid.* ex v. -e. PLIN. nat. 28, 209 in v. -e (myrtice *R*). *al.* oleum: PHILVM. med. 1 p. 106, 6 melius ... o. -e est (*sic A*; -es, mirtice, mirtinum *var. ll.*). p. 106, 9 de o. -i. *al.* ORIBAS. syn. 3, 9, 1 p. 851 o. -e (*gr. μυρσινάτου*). 6, 44, 1 p. 125 (La) o. roseo aut -e cerutum facis (Aa roseum aut mertitem cerotario facto, *gr. μυρσίνην κηρωτὴν ποιήσαντες. cf. l. 29*). 8, 24, 7 p. 242 (Aa, La) supermittis o. -em (*gr. μύρσινον*). *al. adde l. 8.*

2 *nomen herbae, i. q. myrsinites*: PLIN. nat. 26, 66 (*cf.* 1, 26, 40) alterum genus tithymalli -en vocant ..., foliis myrti *eqs.* (*cf. Theophr. hist. plant. 9, 11, 9 μυρτίτης.* -em *var. l.*, myrsiniten *vulg. e Diosc.*). Ps. APVL. herb. 109 l. 18 -es (*Diosc. 4, 164, 1 μυρσινίτης*). Ps. DIOSC. *p. 1746, 73. cf.* myrsinites.

myrtonen DIOSC. 4, 159 p. 77, 12 (*gr. μυρσινίτην*) *v. p. 1746, 72.*

myrtopetalos (-us), (-ī) *m.* (*de n. et f. non constat*), *μυρτοπέταλον (-ος?). nomen herbae, i. q. polygonum*: PLIN. nat. 27, 113 polygonum ..., multi -um (*cf.* 1, 27, 91 -os). Ps. APVL. herb. 18 l. 27 poligonos ..., alii -on (mireto- *β*). DIOSC. 4, 4 p. 11, 9 (myrtolon *M*, myrtrolon *P*, *gr. 4, 4, 1 μυρτοπέταλον. cf.* Ps. DIOSC. herb. fem. 9 [-petelam *vel* -potelam *codd.*]). GLOSS. III 569, 52 mytrolon i. pulicani. 569, 58 moropelatulus policonus.

***myrtum** (murtum), -ī *n.*, *μύρτον. de script. v. l. 73, cf. s.* myrta, myrtus. *distinguitur a* myrtus *p. 1750, 19.* [*huc fort. pertinet* PLIN. nat. 12, 76 *v. p. 1747, 21. v. etiam p. 1750, 35 sq.*]

1 *i. q. baca myrti arboris*: VERG. georg. 1, 306 glandes tum stringere tempus et lauri bacas oleamque cruentaque -a (my- *MR*, mu- *P*). CELS. 2, 30, 3 *astringunt* mala ..., oleae ..., -a, palmulae *eqs.* PLIN. nat. 13, 52 fructum ferunt *oxycedri* -i magnitudine. 15, 109 sucorum vinosi *sapores* piro, moro, -o. 15, 118 additis -is (*v. p. 1747, 83 sqq.*; *vix ad* myrta. *de forma cf. p. 1750, 24*). MARCELL. med. 11, 3 aqua, in qua coctum sit lentiscum vel rubus vel -um (mirium *codd.*, myrtus *ed. pr.*). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 28 mala punica, -a, lentiscum *eqs.* *in reddendis graecis forma* -a *non declinata hic illic vix distinguitur a* myrta *f.* (*cf. p. 1747, 31 sqq.*): PALLAD. vet. med. 54, 1 aqua marina cum -a simul decocta ([*Hippiatr. gr. I p. 218, 6 μύρτων ... ἀφεψηθέντων*]. DIOSC. 2, 135 p. 229, 9 [*gr. 2, 149, 3 μετὰ μύρτων*]). DIOSC. 2, 90 p. 215, 3 *lenticulae* admixta herba seris ... aut plantaginem ... aut -a (*gr. 2, 107, 2 μύρτων*). 5, 50 p. 187, 9 accipies -a nigra matura ...; alii vero siccant -a (*gr. 5, 28 μύρτα. cf. p. 1747, 25*). ORIBAS. 4, 13, 6 p. 12 (Aa, La) -a *minus nutriunt* (*gr. μύρτα*). 4, 30, 2 p. 33 (Aa; La myrte, *gr. μύρτα*). *al.*

2 *i. q. arbor myrti, myrtus*: GLOSS. III 300, 38 *μυρσίνη* -um. *de corona*: Ps. AVG. serm. Migne suppl. 1, 295 non -um, non laurea circum caesariem.

[**myrtuōsus** *falso trad. in parte codd.* PLIN. nat. 12, 48 (tort- *Mayhoff*).]

***myrtus** (murtus), -ī (-ūs) *f.* (*m. l. 25*), *μύρτος. de origine*: PLIN. nat. 15, 119 Graecum ... ei *arbori* nomen remanet. ISID. orig. 17, 7, 50 -us a mare dicta, eo quod magis litorea arbor sit (*affert* VERG. *l. 53 et p. 1748, 34*) ...; hinc est quod et (*om. K*) a Graecis *μυρίνη* dicitur. *scrib.* myrt- (*sic ex. gr.* VERG. *MPR, cf. p. 1748, 10. 1749, 73 et s.* myrta), murt-, mirt-, *etiam* -th-. *de formis, genere sim.*: PORPH. *p. 1748, 16.* CHAR. gramm. p. 19, 26 B. (*ad vocat.* -e) contendunt ... non nulli dicentes ... -um esse quartae declinationis et tantum auctoritate mutari in vocativo casu (*cf.* GRAMM. suppl. 104, 23). PRISC. gramm. II 142, 11 haec -us *arbor*, hoc myrtum *fructus*. III 498, 12 (*inter feminina secundae declinationis*) -us -i. *sing. secundae declinationis est; vocat.* -e VERG. ecl. 2, 54. *plur. nom.* -us VERG. georg. 2, 64 HOR. carm. 2, 15, 6 GRATT. 129, -i PLIN. nat. 15, 120; *acc.* -os *passim, var. l.* -us CATVLL. 64, 89. VERG. ecl. 7, 6 (*dett.*, -os *etiam* georg. 4, 124); *dat. abl.* -is *nonnisi* PLIN. nat. (*falsa var. l.* STAT. silv. 1, 5, 13); *gen. deest. masc.*: CATO agr. 8, 2. 133, 2 (*v. infra l. 46 sq.*); *dub.* CELS. *p. 1751, 14. acuitur* -ús (*nom. sg.*) *quasi longa* OV. met. 10, 98 (*penthem.*). *de notione* (*cf. l. 11 sqq. et p. 1748, 15 sqq.*): SERV. Aen. 3, 24 inter verbenas est (*cf.* 12, 120). GLOSS. *μυρσίνη sim.* (*cf. supra l. 14*). *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, CATVLLO, VERG.; *aevo cadente servatur a poetis auctoribusque idoneis, cum vulgariores adament* myrta *f.* (*variant* PALLAD., VEG. mulom., MARCELL., CAEL. AVR.; myrta *in poesi p. 1747, 62. 64*). [*restituitur ex* multus *p. 1751, 21 et* PLIN. nat. 23, 164, *ex* muscus *p. 1751, 19. non liquet, utrum huc an ad* myrtum *pertineant* PLIN. nat. 13, 105. 15, 118 MARCELL. med. 14, 27. 27, 26. *al.*]

i. q. μύρτος, μυρρίνη, Myrtus communis L. (*ad rem v.* PLIN. nat. 15, 118 sqq. *Steier, RE XVI 1171 sqq.*): **I** *generatim de ipsa arbore* (*expresse dicitur* arbor -i SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 5 CLAVD. DON. Aen. 6, 440 p. 564, 22, -us arbor SERV. auct. Aen. 3, 23): **A** *exempla varia*: PLAVT. Vid. frg. 4 haec -us Veneris est (*cf.* VERG. ecl. 7, 62 gratissima ... -us Veneri *eqs.* georg. 2, 64 Paphiae [OV. ars 3, 181 SEN. Oed. 539. STAT. Theb. 4, 300 P. -os a stirpe recurvant *eqs.*]. GRATT. 129 umbrosae Veneris per litora -us *nutriuntur*. PHAEDR. 3, 17, 3. CARM. de aegr. Perd. 27 Paphies. *sim. saepius, cf. p. 1751, 39*). CATO agr. 8, 2 sub urbe ... -um coniugulum et album et nigrum ...: haec facito uti serantur (133, 2 [*hos locos affert* PLIN. nat. 15, 122]. *cf. l. 58. p. 1751, 3. 6. 9. 21. al. et* OV. met. 10, 98 bicolor). 51 laurum, -um ..., haec omnia a capite propagari eximique serique ... oportet. VERG. ecl. 2, 54 vos, o lauri, carpam et te, proxuma -e. 7, 6 teneras defendo a frigore -os. georg. 2, 447 *fecunda* -us validis hastilibus (*cf.* Aen. 3, 23 densis hastilibus horrida -us [*inde* AVSON. 236, 1 p. 78 P.]. *v. et p. 1751, 71*). 4, 124 amantis litora -os (*cf.* MART. 4, 13, 6 litora -us amat). CVLEX 145 veteris -us non nescia fati (*sc. Myrsines*). 400 Spartica (Parth- *V*). HOR. carm. 2, 7, 25 quis udo deproperare apio coronas curatve -o? 2, 15, 6 violaria et -us et omnis copia narium spargent ... odorem (*cf.* OV. ars 3, 690 ros maris et lauri nigraque -us olent [MART. 3, 65, 5]. PLIN. nat. 21, 69 -is odor praecipuus. NEMES. ecl. 2, 46. 49). VAL. MAX. 1, 8, 2 -o frequentibus ramis diffusae super imminentem ... palmam. COLVM. 11, 2, 30 bacas lauri et -i ceterorumque viridium semina in areolas disserere. PLIN. nat. 13, 18 vinum et rosa et -i folia oleumque communia fere omnium terrarum intellegantur (24, 91. *al.*). 15, 120 sacrae fuere -i duae (*cf.* 16, 137 sacrorum ... causa laurum -umque habere). 15, 122 (*cf. supra l. 48*) alia distinctio sativae aut silvestris et in utraque latifoliae, in silvestri propria oxymyrsinae; sativarum genera topiarii faciunt Tarentinam ..., nostratem ..., ⟨h⟩exastic⟨h⟩am (17, 62 Tarentina. 23, 165 -us silvestris sive oxymyrsine sive chamaemyrsine ... a sativa distat [23, 166. 27, 93]. *cf. l. 84. p. 1751, 1. 3. 4. 8. 15. 26. 30*). 17, 257 vitis tantum tonsuram annuam quaerit, alternam vero -us (*cf.* STAT. silv. 4, 7, 10 ab intonsa capienda -o serta. QVINT. inst. 8, 3, 8 tonsas. FRONTO p. 204, 25 v. d. H. [= p. 216 N.] -um buxumque ceteraque tonsilia arbusta). *al.* PLIN. epist. 5, 6, 4 -os, oleas quaeque alia adsiduo tepore laetantur. *et saepius. in comparatione*: CATVLL. 61, 22 *nupta* floridis velut enitens -us Asia ramulis. 64, 89 *virgo* quales Eurotae progignunt flumina -os.

B *de usu* (*hic illic breviloquentiae gratia folia significantur, vix etiam bacae* [*potius subest* myrtum *l. 35*]): **1** *in vino oleoque conficiendo* (*fusius* CATO agr. 125 COLVM. 12, 38, 1 sqq. PLIN. nat. 14, 104. 15, 27. 123 sq. *al.*): COLVM. 12, 25, 4 mustum ... antequam de lacu tollas, vasa rore marino vel lauro vel -o suffumigato (*cf.* 12, 38, 4 scopulis aridae -i seria suffricatur). 12, 38, 2 bacae -i ... diligenter conteruntur (12, 38, 5. 12, 38, 7 PLIN. nat. 12, 76. 14, 104 quod ita e silvestris -i bacis factum est, myrtidanum vocatur. PALLAD. 11, 14,

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5 -i agrestis). 12, 38, 6 matura ... -i semina. PLIN. nat. 12, 121 *balsamum* vitiatur et oleo ... -i (*cf.* 13, 10 viliora genera olei e -o *eqs.* 15, 27 simile *oleum* est et e -o nigra, et haec latifolia melior ...; eadem ratio et in sativa -o, sed praefertur silvestris ..., quam quidam oxymyrsinen, alii chamaemyrsinen vocant). 15, 123 Cato (*agr. 125, v. p. 1747, 25*) docuit vinum fieri e nigra (*sc.* -o) siccata ...; postea conpertum et ex alba vinum fieri album *eqs. al.* **2** *in arte medicinali* (*utilitatem confirmant* PLIN. nat. 23, 159 -us sativa candida minus utilis medicinae quam nigra *eqs.* [1, 23, 81]. SERV. georg. 2, 64 ut medicorum indicant libri, haec arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis [*cf.* ISID. orig. 17, 7, 50]): CELS. 2, 33, 4 *reprimunt et refrigerant* verbenarum contusa cum teneris caulibus folia; cuius generis sunt olea, ... -us. *ibid.* pulvis ... ex -i foliis (3, 19, 2 ex contritis aridi [-dis *Targa*] -i ... f. 6, 6, 9[B]. COLVM. 6, 4, 1 [*suppl. ex* PALLAD. vet. med. 4, 1 VEG. mulom. 4, 2, 6] -i silvestris [6, 6, 4]. PLIN. nat. 25, 175 MARCELL. med. 1, 15. *al. cf.* SER. SAMM. 677 frondes). 5, 28, 19[D] -i (-ae *J*) aridae contrita⟨e⟩ acetabulum miscent (PLIN. nat. 22, 139. *cf. l. 14*). 6, 6, 16[B] medicamenta ex suco -i conteruntur (MARCELL. med. 1, 35 [*ed. pr.*, musci *PL*]). 7, 27, 2. 8, 10, 7[K]. COLVM. 6, 7, 2 nec desint ... -i cacumina. 6, 7, 3 bacae lentisci et -i (multi *SA*) dandae (SCRIB. LARG. 109 -i nigrae. 115. 193 PLIN. nat. 30, 58. 68 MARCELL. med. 8, 96. *al.*). SCRIB. LARG. 114 facit et -i fasciculus (*cf.* 142 verbenis ex -i ... ramulis factis. 205. PLIN. nat. 23, 163 [*in re magica*] satis est surculum ... -i habere secum). PLIN. nat. 20, 158 radix, quae cum -i semine ... anginis medetur (SER. SAMM. 596 -i silvestris). 33, 110 ignes ... sacros tollit *spuma argenti* cum ruta -isque ..., item perniones cum -is et cera. *al.* SER. SAMM. 233 lentiscus -usque emendant oris odorem. VEG. mulom. 2, 115 quodsi aridam bilem habuerit, -um (mirram *P*, mirtam *A*, *cf. Chiron 383* myrtam) agrestem cum vino contritam per dextram narem defundes. MARCELL. med. 17, 17 super lectum suspendatur illis *suspiriosis* -us. *al.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 17 utendum ... decoctione leviter constringentium materiarum, ut ... lenticulae, -i *eqs. al.*

II *per synecdochen* (*sing. tantum, usu fere poetico; aliter p. 1750, 77*): **A** *de ramis vel coronis* (*ornantur fere homines vel dei, simulacra deorum l. 48, aliae res l. 42. 54. 56. 67*): VERG. georg. 1, 28 te *Caesarem* maxumus orbis auctorem frugum ... accipiat, cingens materna tempora -o (Aen. 5, 72. *cf. infra l. 60 sqq. 67 et* OV. fast. 4, 15 Cytheriaca. PLIN. nat. 15, 125 *P. Postumius Tubertus ovans* -o Veneris victricis coronatus [DRAC. Romul. 8, 618 V. ... spectatur ab arbore *navis* -us, quam sponsus defixit ovans. *v. et l. 66*]). HOR. carm. 1, 4, 10 decet ... viridi (*cf. l. 60*) nitidum caput impedire -o. 1, 25, 18 (*in imag.*) quod pubes hedera virenti gaudeat pulla magis atque -o. 1, 38, 5 simplici -o nihil adlabores sedulus curo: neque te ministrum dedecet -us neque me sub arta vite bibentem (PORPH.: ut ... -o coroneris). 3, 4, 19 ut premerer sacra lauro conlataque -o. 3, 23, 16 parvos coronantem marino rore deos fragilique -o (PLIN. nat. 15, 126 L. Piso [*hist. 31*] tradit Papirium Masonem, qui primus in monte Albano triumphavit ..., -o coronatum ludos Circenses spectare solitum [*cf.* corona murtea *Paul. Fest. p. 144 Val. Max. 3, 6, 5*]. GELL. 5, 6, 23 *M. Crassus ovans* curavit, ut lauro, non -o coronaretur [*antea*: murteam coronam]. TERT. coron. 14 l. 23. *v. etiam l. 41. 47*). TIB. 1, 10, 27 -o ... canistra vincta geram, -o vinctus et ipse caput. OV. am. 1, 1, 29 cingere litorea flaventia tempora -o, Musa (CLAVD. 29, 28 festa frondentia -o limina cinguntur. DRAC. Romul. 6, 6 tempora iam lauro vel -o cingite frontes. *v. et l. 39*). 1, 2, 23 (*ad Cupidinem*) necte comam -o. 1, 15, 37 sustineam ... coma metuentem frigora -um. ars 3, 53 e -o (-o nam vincta capillos constiterat) folium granaque pauca dedit *poetae Venus*. fast. 4, 139 *mulieres* sub viridi -o iubet ipsa *Venus* lavari *eqs.* (*cf.* CARM. de mens. 2, 13 contectam -o Venerem). 4, 869 cum ... sua dominae date grata sisymbria -o. PETRON. 131, 9 *Circe* -o (*var. l.* -a) ... florenti quietum ⟨aera⟩ verberat (*seq.* ramum). STAT. silv. 1, 2, 99 (*Amor ad Venerem*) nostra laurum subtexere -o. TERT. coron. 12 l. 7 -o ait *Claudius* milites redimiri solere, Veneris enim -us (*cf.* CLAVD. 10, 299 velati lauro -oque *milites*). CLAVD. 10, 208 (*loq. Venus*) hi nostra ... postis obducere -o contendant. ALC. AVIT. epist. 53 p. 82, 32 triumphatori conspicuo sertis ⌊laureae victricis aut -o⌋ (*Peiper, v. app. crit. et cf. de triumphatore l. 50*). DRAC. Romul. 7, 8 laurea serta comis religans et tempora -o. **B** *de hastis pastorum vel venatorum* (*cf. p. 1750, 43. 52*): VERG. Aen. 7, 817 *Camilla gerit* pastoralem praefixa cuspide -um (SERV. non hastam myrteam [CLAVD. DON.], sed ipsam -um). VAL. FL. 3, 524 *Nymphis venantibus est* stricta -us habena.

cf. Onom.

deriv.: myrta, myrtetum, myrteus. *alia v. p. 1747, 65.* *Baer.*

***myrum** (-on), (-ī) *n.*, *μύρον*. *scrib. saepe etiam* mur-, mir-, mer- (DIOSC. *p. 1752, 12*) *et confunditur c.* myrra (*v. s.* 1. murra). *gen. sg.* -u *p. 1752, 14.* [*falso trad.* DIOSC. 4, 129 p. 60, 19 -o (*cf. gr. 4, 134, 2 μυρσινίνῳ*).]

i. q. unguentum (GLOSS. unguentum. beneolens): **1** *in sacris script. (p. 1752, 6) et ap. eccl.*: **a** *proprie* (GLOSS. V 371, 30 unctio chrismatis): HIL. in psalm. 132, 4 ('sicut unguentum' *sec. exod. 29, 21 lev. 8, 2*) Aaron -o confusionis ungitur ...; ut ... hoc -um omnes foetentes odores et immundos cordium spiritus ... extinguit ..., ita per hoc sacramentum unctionis *eqs.* GAVDENT. serm. 13, 7 G. unguenti virtutem rationemque crinium, quibus Maria pretioso -o unctos Christi tersit pedes (*sec. Matth. 26, 7 sqq. Marc. 14, 3 sqq.* [unguentum] *ut* 13, 14). HIER. prol. gal. p. 10, 12 (*sec. Luc. 7, 46* oleo *ut* PHILIPP. in Iob 39 p. 777[A]). VVLG. Iudith 10, 3 unxit se -o optimo. RVFIN. Orig. in lev. 1, 4 p. 286, 5 caput eius *Christi* unxisse -o (*sec. Luc. l. c.*). CASSIAN. conl. 14, 14, 2 odoratissimum -um (*antea*: unguentum ... nobile). **b** *allegorice* -um fidei (*cf. etiam comparationem p. 1751, 84*): GAVDENT. serm. 20, 8 G. (*act. 9, 15* vas electionis) *Paulus* pretiosum f. -um (murum *P*) doctrina sua portat in populo *eqs.*

2 *in re medica*: DIOSC. 1, 29 p. 20, 8 M. 1, 47 p. 27, 7. 1, 57 p. 32, 6. 2, 3 p. 188, 9 -o amaracino. *al.* ORIBAS. syn. 2, 56, 27 La p. 123, 17 Mø. crocenu -u (*gr. κροκίνου μύρου*).

cf. myracopum, myrepsus; myrobalanum, *?*-baptarius, -brechis, -pola, -thece.

myrus *v.* zmyrus.

mȳs, *acc. pl.* myas *f.* (*?*), *μῦς*.

1 *nomen animalium*: **a** *conchae*: PLIN. nat. 9, 115 *margaritae* in nostro mari reperiri solebant crebrius circa Bosporum Thracium, rufi ac parvi, in conchis, quas -as appellant (*cf. Orig. in Matth. 10, 7 p. 9, 7*). **b** *piscis*: PLIN. nat. 32, 149 (*in enumeratione alphabetica*).

2 *nomen naviculi:* *v.* muscellus *et cf.* 1. mydion.

mysarchēs, *acc.* -em, *μυσάρχης*. *scrib.* mi-. *i. q. rerum detestabilium auctor* (*vix Phrygum dux, quod mavult DeBruyne ad l. c.*): ITALA II Macc. 5, 24 (rec. L) *Antiochus* misit -cem [⟨odii⟩ principem] Apollonium (A. -chem rec. P; hodiy [*i.* odii] principem *X*, ducem odii *M. eundem virum dicunt I Macc. 1, 29 ἄρχοντα φορολογίας*).

? **mysc(i)um,** -ī *n. v.* 1. myxa *p. 1762, 62 sq.* *B.*

mysta *v.* mystes.

mystagōgica, -ōn *n. pl.*, *μυσταγωγικά*. *titulus libri a L. Cincio scripti, ubi de templis et locis sacris agebatur* (*cf. l. 46 sqq. et Henriksson, Griech. Büchertitel 129 sqq.; forsitan de ipsis sacris*): FEST. p. 363 Cincius in -on (*graecis litt. scriptum in VZ al.*) lib. II.

mystagōgus, -ī *m.*, *μυσταγωγός*. **1** *i. q. sacerdos neophytos in mysteria inducens*: FVLG. serm. ant. 11 Varro in -orum libro (*fort. titulus cuiusdam saturae Menippeae a Varrone conscriptae, cf. Henriksson l. c. 130*). *inde de eo, qui aliquem in alicuius amicitiam vel clientelam velut in circulum sanctum familiarium inducit*: SYMM. epist. 5, 64 uberis gratiae instar accepi, quod amicitiae meae ... Scipio te -o usus accessit. 6, 25 hunc *Zenodorum* in amicitiam tuam tamquam -us induco (9, 9 eundem ... in domus tuae sacrarium t. -us [-um *trad.*] i. *cf.* 7, 45 si eos in clientelam tuam quasi -us inducam). **2** *per iocum i. q. περιηγητής in templo vel loco sacro hospites ducens*: VARRO Men. 34 me Iuppiter Olympiae, Minerva Athenis suis -is vindicassent. CIC. Verr. II 4, 132 ii, qui hospites ad ea, quae visenda sunt, solent ducere et unumquidque ostendere, quos illi (*sc. Graeci Siciliam incolentes*) -os vocant.

cf. mystagogica.

mystēriālis, -e. *a* mysterium. *compar.* -ior *l. 58. 67. i. q. ad mysteria pertinens, arcanus* (*vertitur μυστικός*): EVSEB. EMES. serm. 26, 2 p. 175, 15 (*ad gen. 2, 24*) scimus sponsum verum ecclesiae dominum ...; quia autem -is est, mysterialitas ista non maculatur, sponsa si ... servos in honore suscipiat sponsi. ORIG. in Matth. 14, 6 p. 287, 10 est ... et simpliciter ... eam *parabolam* discutere ..., est et sublimior expositio et -ior *eqs.* (*cf.* 17, 1 p. 576, 16 non ... simplex est intellectus loci istius et facilis, sed -is et altus. ser. 23 p. 39, 5 interiorem et -em sensum). 15, 5 p. 360, 30 (*ad Is. 56, 3 sqq.*) bonum est ..., secundum -em locum, nec generare in Babylonia. 17, 21 p. 642, 33 quemadmodum in corporalibus ..., sic et in rebus -bus *eqs.* 17, 33 p. 692, 11 erunt illae nuptiae castae et divinae et spiritales in verbis -bus constitutae (*sec. II Cor. 12, 4 ἄρρητα ῥήματα*). ser. 31 p. 57, 3 Christus respondet ... destruendam esse a verbo hanc corporalem et primam aedificationem *veteris testamenti*, ut aedificetur divinius et -ius templum scripturae alterius.

adv. **mystēriāliter.** *i. q. sensu mystico*: IREN. 1, 3, 1 (= 1, 1, 5 H.) *a Valentinianis excogitata* manifeste quidem non esse dicta ..., -r (*gr. μυστηριωδῶς*) autem a salvatore per parabolas ostensa iis, qui possunt intellegere. ORIG. in Matth. ser. 32 p. 58, 27 mysterium nativitatis carnalis, quae appellata est -r femur (*psalm. 44, 4*).

deriv.: mysterialitas.

mystēriālitās, -ātis *f.* *a* mysterialis. *i. q. status mysterialis*: EVSEB. EMES. *v. l. 55.*

mystēriāliter *v. l. 68.*

mystēriarchēs, (-ae) *m.*, *μυστηριάρχης*. *i. q. praefectus mysteriorum* (*de archidiacono christiano*): PRVD. perist. 2, 350 bene est, quod ipse ex omnibus -es (*i. Laurentius martyr*) incidit.

***mystērium,** -ī *n.*, *μυστήριον*. *scribitur* myst- *teste* GRAMM. suppl. 299, 6. 300, 28; *in inscr. e. g.* CE 111, 25 CIL XIV 5303, 5. mist- *in inscr.* CE 720, 7 (*a. 630*). 2297, 4 (*si recte suppletur; cf. p. 1758, 72*); *et saepius in libris.* -stir-: GREG. TVR. Franc. 2, 29 p. 74, 22 (*B 3*). CONC. Matisc. a. 583 p. 158, 2 NOT. Tir. 119, 22.

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mensuratur -stĕr-: CORIPP. Iust. 2, 113. 4, 274. *de genere: neutrum confirmatur* DVB. NOM. gramm. V 584, 7. *usurpatur tamquam masc.* CONC.S II 3, 2 p. 35, 12 per venerabilem et terribilem -um (*in parte codd.*). PASS. Matth. 25 p. 253, 27 -um caelestem. *cf.* PS. VEN. FORT. vita Remed. 4, 13 per hoc insignem -um. *de formis: plur. gen.* (-orum *saepe inde a* CIC. Att. 4, 17, 1) -rium CE 720, 7 (*a. 630*) *metri causa. dat. vel abl.* (-riis *saepissime*) -ris VARRO ling. 7, 34. NOT. Tir. *v. p. 1752, 84.* *de notione*: FEST. p. 318 'seclusa' sacra dicebantur, quae Graeci -a appellant. AVG. catech. rud. 9, 3 de ... ipsa utilitate secreti, unde etiam -a vocantur, ... ipsa experientia probandum est talibus (*cf.* ISID. orig. 6, 19, 42 Graece -um dicitur, quod secretam et reconditam habeat dispositionem). GLOSS. sacramentum, id est absconditum sacrum. sacrum, id est absconditum. secretum. occulta praefiguratio. -a: sacra occulta. *legitur inde a* CAECIL., LVCIL., ACC., CIC.; *abundat ap. Christianos.* [*confund.* c. ministerium (*cf. p. 1758, 12 sqq.*) *e. g.* TERT. praescr. 29 l. 7 OPTAT. 4, 7 p. 113, 14 AMBR. exc. Sat. 1, 13. *restituitur* -um *p. 1754, 34 et* VARRO Men. 373 SCHOL. Germ. Bas. p. 68, 19 HIER. monogr. p. 198, 23. *al.*]

CAPVT PRIVS: *i. q.* μυστήριον (*quod gr. respondet, ubi nihil aliud adnotatur*): **I** *usu originario significantur initia, sacra* (*c. gen. inhaerentiae l. 57; ad rem v. Hopfner, RE XVI 1209 sqq.*): **A** *de caerimoniis*: **1** *paganorum*: **a** *usu communi* (*fere plur.; raro sing., e. g. l. 52. 60*): CAECIL. com. 223 per -a hic inhoneste gravidavit probro *virginem.* ACC. trag. 527 celsa Cabirum delubra tenes, -a quae pristina castis concepta sacris *eqs.* (*de eisdem*: VARRO ling. 7, 34 Casmilus nominatur Samothreces -is dius quidam amminister diis magnis. AVG. civ. 7, 28 p. 311, 8 D. Samothracum nobilia -a). VARRO Men. tit. -a *sc. Bonae Deae, ut vid.* (CIC. Att. 5, 21, 14 quo die -a futura sint. 6, 1, 26 in quem diem Romana incidant -a. 15, 25 *bis*). ling. 7, 11 *loca ab Accio trag. 554* tesca *appellata,* ubi -a fiunt ⌊aut tuentur⌋ (attuentur *Mueller*), tuesca dicta. CIC. de orat. 3, 75 quod -a *Eleusinia* non referrent *Athenienses* (nat. deor. 2, 62 nostri maiores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt, quod quale sit ex -is intellegi potest. NEP. Alc. 3, 6 *Alcibiades* in domo sua facere -a dicebatur. TERT. apol. 39, 15 Atticis. PORPH. Hor. carm. 3, 2, 26 Cereris [LACT. epit. 18, 7. *al.*]). leg. 2, 35 quid ... aget Iacchus Eumolpidaeque nostri et augusta illa -a, si quidem sacra nocturna tollimus? 2, 36 nihil melius illis -is, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus initiaque ut appellantur ita re vera principia vitae cognovimus (*cf.* ARNOB. nat. 5, 18). Tusc. 1, 29 reminiscere, quoniam es initiatus, quae tradantur -is. FRONTO p. 43, 15 v. d. H. (= p. 47 N.) *dei* vel somniis vel -is vel medicina ... iuvant atque pollent. APVL. apol. 56 hominem tot -is deum conscium quaedam sacrorum crepundia domi adservare (LACT. inst. 1, 21, 1 sacris ac -is). Socr. 14 p. 149 pro regionibus et cetera in sacris differunt ...: pomparum agmina, -orum silentia, sacerdotum officia *eqs.* PS. APVL. Ascl. 37 *animas daemonum* indiderunt *homines* imaginibus sanctis divinisque -is. TERT. apol. 6, 7 Liberum patrem cum -is suis (*cf.* CENS. 18, 2 -a, quae Libero ... fiunt. HYG. fab. 184, 1. AMBR. virg. 1, 4, 16 de orgiis Liberi, ubi religionis -um est incentivum libidinis). praescr. 40 l. 4 *diabolus* ipsas quoque res sacramentorum divinorum in idolorum -is aemulatur (PELAG. in Rom. 1, 24 turpibus. RVFIN. Orig. in num. 20, 3 p. 193, 2 [*ad 25, 5* qui initiati sunt Beelphegor] in huius ... idoli -is). ARNOB. nat. 2, 16 secretioribus. 5, 1 arcanis. 5, 23 sacrorum intimis in -is (*cf.* 5, 39 initiorum. MAR. VICTORIN. ad Iust. 9 p. 1004C secretorum). 7, 24 quae in sacrorum reconditis legibus pontificalia restituere (instituere *Reifferscheid dubitanter*) -a. LACT. inst. 1, 21, 40 matris eius *Iovis* -um ([*cf.* epit. 18, 10 Cretici ... Iovis]. SCHOL. Hor. carm. 1, 18, 13 -a m. deum. PAVL. NOL. carm. 19, 187. AVG. civ. 7, 24 p. 305, 17 D. Telluris et M. magnae praeclara -a). FIRM. err. 2, 1 in sacris suis ⌊quae -a vocant⌋ (*del. Wowerus*) *Aegyptii.* AMBR. virg. 1, 4, 15 o -a, o mores! HEGES. 2, 4 p. 138, 11 cuius *Anubidis* tu accepisti -a. PAVL. NOL. carm. 32, 88 semiviri -a turpia plangunt. AVG. civ. 4, 31 p. 186, 5 D. Graecos teletas ac -a taciturnitate parietibusque clausisse. PS. AVG. quaest. test. I 114, 6 pagani -a sua in tenebris celebrant. ALC. AVIT. epist. 8 p. 40, 1 dogmata ... -orum orientalium. CE 111, 25 (*coniunx ad maritum*) te teste cunctis imbuor -is. *al.* c. *acumine dictum* (*cf. sub II*): RVFIN. hist. mon. 7 p. 414A *sacerdotibus quibusdam* quasi pro aquis pluvialibus profana -a pergentibus (*seq.* orgia).

b *metonymice de instrumentis sim. in cultu adhibitis*: *α variis*: ZENO 1, 5, 9 p. 310B si quod forte acceptum relatumve fuerit a fanatico (*i. sacerdote gentili*) solemne -um, ipsa *coniunx* suscipis *eqs.* (*de cibo e paganorum sacrificio a marito domum allato*). MAX. TAVR. serm. 107, 2 l. 34 M. cernis aras ligneas et simulacra lapidea, congruens -um, ubi diis insensibilibus aris putrescentibus ministratur. *β de rebus, quae in -is ostenduntur*: HYG. astr. 2, 13 p. 47, 15 dicitur Minerva in cistula quadam ut -a contectum ad Erectheī filias detulisse *Ericthonium.* CIL V 504a *in herma phallica*: -um. XIV 5303, 5 *super imag. cistae mysticae*: -a (*cf. Wilamowitz, Kl. Schr. V 1, 529*).

2 *Iudaeorum*: PRISCILL. tract. 6, 94 divini gratia sacramenti paschalis -i opus dirigens et testamenti veteris lege praemissa velut futurum salutis nostrae iter construens (VICTOR. pasch. chron. I p. 682, 24 diem, quo filii Israhel p. -um caelesti initiavere mandato. *cf. infra l. 57. 67*). FVLG. aet. mund. p. 155, 19 cornu illud (*I reg. 10, 1*) ..., in quo ... sacerdotale -um divinis aestuationibus nuptiabat. AMBR. Ioseph 3, 18 p. 85, 5 velum templi scissum est (*cf. l. 17*), ut profanata -a ..., divisum regnum talibus manifestaretur insignibus destruendum (HEGES. 1, 1, 1 p. 4, 20 ritus Hebraeorum neglegi -aque eorum profanari iusserat *Antiochus.* 1, 16, 4 p. 26, 3). off. 1, 50, 250 non ... omnes vident alta -orum, quia operiuntur a levitis. *ibid.* levitae servaverunt -um fidei suae tegmine. spir. 2 prol. 6 cum tenderet ad -um nuptiarum *Samson* (*cf. l. 78 necnon p. 1757, 20 sqq.*). AMBR. (?) sacr. 1, 4, 11 miramur -a Iudaeorum (1, 6, 23 *opp.* Christianorum *ut* 4, 3, 10). HEGES. 1, 17, 2 p. 28, 1 illa abscondita ante sanctificationum -a retecta gentibus ... sunt (*gr. 1, 152 τὸ τέως ἀόρατον ἅγιον*). 1, 31, 3 p. 58, 24 festinabant ... Romani spectare -a interiora, profanare sancta sanctorum (ORIG. in Matth. ser. 138 p. 286, 8). *al.* PAVL. NOL. carm. 31, 359 scissi in templo -a veli (*cf. l. 5 et* LEO M. serm. 53, 2 p. 318A velum templi, quo priorum -a ulterius non erant obumbranda, discissum est. ORIG. in Matth. ser. 138 p. 285, 18). *al.*

3 *Christianorum*: **a** *usu communi*: *α catholicorum* (*de sacramentis arcanis adhibetur ex. gr. l. 29. 44. 53, de missa l. 80 sqq. et saepius, v. quae adnotavimus p. 1758, 16; silendi officium maxime apparet* TERT. nat. 1, 7, 13 ab ipsis ... Christianis non opinor *famam divulgatam esse,* cum vel ex forma ac lege omnium -orum silentii fides debeatur [*sim.* apol. 7, 6]. 1, 7, 14 extraneis unde notitia, cum etiam iusta et licita -a omnem arbitrii extraneum caveant, nisi inlicita minus spernunt?): TERT. nat. 1, 7, 25 nihil ... umquam retro de Christianis -is audierant (COD. Theod. 16, 8, 19 -is Ch. inbuti. AVELL. p. 362, 12. *cf.* EPIST. pontif. 290 Migne 20, 631B Christi [AVELL. p. 363, 1. CE 720, 7 -um Ch. ... minister. *al. aliter p. 1756, 1. 1758, 21*]). PS. CYPR. rebapt. 5 p. 74, 30 non ... consummatum -um fidei (*de baptismate ut* p. 75, 31 ne quid eis deesse videretur ad integritatem -i f. [*Hartel dubitanter,* ministerii et f. *trad.*]. COD. Theod. 16, 5, 58, 2. *aliter p. 1756, 40. cf. l. 44. 47 et* OPTAT. 4, 7 p. 113, 12 -a ... baptismatis [AVG. enchir. 14, 52. *al.*]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 6, 7 p. 385, 16 baptismi [RVFIN. Orig. in Ios. 4, 2 p. 310, 2. *al. v. vol. II 1718, 64. 1719, 29*]. *sim. saepius*). singul. cler. 14 p. 188, 25 dum celebrantur sancta -a (AMBR. obit. Valent. 56 MAXIMIN. c. Ambr. 76 AVELL. p. 78, 2. *al. cf.* RVFIN. hist. mon. 15 p. 434A terrifica et sacrosancta -a [COD. Theod. 12, 1, 123, 5 divino cultu occupati et s. -is servientes. NOVELL. Valent. 3, 2 EPIST. pontif. 608 Schwartz p. 78, 1. *al.*]). PEREGR. Aeth. 46, 6 (*loq. episcopus*) verba ..., quae sunt -i altioris, id est ipsius baptismi, quia adhuc cathecumini estis, audire non potestis ...; quia adhuc cathecumini estis, -a dei secretiora dici vobis non possunt (AMBR. exc. Sat. 1, 49 perceptis -is d. [*de baptismate*]. COD. Theod. 12, 1, 163 in sacris ... et secretioribus d. -is perseverent *clerici*). 47, 2 neofiti et fideles, qui volunt audire -a. *ibid.* -a omnia absolvet *episcopus.* SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 54, 19 (*ex epist. synod. Serdic.*) in -a sacra profanus *Athanasius* (AMBR. epist. 18, 32 p. 981A obit. Valent. 23. *al.* AVELL. p. 68, 13. CANON. Migne 56, 871C subdiaconi, qui s. -a contrectant [*vix de vasis*]. CIL VI 31982, 5 s. ... ministeriis adque -is religiose celebrandis [*s. IV ex.; pertinet ad ritus sepulcrales tam paganos quam christianos, cf. Mommsen ad l.*]. *al.*). PS. HIL. libell. 11 p. 84, 4 omni sacramentorum -o et communicatione (*cf. p. 1755, 1*). ZENO 2, 52 p. 508A (*de pascha, cf. l. 67. p. 1753, 84*) passionis resurrectionisque dominicae ... salutaria celebrare -a (GAVDENT. serm. 2, 26 G. GREG. M. dial. 4, 61 p. 324, 1 M. *al. v. et p. 1756, 24*). GAVDENT. serm. 2, 11 G. in -o panis ac vini. AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 37 p. 370, 24 cave ne incaute symboli vel dominicae orationis divulges -a (fid. 4, 10, 124 sacramenta sumimus, quae per sacrae o. -um [*i. benedictionem, cf. infra l. 77*] in carnem transfigurantur et sanguinem). myst. 1, 2 de -is dicere ... atque ipsam rationem sacramentorum edere, quam ante baptismum si putassemus insinuandam nondum initiatis, prodidisse potius quam edidisse aestimaremur (*opp. 1, 1* de moralibus). RVFIN. hist. 5, 23, 2 dominicum paschae celebrare -um (*cf.* SACR. Greg. 87, 2 paschalibus ... -is [94, 2. *al. v. etiam l. 57. p. 1753, 84*]). AVG. serm. 4, 28, 31 quod norunt illi, qui iam voluerunt esse participes -orum fidelium. PS. AVG. quaest. test. I 95, 3 in eucharistiae -o. HESYCH. in lev. 22, 10 p. 1069B vitae panis -um dominicum dicitur (22, 14—16 p. 1071C. 25, 1—7 p. 1110D. LEO M. epist. 166, 1 p. 1193A tribuere talibus d. sacramenta -i. *cf.* PASS. Sus. [BHL 7937] 11 obtulit pro illis *baptizatis* sacrificium ... et participavit cum omnibus -um domini). COD. Theod. 16, 5, 65, 4 (= Iust. 1, 6, 3 pr.) qui orthodoxorum sunt initiati -is. EPIST. pontif. 311 Migne 20, 552C in consecrandis -is vel in ceteris agendis arcanis. LEO M. epist. 9, 1 p. 626B -a sacerdotalium benedictionum. 167 p. 1205A in qua *muliere* docetur nuptiale non fuisse -um. CANON. Migne 56, 426A mel et lac, quod ... pro infantium -o solet offerri. MAX. TAVR. serm. 23 l. 5 M. dominicis ... diebus minime caelestibus interesse -is. GREG. M. dial. 4, 36 p. 281, 14 M. -um dominici corporis et sanguinis accepit (SACR. Greg. 77, 4 Christus tradidit discipulis suis c. et s. sui -a celebranda. *cf. p. 1755, 19*). *al.* *β haereticorum*: OPTAT. 2, 12 p. 47, 12 quis dubitet vos *Donatistas* illud

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitimum *sacrificium* in sacramentorum -o praeterire non posse? (AVELL. p. 56, 16 expertes adhuc *baptismi* devio profanare -o ... nititur). FILASTR. 49, 4 publice -a celebrant *Montanistae* (49, 5 et -um cynicon [-corum *codd.*] et infantis execranda celebratur impietas. HIER. epist. 41, 4, 1 scelerata -a, quae dicuntur de lactante puero et de victuro martyre confarrata. *cf. Schepelern, Montanismus 122 sqq.*). HIER. in Ezech. 13, 3 p. 109^{C} licet sibi in -is, immo orgiis suis plura ecclesiasticis doctoribus videre videantur *haeretici*. AVG. haer. 6 quam *turpitudinem* in suis -is exercere dicuntur *gnostici* (ACT. Archel. app. 4 eisdem paene -is inbuuntur, quibus a gentilibus initiatur). COD. Theod. 16, 5, 6 pr. (= Iust. 1, 1, 2 pr.) nullus haereticis -orum locus ... pateat. 16, 5, 7, 3 ne in urbibus claris consueta feralium -orum sepulcra constituant *haeretici*. 16, 5, 36, 1 profana -a. *al.* LEO M. epist. 15, 16 p. 689^{A} in exsecrabilibus ... -is eorum *Priscillianistarum et Manichaeorum* ... una est obscenitas et similis turpitudo (*cf.* ACT. Archel. 40, 7 [*loq. Archelaus ad Manem*] solem tantum coles Mithram, locorum -orum inluminatorem ...; hoc est quod ... tamquam elegantem mimum perages -a). *al.*

b *metonymice de cibo sacro* (*cf.* GREG. TVR. glor. mart. 85 p. 546, 1 turre ..., in qua -um dominici corporis habebatur [*v. p. 1754, 81*]. *comprehenditur vinum l. 26*): AMBR. exc. Sat. 1, 43 l. 6 (*antea*: priusquam perfectioribus esset initiatus -is) ne vacuus -i exiret e vita *naufragus*, quos initiatos esse cognoverat, ab his divinum illud fidelium sacramentum poposcit. 1, 46 l. 7 *servatus est is*, qui tantum -i caelestis involuti in orario praesidium fuisset expertus (*cf. Dölger, Antike und Christentum 5, 1936, 232 sqq.*). SACR. Gelas. 1, 10 p. 501 -is tuis veneranter assumptis (*cf.* 1, 28 p. 530 sanctificent nos ... sumpta -a).

B *magis de doctrinis, sententiis arcanis revelatione vel interpretatione cognitis*: 1 *paganorum*: PS. APVL. Ascl. 19 magna tibi pando et divina nudo -a (32 intra secreta pectoris d. -a silentio tegite). 21 procreandi ... -um. ARNOB. nat. 5, 32 istae omnes historiae ... -a in se continent sancta, rationes miras atque altas. *ibid.* sub vulgari simplicitate sermonis latet ratio secreta et altitudo involuta -i. LACT. inst. 2, 5, 11 tradite ... nobis stellarum -a, ut aras ac templa singulis erigamus (*cf.* AVSON. 409 p. 267, 28 P. magos docuit -a vana Nechepsos). SCHOL. Stat. Theb. 2, 715 est ... -um, quod ... virgo *Pallas* de vertice dei maximi et secreti orta dicatur. AVG. civ. 7, 5 p. 280, 11 D. (*de paganorum secretiore doctrina sec. Varronem*) qui adissent doctrinae -a (*ibid. saepius*). 8, 5 p. 238, 3 timens ... ille *antistes sacrorum Aegyptiorum* quasi revelata -a petens admonet Alexandrum, ut, cum ea matri conscripta insinuaverit, flammis iubeat concremari. MACR. somn. 1, 2, 18 *ut antiquitas* arcana sua voluit per fabulosa tractari, sic ipsa -a figurarum cuniculis operiuntur. DAMIG. lapid. praef. p. 161, 3 sqq. A. desideranti tibi scribi -a omnium lapidum ..., denegatum tibi non fuit; tu itaque custodies summa diligentia -um summi altissimi dei; hoc enim -um ceteris Aegyptiis litteratis nec allophylis non tradideris.

